


37
12 D
15





ITALIA SACRA

SIVE

DE EPISCOPIS ITALIÆ,

ET INSULARUM ADJACENTIUM.

TOMUS OCTAVUS,

Continens Metropolim Beneventanam, ejusdemque suffraganeas Ecclesias, quæ in Samnio, Regni Neapolitani vetusta Provincia, sunt positæ.

AUCTORE

FERDINANDO UGHELLO

Florentino Abbate SS. Vincentii, & Anastasii ad Aquas Salvias, Ordinis Cisterciensis, & Sacræ Congregationis Indicis Consultore.





Editio secunda aucta, & emendata,

CURA, ET STUDIO

Nicolai Coleti, Ecclesiæ S. Moysis Venetiarum Sacerdotis Alumni.



VENETIIS, Apud Sebastianum Coleti MDCCXXI.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

Eminentiss., & Reverendiss. Ecclesiæ Principi D. D. Fr.

VINCENTIO MARIÆ URSINO

ORDINIS FRATRUM PRÆDICATORUM

S. R. E. Cardinali Episcopo Portuensi, & Archiepiscopo Beneventano.



PRæclarè sine ulla prorsus dubitatione agi cum opere eximio Abbatis Ferdinandi Ughelli arbitrabitur, qui decus, atque præsidium tanto operi afferre intellexerit illorum nomina undequaque spectata, quæ singulis voluminibus præfixa leguntur. Et quidem jure merito si Ughellus in vivis nunc ageret, honorem tam illustrem suis laboribus gratularetur. Nec inani gloria placere si-

bi posset, quòd ex patrocinio Virorum præstantissimorum tantum sibi dignitatis Incrementum accessisset. Hoc autem honore eò magis gauderet, cùm Te PRINCEPS EMINENTISS. nostris in Te obsequii votis perhumaniter indulsisse cognosceret, ut huic Volumini Tuum nomen inscriberetur. Cùm enim hic illorum vita, resque gestæ legantur, qui Ecclesias rexerunt istius Provinciæ, in qua Metropolitæ decus doctrina magis, & virtutibus sustines, quàm dignitate, non abs re factum judicabitur, si hoc Tibi volumen deferatur, cùm affatim collecta illa omnia teneas, quæ de aliis passim hoc in opere honorificè recensentur. Si de alio, cui minus esset ornamentorum, sermo haberetur, ejus Commendationem è Generis avita nobilitate exordiri non absonum existimarem. Verùm cùm de Te agatur, quem Ursinæ Gentis decora plurimum honestarent, hæc omnia, quæ quidem omni ex parte, omnique tempore ad Tuam referre laudem facile possem, missa facio, cum ex Te, quæ verè Tua sint, laudanda sese mihi plurima offerant. Atqui hoc in primis fuit, Te, cùm jam ab adolescentia raro ipse contemptu ea cuncta spreveris, quæ Mundo addicti omni ope, laboriosaque contentione sibi comparare consueverunt, non obscurè ostendisse, quàm eadem celso animo contemneres, & illa solùm ornamenta, quibus piè, sanctèque Deo placeres, unicè consectareris. Videlicet ea mente illa omnia despiciens, quarum illecebris Te detinere Mundus poterat, Cœnobiticam vitam amplexus, Dominicanæ Familiæ nomen dedisti, ut tam insigni Ordini adscriptus, ab omnibus procul periculis, dolis, mundique blanditiis tutiùs tibi consuleres, & quæ piè constitueras, sanctiùs præstares. Non ignota scribo, neque ad assentationem conficta. Vidimus Tuam animi demissionem mirificam, cùm Summi Pontificis Clementis X. authoritate, à religiosa humilitate abstractus, atque ad Cardinalatus honorem evectus es: dum adeo amplissimo Te honore ornatum gavisus non fuisti, ut invito atque reluctanti collatam deprecareris dignitatem. Omnino parere coactus inter Cardinales referri non recusasti, ne Summi Pontificis voluntati obluctans ab obsequio desciscceres, quo Pontificia jussa Tibi esse veneranda, obtentu quocumque submoto, intelligebas. Tam religiosæ moderationis exemplum in primis commendandum, paucis hujusmodi honores renuentibus, apertissimè ostendit, quàm unicè infixus Tibi esset Religiosæ humilitatis amor, quo ardentissimè flagrabas, fortasse timens ne tanto decore in alia Tuam Virtutem nonnihil interturbantia abripereris. In verendis tamen Clementis X. jussis Tibi conquiescere placuit, mox eventu patefaciente, quid Deus à tanta virtute postularet. Fuisse autem hujusmodi de Te Dei Consilium mox aperuit eventus, cùm Sipontinam Ecclesiam, cui præesses Archiepiscopus, idem Summus Pontifex Tibi regendam commisit. Quanta vigilantiæ gloria Animarum Pastorem tunc egeris, pluribus non exequor verbis, quia me prorsus imparem ad Tuas vel paucis enarrandas, ne dum dignè prædicandas laudes cognosco. Ob eandem causam silentio prætereo, quæ pariter æquè commendanda præstitisti, cùm à Sipontina ad Cesenatem Ecclesiam translatus, non ignorari passus es hanc aliam Tibi administrandam Ecclesiam à Deo demandatam, ut latiùs Tua in plures Ecclesias beneficia paterent, utque amplius, longeque illustrius ex iis Tibi meritum augeretur. Quæ contulisti alia ex aliis beneficia in Ecclesias, atque in concreditas Tibi animas, nulla unquam oblivione, vel temporum incuria de-

len

lenda, Tuam adhuc Pastoralem vigilantiam in iis locis loquuntur. Idipsum satis palam faciunt, quæ nulla prætermissa diligentia, nulloque recusato labore effecisti, ut Ecclesiasticam disciplinam, ubi collapsam inveniebas, restitueres, ut templa instaurares, ornaresque decentiùs, ut sanctis exemplis, quæ cæteri inspicerent, ac sequerentur, preluceres, utque demum nihil missum faceres, quod Tibi esse Tui muneris videretur. Non ignota prædico. Ideoque verendum mihi non est, ne quis me quidquam à veritate alienum comminisci in suum inducere animum audeat. Immò arbitrari faciliùs possum, æquos rerum æstimatores, pauciora, quàm res postulet, eaque solùm carptim me retulisse, judicaturos. In hanc facilè sententiam concedent, qui Ecclesię Beneventanę jam triginta sex abhinc annis Archiepiscopum Te vigilantissimum admirantur. A me omnes ii petere videntur, ne reticeam, quæ per tot annos meditatus es, non solùm ut totam Beneventanam Dięcesim beneficiis cumulares, sanctisque exemplis instrueres, sed etiam ut sancta Pastoralis muneris obeundi laude cęteris animarum Pastoribus ad Tua sequenda vestigia esses incitamento; sed quæ possem in hanc rem memorare, si vel summatim singula recensere aggrederer, in eas me difficultates ob nimiam argumenti amplitudinem coniicerent, quæ ingenii mei vires, ac meam qualemcumque dicendi facultatem superarent. Non Beneventani solùm, sed alii planè omnes, ad quos Tuarum virtutum laudes fama tulit, quàm latissimè pervagata, Pastorem isti Ecclesię Te datum à Deo non solùm cognoscunt, sed etiam suspiciunt. Nec alio profectò consilio, si Divina piè scrutari arcana licet, è mortis periculo, in quo Tui Palatii Terræmotu collapsi ruina circumseptus versabaris, ereptum Te puto, nisi ut eo miraculo, quàm charus Deo esses, apertiùs intelligeretur, utque Tua charitate in Tibi commissam dięcesim pietatem diutiùs, & uberiùs demonstrares, ac liberaliùs Tuo de omnibus benemerendi studio obsequereris. Sacræ ędes, domusque terræmotu concussæ & labefactatæ corruerant. His adiiciebatur malis aliud omni ex parte miserandum, mors scilicet plurimorum, qui ruinis oppresi interierant. Luctus, & dolor omnem ejecerant consolationem, cùm vix ullus è superstitibus esset, qui aliquem suorum non defleret morte sublatum. In Te uno, PRINCEPS EMINENTISS. sita erat ea solatii spes, qua tua Dięcesis egebat, quamque tam luctuosa calamitate afflicti postulabant. Nec spes, quam in Te collocaverant, illos fefellit. Ex Tuo enim more Te totum ad miseros ærumnis levandos contulisti, omnia vel gravissima suscipiens incommoda, ne mala, quibus affligebantur omnes, promptè Tua ope adjuti sentirent. Templa in primis, & mox etiam Domus liberali Tuæ charitatis auxilio non caruerunt. Hæc tamen omnia, licèt per se plurima laude digna noscantur, aliquam solùm partem Tuarum virtutum patefaciunt. Tuæ dięcesis templa à Te ferè omnia instaurata, sacraque supellectile locupletiùs ornata majori sanè eloquentia Tua rectè facta celebrant, quàm ut quilibet omnium Oratorum conatus posset præstare. Quid quòd ipse Tuis virtutibus Te illustriùs commendas, in summa Cardinalatus dignitate Cęnobiticæ humilitatis non oblitus, atque in Palatio vitam severiùs, quàm in Cęnobio vix alius quispiam traducens? In obscuro non est quot subeas incommoda, ut sanctè veri Pastoris officio fungaris, vel quotannis Dięcesim vigilantissimè lustrans, ut corrigas, quæ indigeant emendatione, alienisque necessitatibus prospicias, alacriter omnem suscipiens laborem, ut ex Tuà munificentia in omnium bonum, animarumque salutem beneficia, quacumque ratione potes, proficiscantur. Quid

dicam de concionibus sæpissimè habitis, quibus Christiana pietate Populum instruis, de Synodis trigintaquinque, quibus Decretis ad Ecclesiasticam Disciplinam fulciendam, & ornandam quamprudentissimè editis non solùm Clerum, sed & alios doces, & obstringis, ne suarum partium obliviscantur? Nisi vererer, ne Tua mihi virtus sanctè latere, quàm laudari magis cupiens subirasceretur, alia plura prænarratis adiicerem, quæ non minùs eximiam Tuis meritis Commendationem accerlerent. Jam dicere possem, ut latiùs Tuus in animarum utilitatem amor expatietur, duo Te volumina sacrarum lectionum in Exodum edidisse, in quibus Christianam pietatem cum singulari Doctrina conjungens palàm facis nullum ex iis tibi deesse ornamentis, quæ in Religiosum virum, eumque Doctissimum, quæ in Archiepiscopum, & quæ in Cardinalem amplissimum omninò conveniant. Quid plura? fidenter, quia verè, dicere ausim, eum esse Te, ex quo alii Ecclesiarum Pastores exempla desumant, quibus suum dignè munus persolvant, seque Deo Pastoralium virtutum omnium censu instructos charissimos reddant. Quæ cùm ita, sint spe non inani meis votis blandior, fore ut hoc volumen, quod Tuum venerabile nomen præfert, Tuo dignari patrocinio ne recuses, meumque in Te obsequium pro Tua humanitate boni consulens in Tuam me fidem recipias, iisque benignè adnumeres, qui Te colunt. Quos inter postremus videri cupit

Eminentiæ Tuæ

Dabam Venetiis Idibus Martii 1721.

Humillissimus, & Obsequentissimus famulus
Sebastianus Coleti.

L E C T O R I.

Ecce tibi, Lector humane, Abbatis Ughelli octavum, ac nonum Italiæ sacræ volumina, noviter recusa, & qua licuit, diligentia recognita. Porrò

In Beneventanis usus sum MEMORIIS *Chronologicis Episcoporum, & Archiepiscoporum Beneventanorum à* POMPEJO SARNELLIO *editis Neapoli* 4. 1691.

In Abellinensibus vero FRANCISCI *de* FRANCHIS *Societatis Jesu opere vernacula lingua conscripto, cui titulus;* AVELLINO ILLUSTRATO DA SANTI, E SANTUARJ ETC. *Neque alia mihi occurrit edita post Romanam Ughelli nostri impressionem elucubratio, quę de Ecclesiarum in his duobus tomis comprehensarum Episcopis dissereret, & unde ditiores, & emendatiores hos eorum Catalogos exhiberem. Nonnulla tamen excerpsi ex* ACTIS SANCTORUM BOLLANDI, *& Sociorum, & aliquot Episcoporum ab Ughello pretermissorum nomina ex novissima* CONCILIORUM HARDUINI COLLECTIONE *desumpsi.*

Symbola tamen sua ea, qua præstant, humanitate contulere ad illustrandos quidem Maranenses Præsules Cl. vir BAPTISTA PETRA *ex Patritiis Civitatis Rossani, J. C. ad Brundusinos verò, Hostunenses, Hydruntinos, Alexanenses, Castrenses, Gallipolitanos, Uxentinos Cl. vir* JO. BERNARDUS TAFURUS *Neritinus, ad Gallipolitanos denique Cl. vir* PETRUS POLIDORUS *elegantia ęque, ac solida eruditione illustris. Sed & Cl. vir* SEBASTIANUS PAULI *Clericus Regularis Matris Dei, & editis ingenii sui monimentis clarus aliquot mihi transmisit diplomata, quæ in Cusentinorum Antistitum serie reperies. Recentium pariter Episcoporum elogia pleraque suppeditavit eruditissimus vir, cujus nomen jussus pretereo, & nonnullas emendationes, additionesque Abbatis* LUCENTII *Italię sacrę, & restrictę tertium volumen Ms. Demum perpetuas Cl. viri, & Equitis* PROSPERI MANDOSII *notulas identidem videbis. Vale.*

PROTESTATIO AUCTORIS.

CUM Sanctæ Mem. Urbanus Papa VIII. die 13. Martii anno 1625. in S. Congregatione S. R. & Universalis Inquisitionis Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5 Julii 1634 quo inhibuit imprimi libros hominum, qui sanctitatis, seu Martyrii fama celebres è vita migrarunt, gesta, & miracula, vel revelationes, seu quæcunque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, & quæ hactenus sine ea impressa sint, nullo modo vult censeri approbata. Idem autem Sanctiss. die 5. Junii 1631. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati absolute, & quæ cadunt in personam, bene tamen ea, quæ cadunt in mores, & opinionem cum protestatione in principio, quod iis nulla adsit authoritas ab Ecclesia Romana, sed fides sit tantum penes auctorem. Huic decreto, ejusque confirmationi & declarationi observantia, & reverentia, qua par est, insistendo, profiteor me haud alio sensu, quicquid in hoc Octavo Tomo refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quam quo ea solent, quæ humana duntaxat auctoritate, non autem divina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut Sedis Apostolicæ nituntur, iis tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum catalogo adscripsit.

SYNOPSIS
ALPHABETICA
ARCHIEPISCOPATUUM, ET EPISCOPATUUM.

Qui in hoc Octavo Tomo Italiæ Sacræ continentur:

ITA-



ITALIA SACRA

FERD. UGHELLI

Abbatis Ordinis Cifterciensis.



PROVINCIA DECIMAOCTAVA,

SEU

SAMNIUM,

Ubi de Beneventana Metropoli, deque ejufdem fuffraganeis Ecclefiis, quæ fuerunt, vel funt in antiquo Samnio, feu Ducatu Beneventi, Comitatuque Molifii accuratè narratur.



AMNITUM Regio inter Italicas bello, famaque ac claritudine rerum geftarum illuftris provincia fuit, cujus populi olim bella cum Romanis vario eventu gefferunt. Sp. Pofthumum Confulem cum collega, totoq; exercitu ad Furcas Caudinas locorum anguftia circumventos, ex fœdere fub jugum miferunt; quam tamen ignominiam Romani non ita multo poft, ut Livius fcribit, magna illorum clade deleverunt, Samnitibus viciffim fub jugum miffis. Poftea cum fæpius rebellaffent, tandem à L. Sylla Dictatore multis prælijs fracti, cum nec fic quidem jugum ferre poffent, funditus funt deleti. Samnitum Regiones antiquitus

A fuerunt Marruccinorum, Ferrentanorum, quos hodie Aprutium Citerius vocant, & Ducatus nunc Beneventanus, veluti Samnitum caput, ac Molifii Comitatus in Samnium fuere recenfiti. Sed hic haud mihi confilii eft de Samnio, ejufdemque origine, populis, urbibus, rebufque ab ipfis præclarè geftis fermonem inftituere, cum ex iis, quæ alibi fcripfimus, tum etiam apud plerofque veteres, noviffimofque auctores, & præcipuè apud Camillum Peregrinum in defcriptione Ducatus Beneventani doctè, ac eruditè haberi poffint. Igitur in hac noftra Decimaoctava Provincia, more noftro, de Beneventana Metropoli, ejufque fuffraganeis Ecclefiis folum erit noftra narratio. Cæterum fub hac Metropoli antiquitus plures alii Epifcopatus fuerunt, nunc obliterati, vel aliis Ecclefiis perpetua unione conjuncti; de quibus tamen infra, ex paucis quæ fuperfuerunt fragmenta aliqua proferemus in lucem.

BENEVENTANA METROPOLIS,

Cujus nunc ſuffraganei ſequentes ſunt.

Epiſcopi
- Abellinen.
- Aliſanen.
- Arianen.
- Aſculanen.
- Bojanen.
- Bovinen.
- Guardien.
- Frequentinen.
- Larinen.
- Lucerinen.
- Montis Marranen.
- S. Agathæ Gothorum.
- S. Severi.
- Teleſinen.
- Thermulanen.
- Trivicanen. ſeu Vicanen.
- Vulturarien. cui unitus Montis Corbinen.





NTER Sabati Caloriſque flumina in antiquo Samnio mitique colle jacet Beneventum, nobiliſſima, atque antiquiſſima Samnitum ſedes, Metropolis nunc Principatus Ultra, ampliſſima: non ambitu mœnium, ſed ſpirituali dominatione celebris, quondam Beneventani Ducatus ſub Longobardis caput, ab Urbe Romana C L M. P. diſtans in ortum inter Neapolim, & Luceriam, ſitu admodum opportuno, & ameno, ſumma agrorum bonitate præſtans: de cujus antiquiſſima origine variè, variique tradidere ſcriptores. Arbitrantur ii qui cum Solino, Servioque ſentiunt opus fuiſse Diomedis Aetolorum regis poſt Trojanum incendium Hirpinorum Coloniam eſse ſcribit Plinius in Samnio, prout & Strabo, & Ptolomæus, Campanum agnovit Beneventum Auſonius. Marius Vipera non ignobilis ſcriptor Beneventi auctores antiquos facit Sabellos, tribus ſæculis ante conditam Urbem, quibus pulſis, ſoloque æquata civitate, à Diomede eodem in loco reædificatam tradit, ac Mileſiam primum, & Samnium, deinde Maleventum ab malo vento, (1) quem injurioſum, & horribilem ſæpe patitur appellatam, quemadmodum Procopius de bello Gothorum tradit; demum & à Romanis deducta Colonia boni ominis gratia, Beneventum nuncupari cepit. Coloniam deductam fuiſse eo tempore, quo & Ariminum auctores ſunt Livius & Vellejus, *Sempronio, ſcilicet Sopho, & Appio Caeci filio conſulibus Coloniæ dictæ ſunt*, inquit Livii Epitomator, *Ariminum in Piceno, & Beneventum in Samnio.* Annus fuit hic Romæ CCCCLXXXV. ante natum Chriſtum CCLXVIII, vel, ut alii volunt, CCCCXXIII. Chriſti autem CCLXXIX. Haud dubiè tunc primum mutato nomine dictũ eſt Beneventum. Alia rurſus eò deducta Colonia eſt, Frontino teſte: *Beneventum*, ait, *muro ducta Colonia*, Con-

(1) Sed potius à *malo eventu*, cum circum ipſam Coſs. Sulpitio, & Petilio triginta milli Samnitum diriſſimè cæſa fuerunt.

Concordia dicta deduxit Nero Claudius Cæsar. Cives autem priscis illis temporibus virtutis, & disciplinæ militaris opinionem apud Romanos habuisse notum est ex historiis, & quod Romanam Rempublicam adversus Annibalem pecunia juverint, eo enim potissimum nomine à Livio celebrati. Paruit Beneventum suis conditoribus, inde Romanis, qui Samnitibus Principatum ademerunt, eorumque leges accepit, quorum deficiente imperio, suorum civium aliquando, mox Longobardorum, Græcorum, Normannorumque arbitrium, demum Romanorum Pontificum imperium veneratum est. Variæ fortunæ exemplum cæteris præclarissimis urbibus aliquando fuit; nam ab Annibale direpta, à Totila Gothorum Rege vastata, à Longobardis sub Auchtaro Rege capta, qui tota Italia occupata, sedem & domicilium imperii sui in Cistyberina Italia, ut vocant, una cum Beneventani Ducatus nomine hic instituerunt sub Zotione primo Duce, anno Christi DLXXXVI. quod annos stetit fere ducentos, donec sublata ab Carolo Magno eorum dominatione, in potestatem & deditionem Regum Italicorum venit: a Græcis vero non multis post annis, & ab Sarracenis, qui Montem Garganum colebant, capta, ac vastata, à Longobardis Principibus qui remanserant instaurata, Constantini Imperatoris obsidionem sustinuit, Romualdo Duce, sed ab Othone Imperatore vi expugnata, ac pene desolata, tandem ab Guglielmo Normanno, qui Regnum Siciliæ post adeptus est, restaurata, Romani Pontificis imperio parere jussa est, quam deinde ab Federico II. Imperatore direptam, eversamque esse Platina in vita Hadriani IV. & Gregorii IX. testatur; à quo postea refecta sit, non legitur. Sunt qui scribant cum Baronio ab Henrico II. Imper. Pontifici Leoni IX. Romano oblatum Beneventum, ut annua pensio ab Ecclesia Bambergensi Romanæ Ecclesiæ pendi solita ea ratione compensaretur. Sub Gregorio VII. per Landulfum Principem regebatur à Romana Ecclesia sub certis conditionibus institutum, quæ extant in libr. Regest. ejusdem Pontificis: verum Principibus ejus extinctis regi cœpit à Romano Pontifice per Rectores. Nobilissimam hanc urbem ortu suo clariorem fecerunt Orbilius Plagosus Grammaticus ætate Ciceronis magister, Papinianus Gaivaneus, Roffindus, & Offindus Iurisconsulti celeberrimi, Felix IV. Victor III. & Gregorius VIII. Pontifices Max. & S. Evasius primus Astensis Ecclesiæ Episcopus in insubria, & qui sub Ætubaio Præside palmam tulit martyrii in Gallieni, vel Diocletiani sævissima persecutione. Inter Duces vero Beneventanos, qui eam urbem mirum in modum illustrarunt Arechis XIV. Dux, primusque Princeps recensetur, qui illud ingens Sophiæ Templum, Regiæ pietatis insigne monumentum, à fundamentis extruxit, ac magnificentissimè dotavit, in quo postea innumera propemodum Sanctorum corpora, & ossa hinc inde per diversas Italiæ, mundique partes perquisita transtulit, urbemque ipsam ædificiis pulcherrimis murisque fortissimis, pulchriorem, validioremque reddidit. Sic, qui ei successit, invictissimi Martyris Januarii Episcopi corpus ad pristinam sedem suam Beneventanam reduxit. Secundus vero Sicon filius ejus gloriosissimus fuit, cum curasset ut D. Bartholomæi Apostoli corpus è Lipari Insula Beneventum transferretur ad Ecclesiam Beatissimæ Virginis Mariæ, quæ hodie Metropolitana est. Horum, ceterorumque Beneventanorum Ducum, ac Principum acta descripsit Scipio Admiratus, & novissimè doctus, eruditusque & parce laudatus Camillus Peregrinus Capuanus, plura de ipsis & egregiè in lucem emisit in histor.

A Principum Lombardorum, & de finibus, & descriptione antiqui Ducatus Beneventi. Cæterum Benevento Christianæ fidei fundamenta jecisse narratur sanctus Photinus illuc ad prædicandum à Petro Apostolorum Principe directus, primusque ejusdem ordinatus Episcopus; eoque in pace sepulto, semel plantatam fidem, per Tyrannos in persecutionum rabie penè extinctam, sanctus Januarius Episcopus, Fausto Diacono & Desiderio Levita suo, suorumque sociorum sanguine constabilivit. Reddita deinde à Constantino Magno Imperatore Ecclesiæ pace, qui proximè Januario in Episcopatu successerunt, Apollonius, Cassianus, Barbatus, aliique sanctissimi viri, etiam atque etiam auxerunt. Igitur vetustissimæ Beneventanæ Ecclesiæ Episcopalis dignitas ut fertur, Petro Apostolo in vivis agente initium sumpsit, perduravit vero ad annum usq; sal. 969. quando Joannes XIII. Pontifex in Metropolitanam commutavit, primusque Archiepiscopus ordinatus est Landulphus jam ante Episcopus, cui successere in eadem Archiepiscopali sede num. 56. juxta veriorem seriem, quorum tredecim Cardinalatus fulsere dignitate. Episcopi autem, qui præcesserunt Landulpho, arbitrantur 47. si à Photino incipiatur exordium: eorum qui eidem successerunt nomina ad S. Januarii usque electionem vetustate vorante perierunt. Innumera sunt propemodum privilegia, quæ Beneventanæ Ecclesiæ, suisque Archiepiscopis indulsere Romani Pontifices, Imperatores, Reges, aliique Principes. Siquidem habuerunt olim Archiepiscopi usum Mitræ rotundæ ad modum Pontificiæ Thiaræ antiquæ, cum una tantum corona cum auri frigio; & suam Provinciam lustrantes venerandum Eucharistiæ Sacramentum solemniter præferri consueverant. Quod utrumque (1) hoc tempore Romano Pontifici conservatum est: illud verò nunc retinent, ut literas sigillo (2) plumbeo more Romano obsignent, quod tamen Pauli II. Pont. Max. diplomate comprobatum est. Est etiam Archiepiscopus hujus sedis, illiusque Vicarius Judex Ordinarius Appellationum in causis civilibus à laicis Judicibus in eadem civitate provocantium: item merum mixtumque imperium habet in Casalibus S. Angeli, & della Motta. Synodos Diœcesanas quotannis in Cathedrali celebrat: alteram in vigilia S. Bartholomæi, ubi omnes Abbates, & Archipresbyteri conveniunt, olim etiam suffraganei Episcopi tenebantur adesse; alteram in festo translationis ejusdem Apostoli, mense Octobri, ex Liparitana Insula Beneventum, quam Synodum Litaniarum vocant, ubi Clerus Montanus convenit. Annuus Mensæ Archiepiscopalis census scutorum sex millium taxatur in lib Cameræ Apostolicæ ad florenos 750. Metropolitana Basilica satis decentis, & antiquæ magnitudinis Dei Genitricis Assumptæ titulo insignita, olim Hierusalem nuncupata. Præter alia ornamenta habet insignem portam Sanctam ad instar quatuor principum urbis Ecclesiarum, quæ porta Principum vulgo dicitur, & valvis ligneis obstructam. Celebratur in hac urbe sanctus Jubilæi annus. sex insequentium mensium spatio, vigesimo quinto quoque anno quo aperiri solet, & adiri finitimorum pietate, & frequentia. Est & porta altera cum valvis æneis, in qua sunt sculpta nomina Episcopatuum Suffraganeorum. Viginti septem Canonici olim 87 numer. explebant, qui Abbatis titul ex Honorii III. & Gregorii VIII. privilegio obtinent, & habitu utuntur instar Canonicorum Vaticanæ Basilicæ ex indultu Pauli V. cum 20. Capellanis & pluribus Clericis in ea litant, divinumque pensum exsolvunt. Inter Canonicos sex dignitatum gradus spectabiles sunt. Archidiaconatus namque post Pontificalem prima dignitas, quæ ab Ar-

(1) Id utrumque ab Ecclesia Beneventana sustulisse Paulum II. asserit Continuator Baronii Raynaldus ad an. 1466. n. 30. Ughellus autem infra ex Mario Vipera id reiicit in Sixtum IV an. 1476. & hunc Pontificem contendit Vipera 55. Eucharistiæ delationem inhibuisse, & consuetum thiaræ papalis usum. Ast Raynaldus Pauli Pontificium diploma indicat, cui magis assentiendum existimamus, quamtumvis sæculo post jam penè labente Archiantistes Maximilianus Palumbara mitram ejusmodi Romam aptandam transmiserit, ut ex ejus literis in tabulario hujus Ecclesiæ adservatis. Verùm potius quàm in capitis ornamentum, ad servandum antiquitatis documentum id fecisse arbitramur. *Lucentius.*

(2) Ex una parte plumbi effigies exarantur Deiparæ Virginis, & S. Apostoli Bartholomæi, & has inter signum Crucis; ex altera exprimitur nomen pro tempore extantis Archiepiscopi. *Lucentius.*

Archiepiſcopali Diœceſi ſuam habet diſtinctam Diœceſim, ſeptem caſtris, ſeu locis circumſcriptam, in qua juriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercet, habetque ſuum Generalem Vicarium, ac tribonal, à cujus ſententia ad Pontificem tantum, non ad Archiepiſcopum appellatur; ipſe vero Archidiaconus Prælatorum inſtar veſte utitur hyacintioa, vel oigra ſecundum temporom varietatem, & in Cathedrali chori correctionem habet, Canonicoſque tam à Sede ſancta Apoſtolica, quam à Capitulo Beneventano proviſos præcedere debet. Secunda dignitas eſt Archipresbyteralis, cui incumbit onus Eccleſiæ Cathedralis, & ioter alia ſanctiſſimum Sacramentum, ſacra Olea conſervare, Aramque maximam luminaribus ornare. Tertia dicitur Primiceralis major, quæ coram habet Chori in latere ſuo. Quarta Primiceralis minor, eandemque curam habet in ſuo latere Chori. Quinta eſt à Theſauris, quæ Cathedralis pretioſa debet conſervare. Sexta Bibliothecarii dignitas vocatur, quæ ſcripturarum, monumentorumque Eccleſiæ Theſaurorum curam habet. Capitulum juriſdictionem habet quaſi Epiſcopalem io aliquibus locis, in quibus Vicarium ſuum conſtituit, multis, eximiiſque privilegiis exornatum, quæ omoia diſtinctè à Mario Vipera recenſentur io opuſculo de Capituli Beneventani aotiquitate, privilegiis, Canonicorumque numero. Porrò in hac Cathedrali Baſilica duo Concilia ſolemniter habita ſunt, alterum à Victore III. An. Chriſti 1088. Alterum à Paſchali II. An. 1108. Io civitate vero preter Cathedralem Baſilicam, due aliæ Collegiatæ Eccleſiæ ſunt, quarum nobiliſſima Cathedrali attigua S. Bartholomæi Apoſtoli Tutelaris, ubi ejuſdem Divi corpus aſſervari volunt; altera S. Spiritus. Utraq; habet Canonicos duodecim Presbyteros ſæculares licet Regularibus nomioibus Prælati eorum appellentur. Præeſt enim Eccleſiæ S. Spiritus Abbas, & S. Bartholomæi Prior Suot Parochiales Eccleſiæ 16. Monaſteria virorum diverſorum Ordinum decem, Sanctimonialium tria magnificentiſſimè extructa; omnium autem clariſſimum, ampliſſimi redditus, Sanctorum reliquiis inſigne, Monaſterium S. Sophiæ Ord. S. Benedicti commendari ſolitum; Laicorum ſodalitia 18. Hoſpitales domus quatuor: ſeminarium Clericorum, ubi viginti alumni pueri. Familiæ 1900. Fideliom autem animæ intra mœnia & ſuburbiis degentium fere duodecim millia. Popolus vero Beneventanus ſatis pius, ac docilis, & S. R. E. admodum devotus eſt, ſed tamen magna paupertate depreſſus, ſi nobiles plures familias excipias, quæ antiquum ſplendorem æmulare videntur. Diœceſis Beneventana ampla eſt, ſiquidem à Caudinis Furculis incipiendo uſque ad lacum Leſinæ numeranturquadragiota P. M. & à finibus Abellinenſis Diœceſis uſque ad Termulenſem, & Triveotinam diœceſim ultra 40. P. M. extenditur, undique referta oppidis & villis 182. in quibus multi Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatuſq; tituli ſunt inſtituti, inter quæ nonnulla ſunt, quæ civitatibus æquiparari poſſunt, ut Mons Fuſculus, in quo præſidet Tribunal, ſeu Regia Audientia totius provinciæ Comitatus Moliſii, Mons-Arculus, Vitulanum, Morcooum, & nonnulla alia. In ea fidelium copia centum viginti quioque millia recenſentur, quorum cura Parochis 150. commiſſa eſt. Et ex iis quatuor Collegiatis Eccleſiis præſunt. Collegiatæ nominatim ſunt S Salvatoris Terræ Morroni, Montis-Calvi, Altævillæ, & Montis Fuſculi. Per totam hanc Diœceſim ſunt Eccleſiæ pluſquam 1200. inter quas duodecim ſunt Abbatiales, quarum Rectores, ſeu Abbates uſum habent baculi, & mitræ. Aliæ doæ inſigniores connumerantur, S. Joannis de Mazzoccha Ord. S. Benedicti in medio ſylvæ, vulgo dicta *boſco di Mazzoccha*, extructa, quam inhabitatam reddiderunt frequentes graſſatorum, exulumque deprædationes. Habet caſtrum S. Bartholomæi, & caſtrum Fojani in temporalibos, altera Abbatia eſt S. Mariæ de Crypta inter duo juga montium horrido ac penè impervio ſitu ædificata ab Atenulpho I. Beneventano & Capuano Principe circa ann. Dom. 940. & à Benedictinis Monachis exculta uſque ad annum 1443. quam in Commeodam conceſſit deinde Nicolaus V. Monaſteria virorum in hac ipſa Diœceſi numerantur 37. pleraque omnia Mendicantium, ſodalitia Laicorum 76. Hoſpitalia 47. & aliqua Sanctimonialium ſepta. Provincia Beneventana ampliſſima fuit 32. Epiſcopatuum, adeò ut Archiepiſcopus Beneventanus Campaniæ, Apuliæ, ac totius Aprutii Metropolitanus ouncoparetur, donec Sypontina Eccleſia, diu cum Beneventana unita, ſui juris facta digoitate Archiepiſcopali exornata eſt; aliæque Eccleſiæ ſimiliter in Archiepiſcopales ſedes erectæ, & aliæ ſuppreſſæ ad viginti quatuor primum redactæ fuerunt, ut ex monumentis illius Eccleſiæ, atque adeo ipſius Baſilicæ Metropolitanæ majore porta cognoſcere licet, cujos in valuis ære inciſa, ac deſcripta ſuffragaotium Epiſcoporum nomina adhuc cernuntur. Verum ex iis etiam cum eorum civitates ad vicos traductæ eſſent, dignitate Epiſcopali exutæ fuerunt. unde quæ ſuperfuerunt ſexdecim tantum numerantur, ſive in Samnio, ſive in Pruvincia Ultra, ut vocant, vel Apulia, ſeu in Comitatu Moliſii ſita ſint, de quibus, tum etiam de aliquibus jam diu ſuppreſſis more noſtro agemus. De ejuſdem Beneventanæ Eccleſiæ Præſulibus Marius Vipera Archidiaconus Beneventanus, vir alioquin doctus Chronologiam ſcripſit, ediditque, ſed ita de iis commemorat, adeoque mendoſe ſuum protraxit laborem, ut vix caſtigatus tolerabilis evadere poſſe videatur. Cœleſtinus Guicciardinos Bononienſis Ord. Cœleſtinorum doctus, venerandæque antiquitatis amator, noſtris incitatus precibus, coadjuvaote viro probo Abbate Marco de Vita, Bibliothecæ Beneventanæ Bibliothecario, ac Jo. Jordano I. V. D. Beneventano io Romana Curia ob egregias aoimi dotes notu, amicis noſtris, diligenter ac magno labore ejuſdem Bibliothecæ vetera, omniaque monumenta, cæteraque ejuſdem civitatis tabularia luſtravit, omnia magno qoippe commodo antiquitatis ſtudioſorum exſcripſit, eaque nobis Romam traoſmiſit; magnamque lucem attulit, ne dum de eiſdem Beneventanis Præſulibus & nos ſcriberemus; id eaſdem Viperæ tæoias impingeremus. Ex iis igitur, aliiſque auctoribos, monumentiſque aliunde collectis, ooſtram Beneventanorum Præſulum ſeriem ſequeotem concinnavimus, ac perfecimus.

A D D I T I O.

(,, *Iagens olim erat ia Beneventana Cathedrali*
,, *Caaonicorum numerus, qui ejus divina perſolvebaat. Anno ſiquidem 1316. qui ad Archidiacoat*
,, *Electionem convenerant, octogiata ſex enumerabantur. Anno deiu 1364. Hugo Archiepiſcopus*
,, *30. Canoaicorum numerum ſtatuit. Jacobus Cardinalis Sabellius dum huic preeſſet Eccleſiæ ſublata portione unius Canonicatus Theologalem præbendam iaſtituit ad normam Concilii Tridentini,*
,, *quæ ad inſtantiam Maximiliani de Palumbara ejus ſucceſſoris à Clemente VIII. ann. 1600. per*
,, *unum ex Patribus Societatis Jeſu exercenda ia ipſa Baſilica Metropolitana, ejuſdem Societatis*
,, *Beneventano Collegio conceſſa fuit. Subſequens*
,, *Pompejus Cardinalis Aragonius pro majori hujus*
,, *Eccleſiæ ſervitio manſionariorum cętum ordinavit*
,, *ex indulto Pauli V. ad quorum ſuſtentationem duos*
,, *Canoaicatus ſupreſſit, eorumque redditus eiſdem*
,, *attribuit, adjecitque Parochialem Eccleſiam S. Stephani Neophitorum, & nonnulla emolumenta pro*
,, *Miſſarum oneribus exolvendis. Jam nunc Canonici 27. enumerantur, & ex his ſex dignitatum gradus ſpectabiles ſunt, & Manſionarii ſexdecim,*
,, *qui omnes reſpectivè Capparum uſum habent ad*
,, *inſtar Baſilicarum urbis ex indulto Pauli V. & ad*
,, *Canonicatus ex decreto moderni Archiepiſcopi*
,, *Cardinalis Urſini aſcendit nemo, ut prius inter*
,, *Manſionarios divinum penſum perſolverit. Canonici omnes Abbatis titulo gaudent, & quotidianum*
,, *annuli uſum habent, quorum capitulum Abbatiæ,*

& Op-

& Oppido S. Lupi donatum fuit à Nicolao V. ann. 1450. & in eo jurisdictionem quasi Episcopalem exercet. Univit eidem Capitulo Julius II. an. 1504. Abbatiam S. Hilarii extra Portam Auream: & ante adjecerat Bibliothecæ capitulari Hugo Guidardus Archiepiscopus Parochialem Ecclesiam de Carsagnano Montis Fuscoli, & præbendæ Bibliothecarii Canonici eam S. Michaelis ad Portam Rectorie, Præbendæ Primicerii Majoris aliam S. Pauli nuncupatam, & universo Canonicorum Collegio illam S. Benedicti de Alferiis, quæ peracta sunt annis 1368. 1370. 1371. & 1373. Archidiaconus nonnullas etiam sibi ab Archiepiscopo controversas habet jurisdictiones. Ex Canonicis unus Pœnitentiarius est, & pœnitentiariæ præbendam unitam habet: qui Canonicorum Decanus est, iisdem ferme cum Dignitatibus gaudet honoribus. Ad hujus Capituli duos Canonicos extat Epistola Innocentii III. quæ legitur in Decr. cap. Ex tenore. Qui filii sint legitimi. *Olim induebantur hi Canonici ex concessione prænominati Ugonis more Canonicorum Regularium Lateranen. quadam cappa magna cum caputio, & cauda nigri coloris, vulgo* lo Scapezzone *nuncupata, cui subjiciebatur album scapulare lineum dictum* il Scricotto, *& hoc indumento utebantur à primis Vesperis Commemorationis Fidelium defunctorum usque ad Sabbatum Sanctum; deque iisdem Canonicis hoc magnum legitur in Ciaconiano Oldoini Opere t. 3. ubi de Cardinali Laurentio Cybò agit Archipræsule Beneventano, quod is* Canonicis birectum rubrum restituit, seu potius donari curavit.

Beneventi sive in Metropolitana Ecclesia, sive in ea S. Petri extra hujus urbis mœnia sex habita sunt Romanorum Pontificum Concilia, videlicet Nicolai II. an. 1059. Victoris III. ann. 1087. Urbani II. an. 1091. & tria sequentia Paschalis II an. 1108. 1113. & 1117. & præter hos alii Summi Pontifices præsentia sua Beneventanam urbem condecorarunt; & hi fuere Leo IX. Gregorius VII. Callixtus II. Honorius II. Innocentius II. Adrianus IV. Alexander III. Et decem Provincialia Beneventanorum Antistitum Concilia enumerantur, quorum memoria pervenit ad posteros, eaque sunt duo Ulderici Archiepiscopi, habita ann. 1061. & 1062. tertium S. Milonis ann. 1075. quartum Landulphi an. 1119. quintum Hugonis an. 1374. sextum Card. Jacobi Sabelli an. 1567. septimum Maximiliani de Palumbaria an. 1599. octavum Jo. Baptistæ Foppæ an. 1656. quæ singula tum Romanorum Pontificum, tum Beneventanorum Antistitum in unum collegit volumen, Synodicon *nuncupatum, Archiepiscopus Card. Ursinus, & ad suæ Ecclesiæ, & universalis decorem typis evulgavit: & his adiicienda ea duo, quæ ipsemet Eminentissimus Metropolita ingenti plausu coadunavit die 11. Aprilis ann. 1693. & alterum expeditum mense Majo an. 1698.*

Animarum curæ totius civitatis ex quindecim reductione facta in sacra Archiepiscopi visitatione ann. 1687. octo enumerantur: Virorum cœnobia duodecim, duo Sanctimonialium Benedictini Ordinis septa, Puellarum conservatoria duo, mons Pietatis, & Xenodochia pro infirmis & peregrinis pariter adsunt. Sed & Seminarium amplissimo cum ædificio restitutum à moderno Archiep. Card. Ursino centenos complectitur alumnos. Est collegium Societatis Jesu, ubi quibusque bonis artibus instruitur Beneventana juventus, & ad illud confluunt Seminarii Clerici. Scholæ itidem statis diebus festorum in ipsa Metropolitana Basilica, aliisque in Ecclesiis aperiuntur, in quibus puerorum, & puellarum nedum tenera ætas, sed & adultorum rude ingenium doctrinæ Christianæ rudimentis à Parochis, & religiosis viris, & ipsomet Archiepiscopo imbuitur: & frequentiores coadunantur etiam conferentiæ Moralis Theologiæ, quæ ad animarum gubernium Sacerdotibus proficuæ sunt; Laicorum verò sodalitia plura, quæ decentissimè inserviunt cum defertur infirmis sacrum Dominici corporis Viaticum. Universa diœcesis, quæ amplior olim, oppida, seu terras, villas, & pagos enumerabat 217. excidere 39. ex his: superstites nunc 178. quinque habentur in diœcesi Collegiatæ Ecclesiæ, videlicet apud Altamvillam, Montem Calvum, Montem Fusculum, Morconem, & Padulium.

Quæ verò fuerint confinia, quæve civilia jura Pontificiæ Beneventanæ civitatis, duo Clementis Papæ VI. diplomata apertissimè declarant, quæ non sine immodica diligentia perquisita excerpta fuere instante Eminentiss. præsenti Archiep. Card. Ursino è Vaticano archivo exscripta ab ipso autographo. Primum tale est.

Clemens Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Urget nos Apostolicæ servitutis debitum: sic sumus aliis in exhibitione justitiæ debitores: quod jura Romanæ Ecclesiæ, cui licet immeriti authore Deo præsidemus, lædi per conniventiam, aut minus per periculosam tolerantiam nullatenus permittamus. Quinimo justitiam ipsius, quantum cum Deo possumus, prosequentes ejus indemnitatibus providere sine cujusque injuria studeamus. Sane charissimam in Christo filiam nostram Joannam Reginam Siciliæ illustrem latere non potest, quod in præstatione juramenti fidelitatis, & homagii nostro, & Ecclesiæ prædictæ nomine receptorum ratione regni Siciliæ per eam præstitorum, ipsa confessa est, & prout prædecessores sui fecerant, & recognoverant, & in illis partibus tanquam in publicam deductam notitiam notorium existit, quod fel. recordationis Clemens quartus prædecessor noster in concessione per ipsum facta sub certis pactis, modis, & conditionibus claræ memoriæ Carolo Comiti Provinciæ, & Andegaviæ de Regno Siciliæ, & terris citra Pharum usque ad confinia Romanæ Ecclesiæ supradictæ, expresse, & nominatim excepit, & à prædicta concessione exclusit civitatem Beneventanam, quam in signum directi, & majoris dominii regni, & terrarum prædictarum sibi & præfatæ Romanæ Ecclesiæ retinebat cum toto ejus tenimento, districtibus, & pertinentiis suis distinguendis, & limitandis per Romanum Pontificem pro ejus beneplacito voluntatis, cui distinctioni, & limitationi semper bona fide faciendis ipse Carolus, & successores sui stare deberent absque contradictione quacumque, prout ipsa distinctio per Apostolicas litteras apparet. Quam civitatem Beneventanam cum toto tenimento, & districtu, ut præmittitur, distinguendo voluit solum, & in solidum ad jus & proprietatem in dominio & demanio Romanæ Ecclesiæ manere; ut nec Reges Siciliæ, nec quicumque alii in dicta civitate, & ipsius territorio, & pertinentiis possent sibi jus aliquod quomodolibet vindicare, acquirere, recipere, vel habere, seu etiam retinere, prout in litteris Apostolicis dictæ concessionis super hoc confectis, ac Regum aurea bulla impressa, typario communitis dicti Caroli, & omnium successorum suorum super receptione homagii, & præstatione juramenti, & Vassallagii, in quibus tenor concessionis prædictæ cum suis pactis, modis, & conditionibus inseritur, latius continetur. Licet autem Romana Ecclesia prædictam civitatem Beneventanam pleno jure ex tunc inconcusse possederit pacificè, & quietè: attamen propter diversas usurpationes, quæ undique Romanis Pontificibus occurrentes non sinunt omnibus accommodæ provisionis remedium adhiberi, & conditionem Regni, & terrarum prædictarum, quæ diversis turbationibus sæpius fluctuavit, Territorium, seu tenimentum aut districtus hujusmodi per prædecessores nostros limitata non fuerint, nec distincta; quamvis ipsorum aliqui ad distinctionem, & limitationem Territorii, seu tenimenti, & districtus eorumdem procedere intendentes, informatione super limitatione hujusmodi rite accepta morte præventi non

potuerint cœptum negotium terminare. Nosque olim attendentes, qood ex omissione limitationis, & distinctionis districtus, & tenimenti, seo Territorii prædictorum multa Ecclesiæ præfatæ, ac civibus, seu incolis civitatis prædictæ subditis nostris incommoda evenerint, & dobitantur verisimiliter in posterum ampliora evenire, si limitatio, seo distinctio hujuscemodi ulterius differretur, ac volentes, prout tenemur, periculis futuris occurrere, & Ecclesiæ prædictæ sponsæ nostræ indemnitatibus providere, Ven fratri nostro Bertrando Episcopo Sabinensi, tunc tit. S. Marci presb. Card. Apostolicæ sedis Legato commisimus, ut de tenimento, territorio, & districtu prædictis, & eorum finibus se diligentius informaret, & informatione recepta hoes Territorii, tenimenti, & districtus prædictorum nomine, & vice nostra distingueretur terminis evidentibus appositis in eisdem, & licet dictus Episcopus se per testes idoneos omni exceptione majores de teoimento, territoriis, districtibus, & finibus prædictis diligenter informaverit, vocata ad hoc prædicta Regioa, legitime scilicet, ut compareret per se, vel per idoneum Procuratorem, non curante tamen, ipse Legatus infirmitate, & aliis legitimis impedimentis fines prædictos distinguere non potuit, nec hujusmodi territorium terminare; propter quod postmodum ven. fratri nostro Anibaldo Episcopo Tusculaoensi Apostolicæ Sedis Legato commisimus, ut super prædictis informatione recepta authoritate Apostolica, & vice nostra fines, Territorium, & districtus prædicta distinguere procuraret, qui licet se diligenter informaverit ad distinctionem, & limitationem tamen hujusmodi procedere noluit, nobis super hoc inconsultis, sed informationes per eum super his receptas nobis destinare curavit. At nos nolentes quod negotium prædictum tanto tempore periculose dilatum ulterius retardetur, informationes prædictas per aliquos ex fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus videri, & examinari fecimus diligenter, n hilominus mandantes eisdem, quod ex superabundanti se per testes idoneos finium prædictorom notitiam habentes de prædictis amplius ioformarent. Facta itaque nobis per eos de prædictis informatiooibus relatione fideli, de fratrum nostrorum consilio ordinavimus, & declaravimus fines, seu limites, tenimentom, & districtum, seu Territorium civitatis nostræ prædictæ Beneventanæ existere, & esse debere, ut ex certa scientia limitamus per modum, & terminos infrascriptos. In primis castrum Pontis inhabitatum, & inde ascendendo castrum Casaçalvi, castrum Campilactarii, Castrum Fragneti Montisfortis. castrum Fragneti Abbatis, castrum montis Leoois, castrum s. Severi, castrum s. Georgii Molinarii, castrum s. Andreæ de Molinaria, castrum Pretæmajoris, castrum Padulæ cum suo suburbio, seu casale s. Archangeli, castrum Montis mali, casale Timplani, castrum Apicii cum casalibus, castrum Morroni, castrum Venticani, castrum Montis Militum, castrum Montis aperti, castrum Montis Fusculi cum casalibus, castrum Tufi, castrum Altavillæ, castrum Capellani, castrum Petræ Sturmini, castrum s. Martini, castrum Cervinariæ, castrum Montis Sarçoli, castrum Tocci cum casalibus, castrum Terlitosi cum casali Papisii, & aliis casalibus. Volumus itaque, & Apostolica authoritate decernimus, quod omoia castra, casalia, & loca supradicta cum suis Territoriis, & pertineotiis universis, ac etiam castra, casalia, & loca omnia cum suis pertinentiis, & alia quæcumque, quæ intra dicta castra, casalia, & loca, & eorum limites, & pertioentias, dictamque civitatem Beneventanam includuntur, seu continentur quomodolibet, vel existunt de territorio, tenimento, & districtu dictæ civitatis Beneventanæ esse perpetuo, irrefragabiliter, absque cujusvis contradictione, & impedimento, & infra dictum territorium existere ceoseantur: quæ castra, casalia, & loca cum omnibus castris, & locis supradictis ad jus in perpetuum R. E. pertineant pleno jure, hoc salvo, quod si aliqui Nobiles, vel alii in castris, casalibus, locis, & aliis prædictis, vel intra ea, & civitatem prædictam aliquas proprietates habeant acquisitas legitime, per hoc eis oon intendimus derogare. Nulli ergo &c. nostræ ordinationis, declarationis, limitationis, voluntatis, constitotionis infriogere. Datum Avenione VII. Kal. Junii anno nono.

Alterum ejusdem Clementis diploma prostat ad Archiepiscopum Beneventanum datum eodem anno Pontificatus nono 5. Kal. Decemb. cujus vigore eidem præcipit, ut limitationes Beneventanai Territorii observandas curet, cujus tenor pari fidelitate à nobis recognitus idem verbatim est cum superiori usque ad ea verba per hoc eis oon intendimus derogare, *seu nolumus vice* intendimus, *ut in posteriori legitur. Titulus ejus est*: Clemens &c. ven. fratri Archiepiscopo Beneventano &c. *prosequitur post prædicta præfato Archiepiscopo præcipiendo per hæc verba.*

Quocirca fraternitati tuæ per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus vel per te, vel per alium, seu alios ordinationem, declarationem, limitationem, & decretum nostra hujusmodi debitæ executioni demandans ea ubi, & quando expedire videris, solemniter publicare procures, atque facias ab omnibus inviolabiliter observari, inducens dilectum filium rectorem civitatis nostræ prædictæ, seu ejus Locumtenentem, aut alium nostro, & Ecclesiæ prædictæ nomine in corporalem possessionem omnium prædictorum, & defendens inductum, sibique, & uoiversis, & singulis dictorum locorum vassallis, & incolis obedientiam, & reverentiam, aliaque ab ipsis. & in eisdem locis eidem Ecclesiæ debita exhibere: contradictores, & rebelles cujuscumque status, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint, etiamsi Pontificali, Regali, aut quavis alia præfulgeant dignitate, authoritate uostra per censuram Ecclesiasticam, & alia juris remedia appellatione postposita, compescendo: non obstantibus, si aliquibus communiter, vel divisim à dicta sede indultum existat, quod interdici, suspendi, & excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, & de verbo ad verbum de indolto hujusmodi, & eorum personis, dignitatibus, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis quorumcomque tenorum existant, de qoibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum oportet in præsenti fieri mentionem, & per quæ effectus præsentium impediri valeat quomodolibet, vel differri. Dat. Avenione 5. Kal. Decemb. anoo nono.

Hic autem annus fuit Christi 1350. quo Petrus Pinus sacra jura dicebat in sede Beneventana. De Beneventanis Archiepiscopis novissime scripsit eruditissimus Pompejus Sarnellius, nunc dignissimus Vigiliarum Episcopus, è quo hunc Ughelli nostri Beneventanorum Archipræsulum Catalogum emendatiorem damus.)

1 S. PHOTINUS, ut vulgo fertur, primus Episcopus à D. Petro Apostolo Benevento datus circa ann. Domini 40. urbem ad fidem sua prædicatione adduxit, & cum aliquot annorum spatio gregem sibi commissum rexisset, migravit è sæculo, quo anno, prorsus ignoratur, quemadmodum ejus soccessorum ad sanctum Januarium usque oo- I.

mina

mina ita interciderunt, & acta, ut in Tabulis Beneventanis, B. Januarius primus recenferetur Epiſcopus, quem credunt non fuiſſe primum, cum decimus tertius afferatur à Vipera.

(„ *Vndecim deinde ſubſequuntur ſanctiſſimi Epiſcopi uſque ad an. 300. quorum nomina in cęlis illibata ſervantur ſcripta; ea, quæ terrenis litteris commendata erant, delevit immanis illa Diocletiani perſecutio an. 302. qua præceptum eſt, ut omnes ſcripturæ, omniaque Chriſtianorum monimenta, quæ haberi poſſent, igne abſumerentur.*)

XIII. 13 S. JANUARIUS patria Neapolitanus (1) gente Januaria, decimus tertius Beneventanorum Pontifex fuiſſe narratur, qui in Diocletiani, & Maximiani ſæviente adhuc perſecutione, Puteolis cum Feſto ejus Diacono, Eutychio, & Acatio nobili martyrio coronatus eſt, anno Chriſti 305. 19. Septembris, cujus acta ita ex antiquis tabulis Beneventanæ Eccleſiæ, & Breviario Romano recitat Ferrarius *Januarius, inquit, Epiſcopus Beneventi, Diocletiano, & Maximiano in Chriſtianos ſævientibus ob Chriſti fidem comprehenſus ad Timotheum Campaniæ Præſidem Nolam perducitur, ubi ejus conſtantia, variè tentata in ardentem fornacem injectus, & illæſus exivit, ut ne capillum quidem flamma violarit. Ea re incenſus Præſes martyris corpus eouſque diſtrahi jubet, quoad nervorum, & artuum compages ſolverentur. Vade Puteolos ante Præſidis ſedem vinctus, cum Feſto Diacono, & Deſiderio Lectore pertrahitur, & in eundem carcerem, in quo Soſius Diaconus Miſenas, & Proculus Diaconus Puteolanus cum Eutychio, & Acatio laicis damnatis ad beſtias detinebantur. Poſtero die omnes in Amphitheatro feris objiciuntur, quæ ſe ad Januarii pedes feritatis naturalis oblitæ proſtravere. Id Timotheus magicis incantationibus tribuens, ubi in Martyres capitis ſententiam pronunciaſſet, repente oculis captus eſt. Qui mox orante Januario lumen recepit: eoque miraculo quinque hominum millia Chriſti Domini fidem ſuſcepere. Verum judex tanto ingratus beneficio, converſione tantæ multitudinis actus in rabiem, ac veritus Principum decreta, Sanctum Epiſcopum cum ſociis gladio percuti imperat. Horum corpora finitimæ urbes pro ſuo quęque ſtudio certum ſibi patronum apud Deum adoptandi, ſepelienda curarunt.*

Puteolani Proculum cum Feſto, Deſiderio, Eutychio, & Acatio, Neapolitani vero divino admonitu Januarium extulere. Cujus corpus primo Beneventum, deinde ad Monaſterium Montis-Virginis, poſtremo Neapolim relatum in majore Eccleſia conditum multis claret miraculis. Ex quo illud memorandum, quod erumpentes olim è monte Veſuvio flammarum globos, etiam in longinquis regionibus vaſtationis metum afferentes mirabiliter extinxit; illud quoque præclarum, quod ejus ſanguis concretus in ampulla vitrea aſſervatus, cum in conſpectu capitis ejuſdem Martyris ponitur, colliquefieri, & mirandum in modum ebullire, proinde atque recens effuſus, ad hæc uſque tempora cernitur. Hactenus ille. Inſignia ſunt acta Januarii in omnibus Martyrologiis conſcripta, & vetuſtiſſimis tabulis, aliis literis conſignata: ſi quis autem curioſius, ac minutatim ſcire velit, Camillum Tutinum adeat, qui vitam ejuſdem vulgari lingua candidè, & eruditè in lucem emiſit, atque doctiſſimum virum, ac claræ memoriæ, nec ſine honore memorandum Antonium Caracciolum Clericũ Regularem in hiſtoria inclyti Martyris, quam diſertiſſimè conſcripſit, & inſeruit in Eccl. Neap. ſacrorum monumentorum lib. 2. cap. 20. in ea eruditiſſimè patriam, genus, martyrium, translationes, miracula, portentaque, ac omnia concivia ſui ſcitu digniſſima complexus eſt. Marius vero Vipera in Catalogo de Januario pauca ſcripſit, quę à ſuperioribus relatis auctoribus non parum diſcrepant. Porro Januarii ſacra lipſana quater tranſlata fuerunt: Primo ex fundo Marciano in Eccleſia ejus nomini dicata juxta Neapolis mœnia, circa annum Domini 325. cui interfuit Joannes Epiſcopus Neapolitanus, ut Joannes Diaconus ſcribit. Secunda contigit anno 817. vel 818. in diem 23. Octobris, Neapoli, Beneventum per Siconem Beneventanorum Principem, ut Herempertus ſcribit, cujus tamen acta ab Anonymo Synchrono conſcripta recitat idem Caracciolus. Vertente poſtea anno 1129. Roffridus, ut ſcribit Falco Beneventanus, tunc Archiepiſcopus, ſacra Januarii lipſana foras perduxit de altari, in quo per undecim ſupra trecentos annos jacuerant, & in Baſilica, quam Gualterus Archiepiſcopus Tarentinus conſtrui fecerat, honorificentiſſimè collocata fuerunt. Tertia ejuſdem translatio Benevento ad Montem-Virginis incidit ſub Clemente IV. Pontifice Max. Quarta translatio Neapolim è Monte-Virginis evenit in diem decimam ſeptimam Januarii anni 1494. ubi hactenus in Metropolitana, nobilique ſacello ſumma omnium veneratione ſacra lipſana collocata conjuncta; gloriantur tamen Beneventani aliquam reliquiarum partem ſui Paſtoris habere, ac in Metropolitana aſſervari credunt.

14 THEOPHILUS 14. Epiſcopus Beneventanus, qui Lateranenſi Concilio ſub Melchiade Papa anno 313. interfuit, de quo Optatus adverſus Parmen. lib. 1. Hac eadem tempeſtate martyrio coronatus fuit ſanctus Piatus Presbyter Beneventanus, Tornaci in Gallia, de quo Molanus in indiculo Sanctorum Belgii, de eo etiam Martyrol. Rom Kalen. Octob. XIV.

(„ *Beatus Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus Piatii, ſeu Piatonis laudes cecinit, cujus metrum incipit.*

„ In Tellure Beneventi clarus ortus partibus
„ Inſignis mundo Piatus ſacris fultus moribus
„ &c. *Lucentius.*)

15 S. DORUS poſt Theophilum hanc Eccleſiam cepit regendam circa annum Domini 320. Vir planè Apoſtolicus, qui in maxima temporum calamitate adverſus fidei Catholicæ hoſtes fortiter dimicavit, dimicandoque patientia ipſa victoriam reportavit, & tandem plenus meritis migravit ad Dominum, annus vero deſideratur, ejuſque diem natalem celebrat Eccleſia Beneventana die 20. Novembris ex M S Martyrol. Bibliothecæ Beneventanæ, ut innuit Vipera. XV.

16 S. APPOLLONIUS circa annum ſalutis 326. Sancto Doro ſucceſſit, de quo illud ſingulare refertur, quod ad evitandas impiorum perſecutiones exigua extra urbem ſibi extructa domo habitavit, XVI.

(1) Neapolitani, & Beneventani æquè contendunt ſuum proprium eſſe civem Januarium. Beneventi hactenus ædes videntur, quas ejus natales eſſe affirmant. Mirum eſt, quod nec longiſſimo ævo, nec incendiis, nec terræmotibus urbem univerſam jam ferè ſolo æquantibus, ædes illæ ſemper firmiſſimæ ſteterint. Antiqui ritus Beneventanæ Eccleſiæ de S. Januario tanquam concive ſuo ex vetuſtiſſimo ejuſdem Martyrologio mi hic recitavi in ejuſdem ſolemnis conſervant Antiphona: *Salve defenſor Patriæ Januari fortiſſime, pro interventu culpas noſtras dilue, ut cæleſtia regna ſidera valeamus ſcandere.* Lucentius.

vir, ibique Episcopale munus ut potuit sanctè obivit, donec per confessionis viam migravit ad Dominum, ejusque obitus dies memoratur 8. Julii in eodem M.S. Martyrologio à Vipera citato.

XVII. 17 S. CASSIANUS quartus à sancto Januario Beneventanam Ecclesiam ad multos annos administravit. Multa passus incommoda, & adversa, atque persecutiones, omnia vicit patientia, orationibus deditus, curam pauperum agens; ac sibi commissum gregem verbo, & exemplo pascens, tandem ad præmium evocatus migravit è vita pridie Idus Augusti, multisque post mortem miraculis coruscavit: floruit circa annum Domini 340. Extat in honorem sancti Episcopi Beneventi Ecclesia dicata, olim Parochialis, sed temporum vetustate quasi collapsa, ut Vipera narrat. De Cassiano hæc notat Ferrarius in Catalogo. *Nonnullis hunc eundem Cassianum, qui foro Cornelii colitur esse visum fuit, sed id antiquæ Ecclesiæ Beneventanæ traditioni repugnat, quæ ipsum uti suum Episcopum semper agnovit, & ut confessorem coluit. De quo etiam in Provinciali Synodo fit mentio.*

XVIII 18 S. JANUARIUS hujus nominis secundus anno salutis 347. interfuit Concilio Sardicensi sub Julio Papa I. cujus subscriptio in actis ejusdem, *Januarius à Campania de Benevento Episcopus*; ea namque Episcopis tunc fuit subscribendi consuetudo, nomen scilicet propriæ Urbis, & Provinciæ proferendo. Hujus Januarii est caput octavum dicti Concilii Sardicensis latinæ editionis. *De alieno ministro Ecclesiæ non ordinando*. Hunc item Januarium sanctis adnumerat Binius in hæc verba. *Ex Italia vero lumina clarissima eandem Synodum illustrarunt nobiles sanctitate, & illustrium sedium Episcopi, Protasius Mediolanensis, Severus Ravennas, Lucillus Veronensis, Januarius Beneventanus Episcopi.*

(„ *Mense Novembri hujus sancti memoriam indicat Ecclesia Beneventana. Annus obitus ignoratur.* „ Lucentius.)

XIX. 19 LINCINUS Episcopus hujus sedis, quo anno floruerit in actis Beneventanæ Ecclesiæ non exprimitur. Credit Vipera circa annum nostræ salutis 369. vixisse.

XX 20 ÆMILIUS, quem Metaphrastes in vita Joannis Chrysostomi ait unum fuisse ex iis, qui literas Innocentii Papæ I. Honorii Imperatoris, & Episcoporum Italiæ ad Arcadium Imperatorem Constantinopolitanum dederunt, necnon duxisse secum Diaconum suum Paulum magnæ sanctitatis virum, cui apparens Paulus Apostolus dixit: *Videte ut caute ambuletis, dies enim mali sunt*. Hæc acta fuere ann. 404. De eodem Æmilio meminerunt Palladius, & Theodorus in dialogo, ac vita Joannis Chrysostomi, & Baronius ad annum 405. & quidem Theodorus in jam dicto dialogo tradit Æmilium fuisse Legatum Innocentii Papæ I. & Romani Concilii ad Constantinopolitanos in causa Chrysostomi. Ejus socii fuere Cythegius, & Gaudentius Episcopi, una cum Valentiniano, ac Bonifacio Presbyteris. Porro Æmilium Theodorus vocat sanctum virum, & Divus Paulinus Nolæ Episcopus in Epithalamio Juliani de ejus sanctitate sic canit.

Hic vir, hic est Domini numeroso munere Christi
Dives, vir superi muneris Æmilius.

Ex eodem epithalamio facilè colligitur Æmilium Beneventi Episcopum fuisse fratrē (1) Memorii Capuani Episcopi, de quo Augustinus epist. 131. Julianum autem Memorii filium, non Capuæ, neque Atellæ, sed Calenæ Episcopum probat ex Bedæ Commentario in Cantica RosWeydus notis ad Paulinum. Hæc Vipera de Æmilio. („ *Annus* „ *obitus Æmilii in obscuris latet; dies celebris est* „ *in Catalogo sanctorum hujus Ecclesiæ 4. Idus Maji.* „ Lucentius.)

XXI. 21 S. JOANNES, cujus corporis inventionem memorat Falco Benevent. in Chron. an. Dom. 1119. his verbis a; *Idem Antistes* (idest Landulphus) *die videlicet decimo stante mensis Maji cum Episcopo Frequentino, & de Monte Marano, & Arianensi, corpora Sanctorum collocavit, inter quos corpus associavit Beati Joannis XXI. Beneventani Episcopi, qui triginta, & tres annos sicut titulus testabatur in Episcopatu advixit.* Extabat antiquitus gestorum ejus legenda, *quæ adhuc*, inquit Vipera, *ad hæc usque tempora visa est, novissimè inter hominum manus deperdita*. Ejus reliquiæ, vel certè bellorum injuria deletæ sunt, vel inter illas dicendum reperiri, quæ in nova Cathedrali sub incertis nominibus conservantur. Floruisse Joannem anno 448. credit idem auctor.

a Ex quo Acta SS. Maii t. 3. p. 462.

XXII. 22 DORUS b II. ad quem extat epist. 5. Leonis Papæ I. qua eum vehementer redarguit, quod adversus regulas Patrum ausus esset recens ordinatos super alios antea ascitos Presbyteros collocare, de quo vide Baronium ad annum 448.

b Al. Theodorus.

XXIII 23 S. THAMMARUS unus ex iis, quos Martyrologium Romanum sub prima die Septembris socios sancti Prisci recenset, qui in persecutione Wandalorum ob fidem Catholicam varie afflicti, & vetustæ navi impositi ex Africa in Campaniæ littora pervenerunt circa annum Domini 440. & Christianam fidem in iis locis dispersi, diversisque Ecclesiis præfecti mirificè propagarunt. Hic cum prope Beneventum solitariam ageret vitam, fama sanctitatis erumpente, fuit ad Episcopatum evectus, atque Beneventanam Ecclesiam, piè sanctèque rexit, ut inter Sanctos defunctus referri meruerit. Extabat olim Basilica in ejus honorem erecta extra civitatem prope flumen Thammari à qua postea flumen nomen accepisse fertur, sed temporum injuria consumpta est. Floruit Thammarus anno Domini 465. cujus festus dies 15. Octubris Beneventi agitur. Ejus lipsana in Cathedrali sub altari majori asservantur, ut marmorea inscriptio docet. Hæc Vipera.

XXIV 24 S. SOPHIAS, sive Cadocus, quibusdam Sophius, S. Gunlei Australis Vualliæ Regis genitus vigesimus quartus Beneventanæ Ecclesiæ Episcopus, & Martyr. Hic in Britannia Monachus, & Abbas ejusdem Monasterii, quod propriis expensis fundaverat, ter Hierosolymam, septies Romam religiosè peregrinatus: demum ob ejus sanctitatem Episcopus Beneventanus creatus mira sanctitate effulsit, ac Ecclesiam Beneventanam suo sanguine martyrio coronatus condecoravit, ubi ob Catholicam fidem lanceis confossus ab Arrianis, dum sacra mysteria perageret ad altare mactatus hostia Christi effectus est die 24. Januarii anno ab orbe redempto 490. ut scribit Vipera, Odoacro Rege Arriano Italiam tunc tenente, & Arturo Magnæ Britanniæ Rege, ut ex ipsius gestis, quæ ad hæc usque tempora servantur in Archivio Monasterii sanctæ Sophiæ, & habetur in Martyrologio Anglicano. Hac eadem prædicta die martyrii corona fuisse decoratum ferunt Benignum Archidiaconum Beneventanum, cujus cineres in Ecclesia sanctæ Sophiæ conduntur, ut in codice M. S. literis Longobardicis in eo Archivio ejusd. Ecclesiæ notatur, ubi recensentur Sanctorum nomina, quorum corpora, & reliquiæ in ipsa Ecclesia servantur. De Benigno nil aliud docet, nisi quod Martyr Beneventi occubuit ob fidei Christianæ defensionem. Vitam sancti Sophiæ scripsit Anonymus imperitus; sunt certe in ea nonnulla paradoxa, parumque credibilia; hanc clarissimus Bollandus edidit, notisque lectu dignissimis illustravit tom. 2. de Actis Sanctorum mensis Januarii ad diem 24. De eo agit Ferrarius, sed duos existimavit Sophiam & Cadocum, de quo etiam Nicolaus Harpisfeldius, aliique agunt.

XXV. 25 EPIPHANIUS, cujus meminit Text. in cap. *Frater, & Coepiscopus noster* 17. q. 4. Gelasio Papa I. anno Dom. 494. Subscripsit Romano Concilio primo sub Symmacho 499.

FE-

(1) Soror Æmilius fuit Juliani illius, qui natus ex optimo genitore Memorio post conjugium Capuano Episcopo, eidem pessimus filius in Capuana sede successit. *Lucentius.*

XXVI 26 FELIX cujus solum nomen recitat Vipera, quem floruisse putat circa annum 520. A

XXVII. 27 S. MARCIANUS a vixit circa an. 533. quem sanctus Placidus Siciliam petiturus convenit, ut Gordianus scribit in vita ejusdem sancti Placidi apud Surium tom. 5. qui vitæ sanctitate ita floruit, ut inter Sanctos referri meruerit, cujus natalem celebrat Ecclesia Beneventana die 14. Iulii, temploque ei erecto extra urbis mœnia, à quo tota illa Regio nominatur. Sub hoc tempus anno scilicet 537. Bellisarium Iustiniani Imperatoris Ducem ex Gothorum manibus Beneventum liberasse scribit Procopius lib. 1.

a De eo Acta SS. Junii t.2. p.958.

XXVIII. 28 S. ZENON, vel, ut alii scribunt, Zozimus, quo tempore Beneventanam sedem administravit non constat; vixisse tamen ex conjectura scribit Vipera circa annum Dom. 543. cujus festus dies celebratur in Beneventana Ecclesia die 17. Octabris, habetque Beneventi templum ei excitatum Parochiale. Hoc supra relato anno Totila Gothorum Rex Beneventum vi cepit, ac diripuit, B teste Procopio. Iustino Imperatore, ac Ioanne Papa III. sedentibus anno 563. Constantinopoli Beneveotum ad Narsetem Patritium se contulit B. Archeliais Lucii Proconsulis, & Arthusæ filia, quæ magnæ sanctitatis opinione vixit annis 16. mens. 3. dies 8. obdormivitque in Domioo in Ecclesia sanctæ Luciæ prope portam Rufinam sita, ibique accepto sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, ubi & sepulta fuit, cujus vitæ, & mortis saoctitatem, multa quæ consecuta sunt miracula comprobarunt; ex cujus corporis depositione ea Ecclesia Virginis nomen accepit. Ejus festum die 3. Martii Beneventi colitur; cioeres vero Zozimi in Ecclesia sanctæ Sophiæ asservantur.

XXIX 29 FELICEM II. credit Vipera vixisse anno 585. Quo anoo circiter Pelagius I. Papa ad preces Gregorii S. R. E. Diaconi Cardinalis exemit Ecclesiam S. Mariæ ad Olivolam existentem extra civitatem Beneventanam, & prope mœnia ipsius Monialium à Monast. S. Nazarii Mart. subjectione, C ut de cetero Moniales in ipso Monasterio cum reciperentur, & iis deficientibus quæ extabant, Monasterium ipsum in virorum transiret Religionem, subditumque perpetuo esset prænominatæ Ecclesiæ saoctæ Mariæ. Causa exemptionis, & suppressionis fuit, quòd cum Gregorius à Pelagio Constantinopolim ad Tiberium Imperatorem missus, traosiens Benevento fuit hospitio receptus à Fratribus S. Mariæ ad Olivolam, qui cum Fratribus Ecclesiam ingressus, Deo laudem, officia celebraturus, ecce repente Moniales sancti Nazarii adveniunt, Monachi Choro disiliuot, illæ conscendunt, & ut sese mutuo venerantes, furores honuraot; quod intuens Gregorius, nimiumque admiratus, attunitusque aliquantulum conticuit, deinde interrogans, quid sibi veliot istæ? fuit ei responsum, Ecclesiam sanctæ Mariæ suffraganeam esse Monasterii sancti Nazarii, & ideo tanquam ad Ecclesiam sibi subjectam advenisse. Id ei multum displicuit, cum Ecclesiam sanctæ Mariæ præesse, & noo subesse indecenti Monialium præceptioni decere, dixit. D Ideoque vir Sanctus non immemor quæ sibi Beneventi displicuerant, corrigendaque essent, Pelagio Pontifici proposuit, ut & factum est. Qua tempestate scilicet annu 589. juxta Sigonii supputationem, vel ut alii volunt 585. fuit Beneventum cum tota Samni provincia ab Athalarico Longobardorum Rege, vi occupatum: qui cum omnes Provincias citra Romam ad fretum usque Siculum positas, in Ducatus formam redegisset, Beneveotum totius Ducatus caput esse decrevit, & Zotonem Ducem præfecit, quo Duce Casinense Monasterium fuit à Longobardis destructum eodem anno 589 Mortuo Zotone, Arichis, sive Arigis à Rege Agilulpho missus successit an 591. ut Paulus Diaconus narrat lib. 4. de gestis Longobardorum cap. 19.

XXX 30 L. N. ANUS II. qui interfuit solemni translationi corporis beatissimi Levitæ Modesti Martyris ex Urbe Beneventum die 3. Julii ann. 591. ex concessione Magni Gregorii ad preces Arichis piissimi Beneventani Ducis à Monachis sanctæ Mariæ ad Olivolam, quod ab Episcopo cum Clero, à Duce, universoque populo honorifice receptum in ipsa Ecclesia collocatum, ibique sepultum, donec digna Basilica in ipsius honorem dedicata esset: Hæc Vipera.

XXXI 31 DAVID Ecclesiam sanctæ Mariæ, quæ hodie Metropolitana est, solemni ritu consecravit anno 600. die 15. Decembris, qua die sermonem ad populum habuit, qui in M. S. codice ejusdem Ecclesiæ legitur, teste Vipera.

XXXII. 32 BARBARUS Beneventanus erat Episcopus anno salutis 603. cui Gregorius Magnus Panormitanæ Ecclesiæ per mortem Victoris Episcopi visitationem de more commisit, ut est in epist. 16. lib. 11. Ind. 6. ejusdem Pontificis, quem etiam monet, *Vt nullum de altera elegi permittas Ecclesia, nisi forte inter Clericos ipsius civitatis, in qua visitationis impendis officium, aullus ad Episcopatum dignus, quod eveaire non credimus, poterit inveniri*. De Episcopis sollicitus, Clero, Ordini, & Plebi Panormitaoæ Ecclesiæ scripsit idem Gregorius epistolam 19. ejusdem libri, ubi memoratur Barbarus Episcopus idem. Hujus non meminit Vipera in sua Chronologia, de quo nil aliud reperire potuimus.

XXXIII 33 ALPHANUS Beneveotanæ Ecclesiæ Episcopus vixit anno Christi 615. Ducis Arichis primi Beneventanorum ann. 24. quod intelligi potest ex documeoto ejusdem Alphani renunciationis jurium Ecclesiæ S. Martini, cujus hæc verba extant apud Chron. S. Sophiæ.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, ejusque Sanctissimæ Genitricis.

Temporibus Domini viri gloriosissimi Arichis Samnii Ducis gentis Longobardorum, anno vigesimo quarto gloriosissimi Ducatus, qui mense Martio, Indictione quarta firmatus.

Nos Dominus vir beatissimus hujus sanctissimæ sedis Beneventanæ Alphanus Reverendissimus Episcopus, ob solutionem Ecclesiæ sancti Martini tibi Trasemundo Schuldachis, qualiter tu nominate Trasmunde ipsam sæpius dictam Ecclesiam à novo fundamine, usque ad culmen consecrationis perducere visus es in tuo proprio territorio, loco qui vocatur Monsbonionis, qui esse videtur in Bueate loco, Canonica ratione absolvimus eam prædictam Ecclesiam, ut non Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus habeat potestatem eam dandam in plebutta parte esse voluerunt, aut subtrahendam, per quemlibet titulum, excepto Præsbytero, quem tu nominate Trasimunde, vel tui hæredes per tempora ordinare solveris, ipsa jam facta Ecclesia, nobis, vel nostris successoribus in nominatam sanctam sedem nostram perveniet consecrandum, secundum Canonicam sanctionem; nam aliam nullam rerum habeat potestatem dandi eu, neque à me Alphano Domini gratia Episcopo, neque in posteris meis nunquam habeat aliquando aliquam requisitionem, aut reprehensionem de hac mea absolutione; sed en nunc, & usque in perpetuis temporibus, qualiter superius legitur, in ipsa ratione permanere valeat ipsa nominata Ecclesia. Quod monumentum absolutionis tibi Nicolao Notario nostro, ut scriberes præcepimus: & ut robur habeat, effigiem sanctæ Crucis affiximus. Actum Beneventi in Episcopio, mense, & Indictione nominata feliciter.

Ego Majorachi Presbyt. me testem scripsi astantibus Sacerdotibus nostris, vel cuncto Clero.

Ego Aripalduc scribere me jussi, & testes ascribere.

Indictio, & Apocha annorum Ducatus Arichis opportunè in hoc documento cadit in anno 615. Regnare cœpit Arichis primus post Zotonem salutis anno 591. Porro Ecclesia illa sancti Martini ab Al-

pha

phano immunis facta cessit post annos plurimos in proprietatem Cœnobii sanctæ Sophiæ, unde ipsum Alphani documentum inter alia exscriptum fuit in Sophiana Chronica, quæ Alphani memoriam ad posteros perennavit.

XXXIV. 34 ILDEBRANDUS vixisse reperitur Episcopus an. 622 Hunc credunt diu Ecclesiam Beneventanam rexisse: eoque Præsule, Arechus Dux, qui Ducatum Beneventanum annis uno & quinquaginta tenuerat, mortuus est ann. 641. & Aio ejus filius ei successit, qui dum contra Slavos Sipontum obsidentes arma movisset, extinctus est anu 642. cum anno, & mensibus quinque Ducatum rexisset, & Rodoaldus post eum regnavit Dux quartus, mortuusque est anu. 647. Ducatus sui quinto; successorem habuit Grimaldum germanum suum fratrem Ducem V. Subsequenti anno Doda Parda nobilissima Beneventana mulier in honorem S. Mariæ ad Olivolam Ecclesiam ampliavit, & ipsi contiguè aliam Ecclesiam condidit in honorem S. Martyris, & Levitæ Modesti, ubi Episcopus Beneventanus solemni ritu sub altare ejus nomini dedicatum die 2. Octobris recondidit ejusdem Martyris cineres, Ecclesiamque opibus, & possessionibus ditavit Dux ipse Grimoaldus, qui Abbatem ipsius Monasterii, & Ecclesiæ Bentegrandum patruum suum, & avunculum Rodoaldi Ducis præfecit. Grimoaldus vero post quindecim annos Rex Longobardorum salutatus, & Romualdus filius ejus VI. Dux creatus est Beneventanus ann 663.

XXXV. 35 S. BARBATUS a Episcopus Beneventi electus anno 663. circa 20. Martii Romualdo Duce mira sanctitate effulsit. Nam gentilitatis ritum denuo Beneventi pullulantem ea occasione extirpavit, dum Constantinus, dictus Constans Imperator Constantinopolitanus anno Domini 663. Apulia pene universa depopulata, Luceriaque non admodum à Siponto disjuncta ad solum prostrata Beneventum arctissima obsidione devexaret. Sanctus Barbatus non adhuc Episcopus, lachrymis civium, Romualdi Ducis precibus, ac dolore commotus, Idolorum cultum, sceleraque omnia clarè, palamque concionando detestans, libertatem Duci, urbi, omnibusque promisit, si relicta vitæ pravitate ad Deum toto animo redirent. Hoc inito pacto, Deum sanctus Barbatus ita assidua oratione exoravit, ut Romualdo cum omnibus civibus ad mœnia ducto, sanctissimam Dei Genitricem pro Benevento contra hostem pugnantem, claro aspectu, apertis oculis demonstravit, qua visione Romualdus, ac Beneventani prius animo prostrati, ea fortitudine, ac magnanimitate sunt mutati, ut brevi obsidione sublata, hostes profligaverint, suosq. ac patriam cum antiqua libertata, ac pace ope Divina potius quam humana constabiliverit Hoc miraculo commotus Dux, populusque Barbatum Episcopum acclamaverunt. Idololatriam omnino abnegantes, munera ei magna obtulerunt, quibus spretis, Ducem hortatus est ut Divi Michaelis Archangeli in Monte Gargano Cryptam penè collapsam in antiquam restitueret culturam, eamque cum omnibus, quæ sub ditione Sipontini Episcopatus essent, Beneventanæ Ecclesiæ præesse juberet. De qua re ita Barbatum allocutum fuisse Romualdum, acta ejusdem Sancti demonstrant, eique ut ipse petierat demandatam fuisse Angelicæ sacræ Cryptæ, & Sipontini Episcopatus curam eadem perhibent acta, literisq. probatur adinventis tunc Romani Pontificis Vitaliani datis eidem Barbato, quas recitat Marius Vipera, etsi, ut Camilius Paregrinus de fine Ducatus Beneventani observat, in multis adeo corruptas, ut de illarum sinceritate suspicari merito posset, quemadmodum & nos ex pluribus aliis monumentis ab eodem Vipera telatis observavimus. Porro Vitaliani literæ ann. 668. datæ ita recitantur.

a De eo Acta Sa. Februarii tom. 3. p. 137.

VITALIANUS EPISCOPUS
servus servorum Dei.

Reverendiss. Domino carissimo Beneventanæ Ecclesiæ Episcopo, & in eodem venerabili Episcopio in perpetuum.

Cum sicut Apostolicæ dignitatis apertè in hoc Divini profectus nitore dignoscatur præfulgere, & in exercendis Dei laudibus, seu impensius studeat laboris exhibere certamen, ob hoc debita nos ejusdem Apostolicæ pastoralis compulit sollicitudinis cura, quæque ad stabilitatem piorum locorum promulgari, & Apostolicæ institutionis censura confirmari. Igitur quia postulasti à nobis, quatenus Reverendissima Beneventanensis Ecclesia Deo favente privilegiis Reverendissimæ Sedis Apostolicæ decoraretur, idcirco piis tuis desideriis faventes, ac nostra auctoritate id quod exposcit effectus mancipamus, concedentes tibi, tuæque præfatæ Reverendissimæ Beneventanensi Ecclesiæ, idest Bibinum, Asculum, Larinum, & Ecclesiam sancti Michaelis Archangeli in Gargano, pariterque Sipontinam Ecclesiam, quæ in magna inopia, & paupertate esse videtur, & absque cultoribus, & Ecclesiasticis officiis, nunc cernitur esse depravata, cum omnibus quidem eorum pertinentiis, & omnibus prædiis, cum Ecclesiis, familiis utriusque sexus, & massis, totaque loca ditioni antiquæ possessa tuæ sanctimoniæ, successoribusque tuis concedimus hæc omnia dominanda & possidenda, atque canonicè disponenda, cum omnibus suis ubique pertinentiis, sive sint in præfatis civitatibus, sive in quibuscunque castris consistentia, siquidem insuper Apostolica censura sub Divini judicii obtestantibus, & validis, atque atrocibus anathematis interdictionibus, ut nullus unquam successorum vestrorum, vel alicujus dignitatis potestate præditus Reverendissimæ Beneventanæ Eccl. aliquam vim facere, vel in cunctis jam supradictis Ecclesiis, vel de iis, quæ pertinere videntur, quoquo modo auferre, aut alienare, vel ejus minuere terminos, & nec quamlibet malitiam, aut jacturæ molestiam in easdem inferre quocunque tempore, nec liceat ei sit, ut dictum est ex earum pertinentiis aliquam, magnæ parvæque personæ auferre; sed omnia superius taxata sub potestate, & dispositione Beneventani Episcopatus perpetuo consistant, ut profecto juxta id, quod à nobis statutum est, eadem venerabilis Reverendissima Beneventanensis Ecclesia Apostolicis Constitutionibus, aut privilegiis consistens, ornata, inconcussa dotata permaneat. Siquis autem (quod non optamus) nefario ausu præsumpserit hæc quæ à nobis ad laudem Dei pro stabilitate dictæ Ecclesiæ Beneventanæ statuta sunt refragare, aut in quoquam transgredi, sciat anathematis vinculo innodatum esse, & cum Juda Domini traditore, & cum omnibus impiis æterni incendii supplicio condemnatum: ut vero qui pio intuitu observator, & in omnibus extiterit custodiens hujus nostri Apostolici constituti ad cultum Dei respiciens benedictionis gratiam à misericordiosissimo Domino Deo nostro multipliciter consequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur. Scriptum per manum Adriani Scrinarii Reverendissimæ Romanæ Ecclesiæ in mense Februario Indict. 11. Bene valete.

Datum 3. Kal. Febr. per manum Anastasii Primicerii, defensoris Reverendissimæ Sedis Apostolicæ, anno Deo propitio Pontificatus Dom. Vitaliani Summi Pontificis, & Universalis Papæ in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli primo. Indict. 11.

Gargani montis Specum, & Sipontinam Ecclesiam diu etiam post Vitaliani tempora Præsulibus Beneventanis commendatas, vel potius unitas mansisse, suosque ferè Archiepiscopos obtinuisse, septimo nostro tomo in Archiepiscopis Sipontinis serie demonstravimus, quæ tamen in aliquibus corrigenda, & paulo infra plura monumenta in lucem proferemus, quibus Episcopi Beneventani Sipontinos etiam Præsules sese attitulasse ostenditur. Credunt Beneventani ex hac concessione Cryptæ sancti Michaelis Archangeli per Vitalianum Pontificem sancto Barbato, suæque Beneventanæ Ecclesiæ facta, quod ita Michaelis Archangeli devotio Benevento creverit, ut populus Beneventanus magno animi affectu ductus illum in suum Divum

tutelarem elegerit; unde Beneventani Principes in monetis effigiem, nomenque sancti Michaelis Patroni ex una, ex altera nomen proprium cudi mandaverint. Cæterum Barbatus cùm Romano Concilio sub Agathone Papa cum aliis sanctissimis Episcopis interfuisset ann. 680. obdormivit in Domino die 19. Febr. ann. salutis 682. ætatis suæ 80. Episcopatus sui 18. mens. 11. sepultus in Cathedrali, cujus dies festus à Beneventanis maxima celebratione colitur, ac veluti præcipuus Divus Tutelaris honoratur. Habuit templum extra civitatem sibi excitatum, cujus hodie nulla fere extant vestigia, & ex ejus nomine tota regio illa vocitatur. Post annos ab obitu ejus 442. Roffridus Archiepiscopus Beneventanus, ut Falco Beneventanus in Chron. scribit ejus sacrum corpus ex altari in quo jacebat in aliud decentius transtulit anno Domini 1124. die 24. Maii intervenientibus duobus Episcopis suffraganeis, quo tempore multa miracula ante sepultum corpus affluxere. Ejus lipsana partim adhuc Beneventi sub ara maxima Cathedralis reconduntur, partim in Ecclesia Montis Virginis translata dicuntur. Sedente vero Barbato Theodora, seu Theodorada Romualdi Ducis uxor extra mœnia Beneventi fundavit Ecclesiam ad honorem sancti Petri Apostoli cognomento Majoris, apud quam Monialium Cœnobium erexit, ut Paulus Diaconus scribit lib. 6. c. 1. Hujus Cœnobii vestigia, ad hæc usque tempora ad radices Montis S. Felicis videntur. De Barbato Martyrologium Romanum, Baronius in notis, & in Annalibus Ecclesiasticis, Vipera, Ferrarius, aliique. Nuper Acta ejusdem cum eruditissimis adnotationibus in lucem emisit doctus & de Ecclesiastica historia benè meritus Ioannes Bollandus tom. 3. Febr. Actorum Sanctorum. Habuimus ex M. S. codice S. Sophiæ Barbati vitam, quam hic exhibemus, quam etiam idem Bollandus recitat.

Sicut evidentissima fidelium relatione comperimus de celeberrimo sanctissimi Patris Barbati more, vel meritis, (quanquam indignus ad tam eximii Præsulis exponendas laudes, atque omnibus Philosophiæ deterior sectatoribus, annuente mentium scrutatore, qui non philosophari, sed simplicibus verbis suos discipulos evangelizare sacra Mysteria inculto docuit sermone) gratiam, quæ cœlitus in beatissimo Barbato effulsit, perpetuo devotissimus enarrare. Et si quis fortasse liberalibus disciplinis apprimè imbutus accuratius legerit hæc, quæ de tanti viri gestis reperi apicibus annotata, non dictantis perpendat ignaviam, sed meritorum ejus excellentiam, de quo summo mentis conamine, postposita verecundia, ut temerarius loquor.

Tempore quo Grimoaldus Longobardorum regni moderabatur habenas, ejusque filius Romualdus Samnitibus imperabat, insignis Sacerdos Barbatus nomine, ut fassus sum, Redemptoris nutu claruit Beneventi, actionibus celebre, miraculisque coruscans.

His quoque diebus quamvis sancti Baptismatis unda Longobardi ablucrentur, tamen priscum Gentilitatis ritum tenentes, sic bestiali mente degebant, quod bestiæ simulacro, quæ vulgo Vipera nominatur, flectebant colla, quæ debitè suo debebant flectere Creatori. Verumetiam non longe à Beneventi mœnibus devotissimè sacrilegam colebant arborem, in qua suspendentes corium, cuncti, qui aderant, terga vertentes celerius equitabant calcaribus cruentantes equos, ut unus alteri posset præire; atque in eodem cursu retroversis manibus corium jaculabantur, jaculatoque particulam modicam ex eo comedendi superstitiose accipiebant. Et quia stultè illic persolvebant vota, ab actione nomen loci illius, sic hactenus dicitur, Votum imposuerunt. Quæ Dominus Barbatus cernens incessabiliter annunciabat duobus Dominis servientes non posse salvari, & nequaquam inter filiorum Dei numeros aggregari, qui se apostatæ Angeli ditioni subdiderint. Hæc, & alia illis indesinenter beatissimus Barbatus, huc, atque illuc discurrens anxie prædicabat, cupiens eos Creatori suo purgatos erroribus præsentare. At illi ferina cæcati dementia nihil aliud quam in bellorum meditantes usus, optimum esse fatebantur cultum legis majorum suorum, quos nominatim bellicosissimos asserebant, ideoque Dei monita funditus abdicabant. Sed omnipotens, atque ineffabilis Deus, qui pro humanis erroribus formam servi accipiens sanguinem suum fudit, eo quod neminem vult perire, non desinet etiam ingratos ad se congruentibus modis perducere, ut salvari queant. Hic piissimus medicus improvisus ægro assistit, eumque compellit, ut de sua poscat salute. Cumque charitatem Barbati, illorumque perpenderet infirmitatem, concessit, ut sic sanctissimus vir, qui eos Divinis medicaminibus conabatur à peccatorum febribus, & ex intimis squalida profluente saniæ emundare, atque à protoplasti subversionis fermento ad filiorum Dei ponere libertatem, etiam mirabilibus signis suæ prædicationis verba firmaret, ut si non verbis ad suam salutem, visis miraculis flecterentur. Nam Dæmonia ex obsessis corporibus aliquando, fusis ad Dominum precibus, aliquando minis ejiciebat. Et nunc usque ad corporis ejus reliquias, cooperante Domino, sæpius à Dæmonio plures salvari conspicimus. Necnon & expletis Missarum solemniis, lotisque viri Dei manibus hausta aqua, quæ de illius manibus defluebat, continuò à quacunque detenti infirmitate saluti pristinæ restituebantur. Sed quoniam longo senio saucia membra non possunt fomentis vel unctione levi curari, nisi medicaminibus Divinis, quæ ex alto vulneris, & ex vetustate induratam saniem ad superficiem cutis perducant, ac deinde evulsa putredine concitè queant sanari: idcirco misericors Deus cum cerneret, quod nihil effectus haberet eorum saluti Servi sui prædicatio, vel immensa signorum extensio, condolens eorum interitioni, suarumque miserationum non oblitus, ferocia mundi regna super eos adduxit, ut qui pacis tempore salutaria monita abjiciebant, rectè suum Creatorem sequi nolentes, tamen necessitate compulsi ab his, quibus nequibant obsistere viribus ad suum Redemptorem conversi, Divinis opitulationibus eruerentur.

Constantinus autem, qui & Constans est appellatus, eo tempore Constantinopolitanum regebat imperium, qui à Longobardorum manibus Italiam eripere cupiens, suæque reducere ditioni, sicut olim præcedentium se in potestate innumera multitudine suorum collecta mare transgressus Tarentum penetravit; indeque profectus penè omnes Apuliæ urbes depopulavit, pergensque opulentissimam Luceriam cum gravissimis prædiis cepit, eisque omnibus prædonum directis manibus eam ad solum usque prostravit. De cujus excidio alacer effectus Augustus concitè sua castra movens, juxta Beneventi mœnia collocavit. Nec mora; coacervato exercitu ad expugnandam urbem cum diversis bellorum machinis suos magnates instituit. In qua urbe Romualdus, de quo supra retulimus, cum paucis, sed validissimis inerat Longobardis, ibique sanctissimus Pater Barbatus morabatur cum illis. Circumdata namque urbe, terribiliter, atque inauditè capturi eam novis certaminibus per plurimum temporis pugnaverunt. At contra Romualdus, ut erat magnanimus, & imperterritus, eis fortiter resistens, nunc ex muris, nunc per improvisam irruptionem plurium suorum hostium attrivit. Nam pro paucitate sui exercitus acies contra eum in patulis pavebat dirigere. Tamen cum expeditis incessabiliter hinc, atque inde subito inimicorum prostrabat catervas. Sed præfatus Augustus, quanto plus sibi attentius cernebat obsistere, tanto eis ferventissimè nova certamina objiciebat. Cumque se jam præfatus Princeps, ejusque cives undique anxiatos aspicerent, ita ut extra murum egredi non valerent, & frequenter sævissimis præliis lacesserentur, funditusque ab eis spes salutis esset ablata, & capiendos se fore universos, prædonibusque dirimendos, valido ejulatu flentes, decreverunt, ut urbis patefierent portæ, & egressi utriusque sexus unanimes interirent pugnando.

Mox sanctissimus pater Barbatus astitit inter eos, & ait: Convertimini, filii, ad Creatorem vestrum,

ut

ut salvemini. Ipse enim conterit bella, ducit ad inferos, & reducit, humiliat, & sublevat. Relinquite ergo vanitatem, quam suggerente diabolo usque nunc estis secuti, unde quanto citius animam, & cor intentum præparetis, & soli Deo Patri, & Filio, sanctoque Spiritui, tribus in personis, sed uni Deo coæterno, & coasubstantiali, canora voce concinite laudes, precesque ad eum fundite, qui scrutatur renes, & corda, & ipsi soli vos servituros devotissime pollicemini, & liberabit vos ab his, qui quærunt animas vestras.

Hoc audito Romualdus ait; Sicut asseris, ita est; ut ab hostibus non capiamur, abiciam omnia, quæ ritu gentis colueram, & soli Deo me serviturum promitto, teque per omnem provinciæ meæ urbem, prædiis, coloniisque ditabo, atque civitatis hujus te Præsulem effici concedo, ut mei curam, ut optimus Pater habere digneris. Ad instar autem ejusdem sermonis omnes se velle dixerunt; & qui prius beatissimum Barbatum vociferantem spernebant, deinceps necessitate compulsi catervatim confluentes obnixe ab eo salutis suæ documenta captabant. Continuò pius Pater Barbatus, non honoris, aut divitiarum avidus, sed anxius de illorum salute, Genitricis Dei ingressus Ecclesiam, humoque prostratus cum lacbrymis, gemitibusque deprecabatur eam, ut magnificis ejus suffragiis Redemptor omnium eruere Longobardos de externi hostis manibus dignaretur, ut per temporalem ereptionem à malignorum spirituum servitute erepti, æternæ gloriæ participes fieri mererentur. Sed omnipotens Deus, qui ore proprio profiteri dignatus est, quod magis gaudium in superais fit super uno pœnitente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia; atque alibi testatur, ut qua hora conversus fuerit ab iniquitate peccator, oblivioni præterita ejus delicta tradantur, & vivat in sua justitia, quam fuerit operatus; preces famuli sui non sprevit, eumque ut poposcerat exaudivit. Beatissimus quoque Barbatus divina revelante misericordia se exauditum agnoscens, ad Romualdum reversus, ait; Perpende ne tu, & universi, qui soli Christo Jesu Domino Deo erepti à vestris insidiatoribus servire polliciti estis, pactum promissionis irritum faciatis, ne deteriora vobis contingant, ut relicti à Domino, non sit qui eripiat vos. Nam profecto scitote, quod Christus, ad quem conversi estis, liberabit vos. Cæsaris quoque & ejus populi agressus Beneventi aditus non penetrabunt, sed concite revoluti suos adibunt fines. Et ut sciat me incunctanter vera prædicere, pariter subeamus murum; ibi piissimam Dei Genitricem Mariam tibi ostendam, quæ ad Dominum Salvatorem pro vobis preces effudit, & nunc exaudita ad adjuvandam nos venit. Quo audito Lachrymas præ gaudio fudit; pariterque subeuntes murum visa Dei Genitrice in faciem decidit Princeps nimio pavore territus, & penè exanimis solo consternatus jacebat. Quem vir Dei Barbatus confortans à terra levavit; qui illico ad se reversus gratias egit Domino, qui dignatus est eum ad sui Mysterii cognitionem perducere.

Sequenti namque die, Divinis opitulationibus, is qui usque ad interitionem moliebatur urbem cum suis habitatoribus perdere, & quem nequibant ad mentem flectere immensi ponderis argentum, vel aurum, atque innumera multitudo pretiosorum lapidum, & margaritarum, accepta solummodo sororem ejusdem Romualdi Beneventum deserens, Neapolim est ingressus. Repente beatissimus Barbatus securim accipiens, & ad votum pergens, & suis manibus nefandam arborem, in qua per tot temporis spatia Longobardi exitiale sacrilegium perficiebant, defossa humo radicibus incidit, ac desuper terræ congeriem fecit, ut nec inditium ex ea quis valeat reperire. Recesso igitur hoste, uterque sexus, & ætas ad beatissimi Barbati Episcopatus electionem unanimiter confluxerunt lætantes, eo quod talem mererentur habere Protectorem, qui suis precibus hostem repellat. Eo electo in ordine Episcopatus, voluit eum Romualdus, sicut pollicitus fuerat, per singulas suæ Provinciæ urbes, prædiis, coloniisq; ditare; quę vir Domini Barbatus accipere recusavit. At ille cogebat eum dicens; non me inter filiorum tuorum numeros aggregari credo, si munus, quod ob meam salutem offerre studeo, renuis. Coactus ejusdem precibus ait beatissimus Barbatus; Si munus tuæ salutis offerre studes, unum impende beneficium, ut B. Michaelis Archangeli domus, quæ in Gargano sita est, & omnia, quæ sub ditione Sipontini Episcopatus sunt, ad sedem Beatissimæ Genitricis Dei, ubi nunc indignè præsum, in omnibus subdas. Et quoniam absque cultoribus omnia depravantur, unde non sedulum officium persolvi potest, melius à nobis disposita tibi proficient in salutem. Illico Princeps viri Dei consentiis petitionibus, & eo ordine ut fati sumus, sicut mos est per præceptum Genitricis Dei universa concessit, &, ut resonat, in futurum anathematizaverat, qui contra hæc agens irritam hanc facere voluerit concessionem. Impetratis omnibus ut poposcerat vir Sanctus, non est oblitus mandatorum Dei. In quatuor partes cunctum Ecclesiæ redditum omni tempore sanxit fideliter dispartiri, unam egentibus, secundam his, qui Domino sedulas in Ecclesiis exhibent laudes, tertiam pro Ecclesiarum restauratione distribui jussit; quartam vero suis peragendis utilitatibus ut Episcopus habeat. Et hactenus sicut ab eo disposita sunt in præsenti cuncta videntur. Præterea Romualdus, ejusque sodales prisco cæcati errore, quanquam mirabiliter eos Omnipotens de laqueis inimicorum suorum per famuli sui preces eripuisset, palam se solum Dominum secundum Beatissimi Barbati prædicationem colere fatebantur, & in abditis Viperæ simulacrum ad suam perniciem adorabant. Quod virum Dei non latuit; compertoque hoc exitiali contagio, eo quod charitas Dei erat in illo, illorum facinus ad suam internecionem deputans esse futurum, immensas coram Deo lacbrymas fudit; ut sicut illius potentiæ nihil est impossibile faciendi, quo ordine illi placitum sit ab hac mentis vesania eos eriperet, & non eos humani generis insidiatoris errore captos ad æternæ gehennæ incendium deputaret. Hoc ita faciens, quoniam eo spiritu replebatur, quo Paulus egregius Prædicator, & Doctor Gentium repletus dicebat: Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Interea uxor præfati Romualdi Theoderada nomine, omni abjecto errore, verum Dominum Jesum Christum secundum Canonicam sanctionem colebat, omnino viri sui errorem abjiciens. Cumque venatum Romualdus pergeret, vir Dei Barbatus visitandi gratia ad eam perrexit, cœpitque de viri ejus ignavia colloqui. At illa ex alto suspiria trahens his est exorsa sermonibus. Evidenter scio, ut tuis eum interventionibus Dominus ut per viam veritatis incederet concessit. Cui vir Domini Barbatus respondit: Si veraciter in Dominum, ut æstimo, habes fiduciam, ne formides, sed consiliis meis acquiesce, ut mihi Viperæ tribuas simulacrum, & salvabitur vir tuus. Illaque respondit; si hoc perpetravero pater, veraciter scio me morituram. Beatissimus autem Barbatus ait ei; Memento æternæ vitę remunerationum filia, quoniam non mors, sed magis est præmium, ut pro fide Christi ab hac instabili luce subtracta ad eum pertingat, ubi ipse Christus cum Angelis, & Sanctorum multitudine gloriatur. In qua gloria nemo rigore, vel æstu coangustatur, non morborum accidit ruina, non egestate quandoque dilaceratur, non mestitia illic occidit, aut membra quietem requirunt, non invidus, aut invidiosus, vel murmurans reperitur in ea. Evulsa est ab ea suspitio mortis, & omissio gloriæ. Et quid per singula discurrere conor, cum dicatur de ea, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quod præparavit Deus diligentibus se. Et cum hæc omnia, ut fati sumus, indubitanter credis; accede ovans, si expedit, ut relicta hac ærumnosa vita ad eam ducaris, in qua sine fine, & insatiabiliter glorieris. Fidenter in eis fide promissionibus, quia nihil adversi de hac tibi continget. Tantum bestiæ simulacrum affer, ut perficiatur in te, quod olim scriptum est; salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem. Illaque viri Dei promissionibus nimium credula concitè ad dictum attulit simulacrum, acceptoq; statim illud igne dissolvit,

pluri-

plurimisque auri opificibus accersitis disposuit, ut ante adventum Principis ad offerendum corpus, & sanguinem Christi miræ magnitudinis, atque decoris ex eo patenam, & calicem operarentur, ut in memoriale servetur futuris temporibus in Beatissimæ Genitricis Dei Ecclesia, per quam ab interiore, & exteriore fuerant ab hoste salvati. Expletis omnibus, ut vir Dei Barbatus præceperat, contigit ut sacro Resurrectionis die, Romualdus venatu revertens ingredi Beneventum deberet. Cui sanctissimus Barbatus in itinere direxit, ut ante ad Dei Genitricis Ecclesiam pergeret, Missarumque solemnia celebraret, postmodum ad regiam pergeret domum. At ille viri Dei jussis obtemperans cum universo comitatu suo ingressus est Ecclesiam ad Dominicam celebrandam solemnitatem. In hora, qua expediebat, oblata sunt vasa ex bestiæ simulacro facta, ferentia Dominicum corpus, & sanguinem per manus viri Dei Barbati Altissimo Domino offerendum; expletisque Missarum solemniis, cunctisque divinis refectis muneribus, accedens vir Dei ad Principem cum jurgio ait; Ecce, o Princeps, in Dei, & ejus Genitricis astamus præsentia, memor esto, quia te vidente post Genitricis suæ intercessionem te Deus ab inimicis tuis eripuit, & tu abjectis omnibus idolis noveras soli Deo catholicè deservire, & nunc in domus tuæ penetralibus bestiæ simulacrum colis. Putas ne si hominibus lates, Deo quoq; abscondere queas? nonne parum tibi videtur tot vicibus tentare Dominum, ut nisi conversus fueris, si de iniquitatibus tuis ulciscatur, ante faciem ejus te proteget viperæ simulacrum, aut dicet ei ne percutias eum, aut eruet te de manibus ejus? Perpende, ne veniat ultionis dies, & non sit qui eripiat te, nec tui clamoris audiat vocem. Audiens hæc Romualdus humilitèr facens, seque reum, & graviter deliquisse confessus est, petens ut Sanctus à Deo veniam peteret, seu posceret; & statim suæ petitionis simulacrum pollicitus est abiicere, & in manus ejus tradens ad perficiendum, quod vellet. Cui vir Dei, Non opus est, inquit, ut illud tribuas mihi, quoniam favente Deo, hæc, in quibus Dominicum corpus sumpsimus, ex eo compacta est, & quod prius ad vestrum interitum suggerente Diabolo consistebat, nunc in eo omnium operatur salutem. Ad hæc Romualdus ait: Peto dilectissime pater, ut mihi insinuas, quo ordine tibi allatum est. Fateor, ait beatus Barbatus, quod me tua cum conjuge cum mœrore intimo de tuo interitu colloquente ab ea expetii, & accepi. Repente unus ex circumstantibus ait: Si mea uxor talia perpetrasset, nullo interposito momento abscinderem caput illius. Ad quem beatissimus Barbatus conversus ait: quia Diabolum adjuvare niteris, Diabolo manciperis. Continuo à Diabolo correptus, acrius cœpit torqueri. Addensque ei, ut indictum ait, sit in posterum Longobardorum genti, quod tu Diabolo concessisses, usque ad tot generationes ex te procedentes non sit tempus, quod de tuo genere quispiam à Diabolo non vexetur. Non enim recolitur, quot generationes instituit, tamen usque nunc, qui de illo sunt propagati, quilibet ex eis semper à maligno spiritu agitari conspicitur. Cæteri quidem pavore nimio territi, repulsis omnibus, quæ superstitiosè coluerant, totis viribus ad Dominum versi, deinceps pia Dei documenta, catholica fide pleniter instructi, usque nunc Deo favente custodiunt. Hic autem piissimus Pater Omnipotentis solamine fretus simpliciter, atque prudenter deguit in suo Episcopatus honore annos decem, & octo, & menses undecim qui divina evocatus misericordia præmia suarum operum capiendi de hac instabili luce privatus ad cœlestia regna 11. Kal. Martii, à nativitate sua octuagesimo est advectus, ubi sine fine cum sanctis Angelis gloriatur, in quibus nunc ea amplectitur non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem, quæ mortali carne consistens per

A *fidem, & spem in ænigmate quotidie amplexabatur, favente Deo nostro Jesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto per immensa sæcula vivit, & regnat, Amen.* Hæc Acta.

36 ALDERICUS eidem præfuit Ecclesiæ, teste Vipera, circa annum Dom. 700. XX XVI.

37 AMBROSIUS (1) anno Christi 748. interfuit Concilio sub Zacharia Papa celebrato. XX XVIII

38 TOTO Episcopus Beneventanus floruit circa annum Domini 750. (2) quod habetur ex diplomate quodam Longobardicis characteribus scripto existente in Bibliotheca Beneventana signato lit. M. sed adeo lacero atque consumpto, ut vix contrectari possit, in eo tamen clarè leguntur hæc verba. *Quæ vera tradenda à gloriosissimo Duce Gisulpho sub sui regiminis anno secundo, tradita fuit Totoni tunc Beneventano Episcopo.* Cum vero constet Gisulphum regnare cœpisse circa annum Dom. 745. in ea tempora scribendus est Toto. XX XVII

B 39 JOANNES II. sub Zacharia Papa Gisulpho Duce *a*, & Arichi *b* Beneventanorum Principe vixit. Gisulphus autem Joanne Præsule cœpit ædificare templum in Benevento, quod Græco vocabulo sanctam Sophiam, idest sanctam Sapientiam appellavit, ut Ostiensis in Chronic. narrat lib. 1. cap. 9. quod morte preventus explere non potuit. Arichis, qui ei successit mirificè illud perfecit, ditatumque amplissimis prædiis, & opibus, ibique Sanctimonialium Cœnobium statuit, & Casinensi Monasterio subjecit, in eoque Gorimbergam sororem suam germanam Abbatissam ordinari fecit. Ipse vero Princeps cum invidiosis opibus hoc Monasterium ditasset, se fundatorem ejusdem vocat in concessione oblationum, tam vivorum, quam mortuorum, quæ recensetur in Chron. hujus Cœnobii apud me M. S. XX XIX.

a Qui ob. II an. 749.
b Qui ii successit Luitprando defuncto an. 758.

In nomine (inquit oblatio) *Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, Dominus Arichis piissimus, atque excellentissimus Princeps gentis Longobardorum, divina præmonitus manu, offero Ecclesiæ sanctæ Sa-* C *phiæ, quam à fundamentis ædificavi, pro redemptione æternæ vitæ, seu, pro salvatione gentis nostræ, & Patriæ, oblationes omnes, tam vivorum, quam etiam mortuorum, quæ in eodem Monasterio, à quocunque hominum genere datæ, seu oblatæ fuerunt, seu omnes homines illos, qui exinquam res suas fideliter Monasterio offerunt, hæc omnia Monasterio sanctæ Sophiæ concessimus possidenda. Quod præceptum oblationis ex jussione, & dictatu nostræ potestatis scripsi ego Evaldus Notarius.*

Actum Beneventi in felicissimo Palatio in anno decimo septimo mense Novembri per Ind. 13. feliciter.

Est documentum anno salutis 774. Arichis principatus 17. cum regnare cœpisset anno 758. Februario mense. In eodem Chron. plures Arichis donationes eidem Monasterio liberalissimè factæ leguntur: ex iis præ cæteris amplissimam eodem anno elargitam hic exhibemus in hæc verba.

In nomine Domini Salvatoris Jesu Christi.

D *Regina dives opum mihi pulchris instructa gemmis crescere cœpit, dum diversa gemmarum, metallorumque genera redundarent, & alia multa: quidquid fere Indus, quicquid à se vana Creta, & mollis mittit Arabs, mandatque nigra pellis Æthiops, & vestiunt Seres, hue mentis quæ inventio, hue illucque ad usq; mundi originem, finemque dum consideranno quid fuere præterita, quidve sint præsentia, quidve erunt futura, omnia sub sola physica conjectura vanitatem ratus sum; quorum essentia, ortus, tentatio, labor, & mors. Nil ergo rerum copia proderit, nisi Deo possessori oblata. Quingentos priscorum reminiscimur annos olim transcendisse. Vix jam senagenarium ætatis contingit: etenim si quosdam ad centum retulimus*

(1) CÆSARIUS, perperam ab Ughello Ambrosius nuncupatus, interfuit Concilio Romano non anno 748. sed 743. à Zacharia Papa celebrato. Postponendus vero in serie est Totoni, qui vivebat Episcopus Beneventanus an. 751. ut mox dicemus. *Ex Sarnellio.*

(2) Toto post Ambrosium divino jure dicebat an. 751. quod evincitur ex diplomate allegato hic ab Ughello Bibliothecæ Beneventanæ. In eo enim legitur Gisulphum hujus nominis II. Beneventi Ducem anno secundo sui dominii quædam tradidisse Totoni tunc Beneventano Episcopo. Is annus fuit Christianæ salutis 751. mense Decembri inchoatus, cum Gisulphus ex accuratissimo examine Chronologiæ Beneventanorum Ducum successerit Godescalco mense Decembri an. 749. anno igitur proxime insecuto mense Decembri secundus Gisulphi inchoatus statuendus est: & Cæsarius Totoni postponendus. *Ex Sarnellio.*

Pervenisse æstuant, ut saltim noctis quietem habere queant. Si novis alior incolumi dulcedine opibus esse potitos, nunc amarissimam desient possidere egestatem. Cuncta quidem prætereunt, deteriora quæque, breviaque sequuntur. Jam Mundus ingemiscens, egestatibus angustatus, moribundus diffugit: Salvatoris voce, cælum, terraque transire dicuntur; præsertim mortales fragiles, quorum vita quasi flos egreditur, et velut lampas apposita vento rapitur. Nil igitur utilius, nilque salubrius, nisi futuræ vitæ semper meminisse, quò omnia pergunt, & anticipantes nostra Domino offerre, ut in cælestibus, & æternam vitam, & quietem perpetuam indeficientes, veras divitias habere, atque obtinere semper valeamus, sicut idem cælestis Magister discipulos docens pollicetur: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & devorantur: Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo & reliqua. Nempe difficillimum est, aut grates referre, tantaque pro Deo portare quanta pro hominibus miseratus

B *pertulit; cum esset Dominus Majestatis, Rex Angelorum, cælitus humillima terræ potiis, servilem dignatus induere formam, sponte sese sceleratæ intulit neci, & resurgens æterni Patris repetivit gloriam relinquens exemplaria: Ut, inquam in vestigiis callem, inoffenso pede gressum ponamus: Itaq; quia pro me passus est, & quidem ex bonæ voluntatis hilaritate quæcunque supra infra dicenda sunt, obtuli, non mea, sed quæcunq; sunt Dei appetens; multa quidem, & innumera mihi donavit perfrui quibus indignus mereor. At ego, qui fragilis creatura sum, Arichis omnium Princeps, caducæ vitæ casus percurrens, & perennis immortalitatis opes adipisci cupiens. Credo equidem, nec vana spe divinitus inspiratus consecravi aulam tuam S. Sophiæ nomine qui es vera Domini Sapientia Christe; in qua etiam xenodochium pupillarum extruens, obtuli ex tuis donis, atque datis; In primis Ecclesiam sancti Benedicti, loco qui vocatur Xenodochium, quod positum est juxta ipsum Monasterium, cum omnibus sibi pertinentibus. Hoc etiam statuimus, ut Præpositus*

C *jam dicti sanctæ Sophiæ Monasterii ibi sedeat, ibique sit porta ad hospites suscipiendos: pro quo & addimus, ut decima omnium frugum ibi annualiter ex Monasterio detur ad stipendium peregrinorum; & sicut ab antiquis Rectoribus prædicta sancti Benedicti Ecclesia possessa fuit, amodo, & deinceps sanctæ Sophiæ Monasterii potestati subjaceat. Sed & Ecclesiam sancti Petri Principis Apostolorum, quæ ædificata est in Galo largiti sumus in territorium Monasterio sanctæ Sophię; à fine venatoris per serra usque in Strasilum inter duo tora; & per Carbonarium de Osculo, usque in finem de novo Frontino; de alia vero parte primum per viam publicam usque ad fluvium Calabium. Deinde usque in terminum, qui dicitur à Latre. Ea concessi equidem sanctæ Sophiæ Monasterio. Porro Casæ numero hæ sunt. Casa quæ regitur per Maurissianem cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: Casa quæ regitur per Francoaldum cum uxore, & filiis sibi pertinentibus: Casa quæ regitur per Anselmum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi per-*

D *tinentibus: Casa quæ regitur per Ferrandum cum Germani & uxoribus, & filiis, & omnibus eorum: Casa quæ regitur per Scalconem cum uxore, & filiis suis, & omnibus sibi pertinentibus: Casa quæ regitur per Vimulum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus. Hi omnes cum mobilibus, atque immobilibus, & pascuis, & omnibus sibi pertinentibus, qui fuerunt de Judicaria Foroaldi mare parte nostro; necnon Ecclesia sancti Abundi, quæ sita est in Galo nostro Paline; nostra vero potestas circa ipsam Ecclesiam concessit territorium in S. Sophię Monasterio modiorum ducenta; necnon & Ecclesia sancti Mercurii, quę posita est in Jano nostro; & de ipso Jano circa ipsam Ecclesiam largiti sumus terram modiorum quingenta: sed & Ecclesiam sanctæ Reparatæ, quę in ipso Jano posita est, potestatem concessit in Monasterio sanctę Sophię territoria modiorum centum: necnon & Ecclesiam sancti Magni, quæ ædificata est in Jano nostro Noceto, & circa ipsam Ecclesiam largiti sumus in Monasterio sanctę*

A *Sophiæ terram modiorum centum: quantum Presbyter ipsius Ecclesiæ, absq; Palatii concessione tenebat. Sed & Ecclesiam S. Joannis, quæ fundata est in Jalo nostro casa Pallucis & ab ipsa Ecclesia largiti sumus in Monasterium sanctæ Sophiæ territorium, hoc est ab ipsa Ecclesia in fluvio Fertore, ubi Vaccina flumen se conjungit, & de alio latere quantum clausum habere videtur, & vineas quæ ibidem positæ sunt: necnon & Ecclesiam S. Angeli, quam ædificare præcepimus in loco, qui dicitur Altissimus, & ex ipso galo circa ipsam Ecclesiam largiti sumus in Monasterio S. Sophiæ territorium longitudine milliaria duo, latitudine autem unum, & concessimus in nominato Monasterio sanctæ Sophiæ condomas 4. ex ipso Gataldo. Necnon Ecclesiam sancti Martini, quæ posita est in Motolo, in nostra territorio, ubi Maurus Presbyter sedere videtur, cum omnibus sibi pertinentibus, sicut ipse Presbyter per suam chartam omnem conquestum suum S. Sophiæ Monasterio tradidit: similiter & substantiam quę sub nostro palatio supradictis sancti Mar-*

B *tini Ecclesiæ tradidit. Nostram vero potestatem omnino hic in sanctæ Sophiæ Monasterio firmabimus possidendam, & concessimus nominato S. Sophiæ Monasterio ex ipso Galo Motulæ territorium milliaria duodecim. Necnon & Ecclesiam sancti Archangeli quæ sita est in Galo nostri Palatii, & constituimus, atque concessimus sanctæ Sophiæ in ipso loco Cortes, & condomas sex cum uxore, & filiis suis. Necnon & ex ipso Galo territorium milliaria novem. Sed & Ecclesiam sancti Stephani Protomart. quæ posita est in strada, quam Rimus Abbas à fundamentis ædificavit, & per suam chartulam ipsam Ecclesiæ cum omnibus sibi pertinentibus, Monasterio S. Sophiæ tradidit. Nostra vero potestas omnia in Monasterio S. Sophiæ firmavit; & concessit supradicto sanctæ Sophiæ Monasterio de Galo nostro territorium, scilicet quod est supra sanctum Stephanum, usque in aliam viam publicam, & per longam usque in strada Malorena, qui vadit in torrentum. Et concessimus in Monasterio nominato condomam nostram in Canni, idest cum uxo-*

C *re, & omnibus sibi pertinentibus; necnon & Ecclesiam S. Angeli, & Mariæ, quæ posita est in Galo nostro Manere, largiti sumus & in Monasterio sanctæ Sophiæ vineas, & territoria, quæ Presbyter ipsius Ecclesiæ sine Palatii donatione tenebat. Et insuper concessimus in eodem Galo pascuam ad pecualia Monasterii S. Sophiæ, sed & Ecclesiam sanctæ Mariæ, quæ sita est in Alifa, loco qui dicitur Massona cum omnibus sibi pertinentibus, S. Sophiæ monasterio concessimus possidendam. Sed & Ecclesiam S. Modestæ, quam Leomianus ædificavit, & per suæ offertionis chartulam omnes potestates suas eidem Ecclesiæ obtulit, & nostræ potestati prædictam chartulam tradidit, ut in nostro semper esset judicandi arbitrio. Quam & Ecclesiam nostra potestas S. Sophiæ Monasterio firmavit possidendam. Sed & Ecclesiam S. Stephani, quæ sita est ante civitatem Beneventanam prope S. Paulum, quam Trasoaldus Clericus possidere visus fuit, & sicut sortem suam ipse Trasoaldus in prædicta Ecclesia obtulit nobis, & quod ad nostram pertinuit po-*

D *testatem, ipsam Ecclesiam cum omnibus sibi pertinentibus Monasterio S. Sophię concessimus perfruendam. Nec non & Ecclesiam S. Sophiæ, quam Garobin Abbas à fundamentis ædificavit, ubi & omnes facultates suas obtulit, & nobis offertionis chartulam tradidit, ut in nostro esset arbitrio judicandi; nostra vero potestas Monasterio S. Sophiæ confirmavit possidendam: necnon & Ecclesiam S. Gregorii, quam Felicitas ancilla Domini à fundamentis ædificavit, & per suam chartulam omnes facultates suas eidem Ecclesiæ obtulit, & ea quod ad manus nostræ potestatis pertinuit, eandem Ecclesiam S. Sophiæ cum omnibus sibi pertinentibus confirmavit possidendam. Concessimus etiam Monasterio S. Sophiæ substantiam, quæ fuit Gradonis filii, quam legibus per culpam suam perdidit, eo quod contra statum animum s. nostrum consiliatus est, & furatus est nobis decem millia solidos de quibus unus nec comparuit: & pro his duabus perfidis offensis, equidem substantia ad nostræ po-*

testatis manum pervenit. Itaque dum legibus ad nos pervenit, prædicto Monasterio sanctę Sophiæ integrum concessit possidendum, servos, & ancillas, universas cortes, casas, campos, prata, territoria, sylvas, agros, mobilia, & immobilia, quæque haberet nominatus Gradertus prædictus: sed & substantiam germani equidem, qui cum ipso familiaritates contra nostrum animum est consiliatus; & pro alia culpa, quod uxorem suam nomine Simpliciam, quam in medio nostri palatii, sine culpa occidisse visus est; unde pro ipsa culpa debuit componere secundum legem solidos mille ducentos, & propter tam iniquum consilium, omnis substantia legibus ad nostram devenit potestatem; nostra vero potestas omnino integram eam substantiam, quantum ipse possidere visus fuit, in Monasterio sanctæ Sophiæ concessimus perfruendam: sed & substantiam aliquam Domini ancillæ, quæ derelicto religionis habitu, Tauro filio Ramifoni illicito se tradidit matrimonio; unde secundum edictum, & ejus tenorem, omnis substantia ad nostram denuo devenit potestatem; nostra vero potestas omnem hujus Alipergæ substantiam integram, una cum ipsa Aliperga Monasterio sanctæ Sophię tradidit possidendam: sed & Condomæ Impronellę, hi sunt filii Aroaldi servi nostri, quos Stephanus fratos per præceptum falsum liberavit, & res eorum abstulit; sed legibus servi, & res eorum ad nostram potestatem devenerunt. Similiter & in Rebbiano condoma una nomine Ursi, cum uxore, & filiis fate, quam nominatus Stephanus falso tenebat, ad nostram potestatem pervenit: nostra vero potestas has condomas cum omnibus sibi pertinentibus Monasterio sanctæ Sophiæ donavit possidendas. Sed & substantiam Euphemiæ filiæ Arichis, quæ se religionis habitu in Monasterio sanctæ Sophiæ tradidit, cum omnibus suis facultatibus, tam maternam, quam paternam omnem suam pecuniam, quæ tam illi en parte sua quàm sororibus contigit, omnem suam portionem, mobilia, & immobilia omnia, & in omnibus integram, prædicto sanctæ Sophiæ Monasterio tradidit; unde & per hoc concessimus præceptum, ex universis prædictæ Euphemiæ pecuniis sanctę Sophię monasterio integrum constituimus, & firmavimus: necnon & terram in Apulia ad sanctum Felicem ad Sruxianum super viam, quam Abbas Monasterii sancti Joannis de porta aurea tenebat cōtra ratione, quia ad servos nostros pertinuit, & dum comprobatum fuisset, ipsam aram integram recipere jussimus; & quia ad nostram pertinuit potestatem, prædicto sanctæ Sophię monasterio integram concessimus potestatem possidendam. Sed & offertionem, quam in supradicto sanctæ Sophiæ monasterio Roderisius filius Redichis habitatorit civitatis nostræ consentiente nostra potestate obtulit, servandum testimonium offertionis, firmavimus perfruendam. Nec non & casam in Papiano super Trane, quæ fuit de servis Palatii nostri, quam Joannes Notarius per præceptum falsum possidebat, unde legibus ad nostram devenit potestatem. Nostra quoq; potestate largiti sumus in eodem loco casas sex, quæ reguntur per Gaideristum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: Casam quæ regitur per Creobaldum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus. Casam quæ regitur per Anseranum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: Casam quę regitur per Pertulum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: Casam quæ regitur per Tantecaudum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus. Casam quę regitur per Fromium, singuli cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus, quæ fecer de Judiciaria canosina de subauctione Roderisii Gastaldio nostro. Sed & substantiam Teusprandi, & Ioannis, & Frosolghi nostram propter furtum solidorum sex millium, quos nobis furati sunt; unde non plus quàm quatuor millia recollegimus solidos, & res eorum omnes legibus ad nostram pervenerunt potestatem: nostra vero potestas ipsum locum intra S. Sophiæ monasterium concessit possidendum: nec non & in Gastraldato Bisernensi concessimus Cortisanos, hi sunt cum uxoribus suis, & omnibus sibi pertinentibus: sed & unam sororem Iudari.

Hos autem cum integra portione eorum S. Sophiæ monasterio concessimus possidendum.

Item, & in eodem Gastaldato concessimus baccarios: hi sunt Grausocum uxore, & filiis, sed & nepotes, omniaque eorum pertinentia: nec non & Sindonem cum uxore, & filiis suis; sed & Baccas, qui fuit servus Rimichi, & de germano qui carpentarii nostri. Sed & cortem ad sanctum Stephanum inter flumina, qui fuit Andoali Canosini, qui nobili Perachino omnes res suas tradidit: locum igitur istum S. Sophiæ concessimus possidendum: sed & Ecclesiam sancti Adjutorii in sancta Agatha in finibus limatam S. Sophiæ monasterio integram obtulit; nostra vero potestate secundum testimonium offertionis sanctę Sophię semper firmavimus perfruendam: nec non & substantiam Cruarniperti, quam & ipsi sanctæ Sophiæ monasterio integram per omnia obtulit; ideoque nostra facultas omnem substantium secundum textum offertionis monasterio sanctæ Sophiæ confirmavit possidendam: sed & substantiam majoris filii Drabunii, qui & ipse similiter sanctæ Sophiæ monasterio omnes res suas obtulit: nostra vero potestas sublimata, substantiam secundum textum offertionis in eodem Monasterio firmavit possidenda: sed & substantiam Peregrinæ filię Theusperti, quam secum cum omnibus rebus sibi pertinentibus, mobilibus, & immobilibus sanctæ Sophiæ Monasterio divina contemplata manu obtulit fideliter; nostra vero potestas omnia quæ ad eandem Peregrinę substantium pertinent S. Sophię Monasterio firmavit possidenda: necnon in Salerno ad sanctum Salvatorem erga ipsum lacum, largiti sumus territorium, hoc est modia quinquaginta: sed & in Gualdo in fino confina, loco qui vocatur Ad monumenta, cum integris finibus suis S. Sophiæ monasterio concessi perfruenda: necnon & concessi sanctæ Sophiæ condomas nomine Allerisii cum uxore, & germanis suis, & filiis, & filiabus, vel omnia eorum quæ habuit in catula teneri Crastaldo: necnon & servos, seu ancillas, necnon & vineas, & territoria, quantum Mancbaldus Presbyter in Ecclesia sancti Petri ad aquam sanctam lavare visus est ad nostram potestatem pertinentia: unde & omnia, in & omnibus S. Sophiæ Monasterio concessimus possidenda: sed & Ecclesiam S. Stephani in galo nostro equidem monasterio S. Sophiæ concessimus possidendam: necnon & curtem, quam Rimetusus Abbas sine præcepto concessionis Palatii tenuit, & ad nostram legibus pertinet potestatem: nostra vero potestas omnia in integrum sanctæ Sophiæ monasterio concessit possidenda: sed & Ecclesiam sancti Marcelli, loco qui dicitur in Indilombato, qui ad nostram pertinuit potestatem: nostra quoque potestas in integrum prædicto monasterio sanctæ Sophiæ concessit possidenda. Sed & substantiam Thajarisi Notarii, qui pro multis chartulis falsis est condemnatus, & insuper extra Provinciam idest in Neapolim fugatus est; unde legibus omnis substantia ad nostram pertinuit potestatem, quam integram Monasterio sanctæ Sophię concessimus possidendam. Concessimus & prędicto monasterio sanctæ Sophiæ corvam, quæ videtur esse in campo Senereunis, quam Arotarii filia comparavit, secundum textum chartulæ, integram S. Sophiæ monasterio concessimus possidendam: & insuper in eodem monasterio largiti sumus in prædicto loco de Galo nostro in longitudinem milliaria tria, in latitudinem unum, quæ fuit de subactione Faroaldi mare. Sed & corvam ad Pontem Branum, quam comparavimus à Joanne filio Ursi, juxta textum chartulę omnia in integrum monasterio sanctæ Sophiæ concessimus possidenda: necnon omnia quæ comparavimus ab Ilprando filio Alerisii, servos, & ancillas, casas, & vineas, territoria, campos, & sylvas, prata, mobilia, & immobilia in partibus Lucaniæ, secundum textum chartulæ integrum monasterio S. Sophiæ concessimus possidendum: sed & quod comparavimus in Ponticello casas cum curtibus suis de Egypto fluvius quidam qui est inter duas vias, una quę tendit ad S. Valentinum, altera ad S. Marcum per hos fines de capite finis usque ad res S. Sophiæ de fine in ipso rivo, integrum monasterio S. Sophiæ concessimus possidendum; necnon & Gualdum in monte Virgineo, qui pertinuit ad Lucerinum

cum integro fine suo, omnia monasterio sanctæ Sophiæ donavimus possidenda: sed & substantiam Calendini Cortisani nostri, qui habitare visus fuit in Urintiano, omnia integra insuper, & in nominato loco qualiter ad nostræ potestatis manum devenit, monasteri S. Sophiæ concessimus perfruenda: necnon & casae intra Beneventanam civitatem; sed & Casale ejus, quas Grauso Notarius per suæ offertionis chartulam, integrum, & cum duobus servis Pitalo, & Mauro cum uxoribus, & filiis suis sanctæ Sophiæ monasterio obtulit; nostra vero potestas secundum textum offertionis chartulæ, integrum prædicto monasterio firmavit possidendum: necnon & in Hiarino casas de Caballariis, cum caballis, & stadariis; hæ sunt. Casa quæ regitur per Ursum cum uxore, & filiis suis, & omnibus sibi pertinentibus; casa quæ regitur per Lupum, & Fuscillum germanos cum uxoribus, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus; casa quæ regitur per Vitoaldum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus; casa, quæ regitur per Joannem cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casa quæ regitur per Instolum, & Gaudissum germanos, cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: secundum qualiter hæc omnia pascua, clausaria, sylvas, vineas, prata, campos, mobilia, & immobilia, quantum ipsi servi possidere visi sunt, & ad nostram potestatem pertinuerunt, omnia integra monasterio S. Sophiæ concessimus possidenda: necnon & casas duas, quæ reguntur cum uxore, & filiis suis. Et olivetum, seu vineas, in loco qui dicitur Sessa, quæ fuerunt Godefridi Notarii, quæ propter multas chartulas falsas legibus perdidit, & ad nostram devenere potestatem: nostra vero potestas, omnia, & in omnibus, quantum in ipso loco habere visus est nominatus Godefridus, monasterio S. Sophiæ donavit possidenda. Necnon casam, quam Rodemundus illicitè tenuit cum nepotibus suis, loco qui dicitur Peretola, & legibus ad nostram pertinuit potestatem, quam casam integram S. Sophiæ monasterio concessimus possidendam. Sed & Ecclesiam S. Laurentii, quam Tiroaldus Monachus ædificavit, loco qui dicitur Teucientum, ubi & se, & uxorem suam nomine Gesfoara, & filium suum nomine Stephanum Monasticæ tradidit conversationi; postea vero, & Ecclesiam, & omnes facultates suas ad seipsum, & uxorem suam, & filium suum monasterio S. Sophiæ obtulit; nostra vero potestas, omnia, & in omnibus, mobilia, & immobilia, secundum textum offertionis prædictæ sanctæ Sophiæ monasterio firmavit possidenda. Concessi sanctæ Sophiæ monasterio possidendum Corvem in Lucania loco qui dicitur Quatra ad condomas duodecim, quæ hæc sunt: casa quæ regitur per Fuscum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casa quæ regitur per Pelagionem cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casa, quæ regitur per Maurinum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casa quæ regitur per Guiaulum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casa quæ regitur per Fermotum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casa quæ regitur per Bonitum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casa quæ regitur per Marcum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casa quæ regitur per Populum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casa quæ regitur per Brutium, cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus in eodem loco cum integris finibus, monasterio sanctæ Sophiæ concessimus possidenda, quæ fuerunt de subactione Craimedarii Refercadarii nostri; sed & corvem in fine cum Consina loco qui dicitur ad monumentum, & condomum; duodecim casas, quæ reguntur per Ursum, & Lupualdum germanos cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: Casam quæ regitur per Antellum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus; casam quæ regitur per Malonem cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus; casam quæ regitur per Gaudiosum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus; casam quæ regitur per Fuscum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casam quæ regitur per Theospertum, & per Goaldum,

A cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casam quæ regitur per Catullum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus. Casam quæ regitur per Gutulum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casam quæ regitur per Albinium cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus, quæ fuerunt de subactione Ursi Gastaldi nostri: necnon Corvam in Lucera, loco qui dicitur Aquilone in territorio Cerboli servi nostri, & condomas tres ibidem permanentes, hoc est, Casam quæ regitur per Teroaldum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casam quæ regitur per Ferrandum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus. casam quæ regitur per Papinum, cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus, de subactione Gastari Trasaldi nostri. Sed in Sipento condomas tres, loco, qui dicitur Sapesso: casam quæ regitur per Andrfusum, cum uxore, & filiis, & omnibus eorum pertinentiis: casam quæ regitur per Andualdum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casam, quæ regitur per Malonem, cum

B uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus, quæ fuerunt de subactione Emerissi Gastaldi nostri: necnon & in Salerno piscatorias, casas duas, idest, casam quæ regitur per Malerinum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentibus: casam quæ regitur per Radichisum cum uxore, & filiis, & omnibus sibi pertinentib. Et lacum ad piscandum integrum, loco qui dicitur ad sanctum Salvatorem, sed & ipsas casas duas ad salem laborandum, idest, casam quæ regitur per Stircam cum uxore, & liberis, & omnibus sibi pertinentibus: necnon & in Viviano condomam unam, nomine Lunchis cum uxore, & filiis & omnibus sibi pertinentibus, quos Stephanus Sarto per præceptum falsum liberavit, & res abstulit, sed & legibus, & ipsi, & res eorum ad nostram devenerunt potestatem: nostra vero potestas nominatas condomas monasterio S. Sophiæ concessit perfruendas; necnon & ex Galo nostro largiti sumus prædicto S. Sophiæ monasterio aliqua facienda annualiter in eo loco, in quo commoditas fuerit ad nominata ligna adtrahenda: sed & por-

C ticum ex lignis per singulas portas civitatis nostræ Beneventanæ, idest de porta turrea de lignis carra quinquaginta; de porta Rufini carra triginta: hæc omnia monasterio S. Sophiæ concessimus possidenda. Necnon & Sili, quem cum ex mercatu S. Valentini integrum secuti, & ad nostram potestatem pervenire visum fuit, ita S. Sophiæ monasterio concessimus exigendum: sed & annualiter de sacro nostro Palatio ad cardum eidem monasterio concessi porcos capita centum. Concessimus, etiam dicto S. Sophiæ monasterio, ut habeat ex sacro nostro Palatio annualiter aureos solidos ducentos pro vestitu comparando, & illa quæ opus fuerint; necnon etiam & hos statuere visi sumus, ut nostra concessio sit firma nominato monasterio; & insuper concessimus prædicto monasterio ipsum terminum intus portam summam cum aquæ, & fistula pro ipso balneo in eodem monasterio, idest de porta Liscardi de lignis carra viginti, & ibidem casam cum parietibus suis. Hæc omnia sicut supra legitur concessimus possidendu prædicto monasterio s. Sophiæ pos-

D sidere semper. Necnon etiam & hoc concessimus præfato monasterio omnia territoria & fundamentis pertinentia nostro sacro Palatio, quæ cum terris pertinentibus fuerint conjuncta, tum in finibus Beneventi, quam in Apulia, & ubicunque res ex fundamentis sacri nostri Palatii pertinentibus, & in finibus Capuæ, & Alifanæ finibus, & in aliis Civitatibus, & Castellis, & omnia quæ fuerint conjuncta cum rebus ejusdem Monasterii, dono eidem monasterio S. Sophiæ illa concessimus possidenda: sed & Ecclesiam sanctæ Mariæ, quæ sita est intra duas vias foris ante portam summam cum propria terra sua, quæ dicitur Dominica per hos fines de capite usque ad ipsam Ecclesiam habet passus sedecim de uno latere via, & de alto latere quoque via integrum monasterio S. Sophiæ concessimus possidendum; necnon, & Ecclesiam S. Martini, quæ in Matulo sita est cum omnibus suis redditibus, Monasterio sanctæ Sophiæ concessimus: sed & ipsam Curtem nostram, prata, in loco qui Pazzano dicitur,

cum

cum ipsa Ecclesia sancti Petri, & ipso Monte cum ipso plano, & ipsa ferrara: hæc omnia sanctæ Sophiæ monasterio possidenda concessimus. Necnon & ipsam Ecclesiam sanctæ Mariæ in finibus Janiensibus, loco qui dicitur Gunianus cum omnibus suis pertinentiis, monasterio sanctæ Sophiæ dedimus possidendam. Sed & Ecclesiam Beati Archangeli Michaelis, quæ fundata est in galo nostro, terram modiorum centum erga ipsam Ecclesiam, ubi Dacoaldus Vener. Abbas servire videtur; quæ fuit sub actione Ferdolphi Gastaldi nostri, secundo de Ecclesia sancti Mercuri in Galo nostro, hæc omnia S. Sophiæ monasterio concessimus possidenda, quod præceptum oblationis ex jussione ac dictatu nostræ potestatis scripsi ego Eutaldus Notarius.

Actum Beneventi in felicissimo Palatio, anno decimo septimo mense Novemb. Indictione 13. feliciter.

Iam antea circa annum 760. Arichis corpora duodecim Fratrum in hoc S. Sophiæ templo recondidit, qui Jesu Christi Martyres sub Valeriano Judice, Maximiano Imp. anno salutis 238. passi sunt in Apulia, Arontius, Honoratus, Fortunatus, & Sabinianus Potentiæ 6. Kalen. Septembris, Septimius, Januarius, & Felicissimus Venusii 5. Kalen. Septemb. Vitalis, Satorius, & Repositus Veliniani 4. Kal. Donatus Presb. & Felix Subdiaconus Sentiani 3. Kal. ejusdem mensis, ibique omnes sepulti, ubi passi sunt, quorum pater Bonifacius, mater Thecla vocabantur ex Adrumentina urbe propè Carthaginem. Ipsorumque translatio Beneventum fuit 15. Martii, ut in eorum gestis legitur;

Bis senos Urna Fratres, quos una creavit
Thecla, Deofortes, innocuosque Duces.
Par pietas fuerat, par mors, par vitaque: Arechis
Princeps translatos ornat honore pari.

Hoc templum idem Princeps, cum sæpissimè orationis causa frequentare solitus esset, sibi oranti, ut Leo Ostiensis cap. 9. lib. 1. scribit, duodecim fratres Martyres eidem sub juvenili specie apparuere, eumque benevolè salutarunt, qua visione ille commotus aspero vultu (eos ignorans) increpavit; Cur nostro tempore locum virginibus dicatum ingredi ausi estis? Cui responsum: *Nos*, inquiunt, *sumus ò Princeps, quos tua devotio per diversa loca repertos, summo huc studio detulit: quod nobis quidem quam bonum, & quam jucundum, tibi autem quam sit divina pietate proficuum, ultima dies ostendet: his dictis subito Principis visio, quæ videbatur disparuit. In eodem templo corpus Pretiosi Martyris, necnon & aliorum tam Martyrum, quam Confessorum numero triginta, & unum* (ut idem supra relato loco narrat Ostiensis) *Sancta corpora ex diversis Italiæ partibus per tempora diversa adeptus, ibidem nihilominus attulit, & per diversa Altaria per circuitum majoris Altaris satis reverenter locavit*. Hic etiam beatissimi Martyris Mercurii corpus à Quintodecimi civitate Beneventum translatum est ann. 768. die 26. Augusti, ut Vipera ait, qui inter Protectores Beneventi adscriptus fuit, de quo Martyrologium Romanum 5. Novemb. & Baronius in notis, ab eodem & in Annal. Ecclesiasticis ad ann. 369. Acta ejus Metaphrastes fusius descripsit, Petrus in Catalogo, Surius, & alii. De quo etiam Græci hoc die, in Menologio, quod nuper à me publici usus factum est. Mercurii Acta paucis his verbis describit.

Mercurius Martyr, Decio, & Valeriano Imperatoribus in Asiatico militans exercitu, cum fortiter aliquando ob Angelo adjutus rem gessisset, Dux Belli declaratur à Cæsaribus, sed cognitus esse Christianarum partium, comprehenditur, & jussu Imperatoris ad quatuor palos humi alligatus, & gladio concisus, ignē suppositum sanguinis flumine extinxit. Post hæc alligato ad collum ingenti saxo sublime per caput rapitur, direptaq; per artus cute, rursus depositus, vinctusq; Cæsariam Cappadociæ ducitur, ubi abscisso capite sepultus quievit, signorum frequentia etiam nunc illustris.

Scriptum fuit Menologium hoc jussu Basilii Junioris Imperatoris an. 984 Quomodo autem corpus ejusdem è Quintodecimi civitate, ibi à Constante Imp. relicto, tempore quo ad Beneventanæ urbis obsidionem properabat ad templum S. Sophiæ translatum fuerit ab Aricho Principe anno 768. non satis clarum apparet, si vera sunt, quæ in Græcorum Menologio scribuntur de ejusdem corporis existentia in Capadocia anno 984. fortassis clarius explicatur in gestis translationis, & vita ejusdem Martyris sanctissimi, quæ à Vipera dicuntur servari in tabulario S. Sophiæ. Utinam ea publici juris fecisset ad dubitationem tollendam eorum, qui duos fuisse Mercurios sunt arbitrati, unum cujus lipsana Capadociæ venerabatur sub Basilio Imperatore ann. 984. Alterum cujus reliquiæ, seu corpus Arichis in S. Sophiæ templum translatum, ut Ostiensis scribit. Cæterum Joannis Episcopi mentio fuit in citata Chron. S Sophiæ, & Capitulo Arichis Principis de Ecclesia sanctæ Mariæ, & sancti Martini de loco qui dicitur Platea, scriptum est indictione septima anno scilicet eodem 769. in hæc verba.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi.

Arechis Dominus vir gloriosissimus, atque summus Dux gentis Longobardorum, per rogum Arnoaldi Abbatis nostri, absolutionem Ecclesiæ sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, & S. Martini, quam quondam Gardino Abbas à novo fundamine visus fuit in loco, qui dicitur Platea, secundum qualiter per suum membranum firmitatis, & absolutionis, quod Joannes Venerabilis Episcopus S. Sedis Ecclesiæ nostræ Beneventanæ prædicto Gardino suo annulo sigillatum emisit: Nostra quidem gloriosa potestas, juxta membranum ipsius Joannis Episcopi in prædicta S. Ecclesia hoc nostrum absolutionis preceptum firmavit in ea ratione, ut tantummodo ad sacrum nostrum Palatium audientiam habere debeat, sicut & cætera nostra Monasteria in nostra sint semper potestate ordinandi in ipsa nostra Ecclesia, qualiter nostræ eximietati placuerit, & à nullo Episcopo hujus sanctæ Sedis Ecclesiæ nostræ Beneventanæ, vel à quibuscunque Sacerdotibus unquam requiratur in sua jurisdictione, nec ullus ex nostris Gastaldis, aut actionariis, vel quisquam homo contra ea, quæ nostra firmavit potestas agat, sed perenniter in suæ arbitrio libertatis, qualiter nostræ clementiæ placuerit, vel nostris successoribus, ipse Sacerdos qui ibidem ordinatus fuerit, libero nomine vivere valeat. Quod vero præceptum firmitatis, & absolutionis ex jussione nominatæ potestatis, scripsi ego Emerissus Notarius.

Actum Beneventi in Palatio, mense Aprili, Indictione septima.

Porro annus mortis Joannis prorsus ignoratur.

40 DAVID, corruptè aliquando appellatur XL
Daus, & Dans, post Joannem Beneventanam Ecclesiam gubernandam suscepit, sed quo anno præcisè ignoratur; tametsi ex errore in Episcoporum Sipontinorum nostra serie appositus sit annus 763. veluti sui Pontificatus 14 quo Aulloidiæ, vel Austadæ monasterii sanctæ Mariæ de loco Sano in Monte Marsicano (idest in Episcopatu Marsicano) concessit Ecclesiam S. Felicitatis perpetuo possidendam; qualis autem annus fuerit salutis ignoratur, nec conjectutari quidem potest, cum in documento donationis Indictio, & annos Christi non apponatur, apud Chron S. Vincentii de Wulturno, ex quo integrum donationis documentum exscripsimus, & hic damus tenoris sequentis.

EGO DAVID EPISCOPUS servus servorum Dei, Episcopus sanctæ Beneventanæ, & Sipontinæ Ecclesiæ, anno Episcopatus nostri quartodecimo.

Episcopali auctoritate, vel antecessorum meorum consuetudine Fratrum ob salutem, & statum sanctæ nostræ Ecclesiæ, & pro mercede animæ nostræ, concedimus atque largimur in monasterio S. Mariæ sito in loco Sano, ubi Austada Religiosa Abbatissa regimine tenere videtur, Ecclesiam sanctæ Felicitatis longa jam vetustate corruptam, loco in Monte Mariano cum parvula terra, quæ circa ipsam Ecclesiam est, eo tenore in præfato Monasterio causa

subdidi, atque tradidi, ut in potestate sit perpetuis temporibus Præpositorum, ipsiusque Monasterii, sic tamen ut ipsa Ecclesia restauretur, & cellam ibi sicut voluerunt constituant: & in sua eadem sicut propter cæteras cellas habeant, & à nullis nostris successoribus, vel quibuslibet Sacerdotum ordinibus, aut actoribus sanctæ nostræ Ecclesiæ in eadem Ecclesia inferant oppressionem, vel molestiam, sed sicut eam tradidimus libero nomine absque qualibet exceptione ipsum Monasterium, & Rectores ejus habere, possidere, & frui valeant. Quod vero privilegium nostræ concessionis, & largitatis dictavimus Luperis Subdiaconus, & Notarius sanctæ nostræ Eccl. tradidimus ad scribendum.

Actum Benevento in sacratissimo nostro Beneventano Episcopio, astantibus Sacerdotibus, & Clero, & ad firmandam donationem, & largitionem annulo sanctæ nostræ Ecclesiæ firmavimus roborandum, ut stabile, & firmum permaneat.

Meminit ejusdem Monasterii, aliud documentum scriptum regnante Othone Imperatore anno 980. quod hic libet inserere ex eadem Chronica S. Vincentii de Vulturno.

B

In Dei nomine.

Notitia judicatum qualiter actum est in territorio Marsicano in ipso campo de S. Felice in Plaudo, ubi residebat Petrus Episc. de Pavia, & Gubertus de Derdona, missi sacri Palatii, & Raynaldus, & Odeeisus germanis Comitibus pro singulorum omnium justitia fieri facienda, vel deliberandam in intentiones; ibique residebat cum eis Albericus Episc. Marsicanus, & Ingezo, & Ildeprandus, & Joel Judex de Marsi, & Betandus Judex de Valva, Notuscheri, & Oebaldus, & Hudini filii quondam Hudinis, & Joannes qui supra nomine Valterii vocatur cum Hicto filio suo, & Raymbaldus cum Odeline filio suo, & Hicto filius qu. Gottefredi, cum Nelo filio suo, & Gizo filias qu. Ingillarami, vel reliqui plures circumstantibus, vel residentibus, in istorum omnium suprascriptorum præsentia, sic venit Joan Abbas monasterii S. Vincentii, quod situm est in partibus Beneventanæ, unde oritur fluvium Vulturnum, locus quod dicitur Samme cum Franco Advocato suo, & querelam habebat de rebus proprietatis monasterii prædicti S. Vincentii, & de rebus proprietatis S. Mariæ de Apenianici, quæ subjecta est monasterio S. Vincentii, de rebus quæ sunt in territorio Marsicano, & querelam habebat supradictus Abbas Joannes, & supradictus Francus Advocatus suus de hominibus Marsicanis, qui illi tenebant ad tertium beneplacitum, & modo sumus parati de ipsis hominibus, & habere illos non possumus: unde suprascripti Episcopi, & prædicti Comitibus interrogaverunt suprascriptos Judices, quod ex inde judicante illi banditi fuerunt ad tertium placitum, & noluerunt venire; tunc suprascriptos Judices judicaverunt, quomodo investire debetis suprascripto Franco Advocato suo de omnibus rebus proprietatis suprascripto monasterio S. Mariæ, unde querelati sunt, & suprascriptus Petrus, & suprascriptus Gubertus Episcopus, & suprascriptus Raynaldus Episcopus, & suprascriptus Raynaldus Comes per unum Bajulum investivit suprascriptum Abbatem, & prædicto Franco Advocatorem suum de omnibus rebus proprietatis, & substantiis suprascripti monasterii sancti Vincentii, & suprascriptum monasterium S. Mariæ, quod est in territorio Marsicano, & miserunt bandum de parte Domini nostri Imperatoris, quocunque de omnibus ipsis suprascriptis rebus disvestire præsumpserit suprascripta Monasteria quomodo componatur, aureos bizantios centum, sine legali judicio ad præfatum monasterium; & finita est causa ista in istorum omnium suprascriptorum præsentia: unde pro securitate prædicta monasteria, hanc notitiam, & judicatum scribere jusserunt Loponi Judici, & Notario, quoniam & ego Lupo Judex ibi fui in anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi 980 Regnante Domino Ottone Imperatore anno 24 & dies mensis Augusti prima Ind. 9 mensis inde feliciter. Ego Petrus humilis Episcopus, & Cancellarius, & Proton Gripertus Episcopus interfui. Raynaldus Comes interfui. Ego Oderisius Comes ibi fui. Ingezo Ildebrandus, Joel Judices ibi fuerunt. Quapropter præcipimus, ut nulla Regni nostri persona jam dictum Monasterium de prædictis Terris, disvestire, molestare, inquietare præsumat: si quis ergo hujus nostri præcepti violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi lib 100 medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prædicto Abbati, suisque successoribus. Quod ut verius credatur, diligentiusq; ab omnibus observetur, annuli nostri signo subter jussimus insigniri.

A

Signum Domini Secundi Ottonis — *Serenissimi Imperatoris Augusti.*

Ioannes Cancellarius ad invicem Petri Papien. Episcopi Archicancell. recognovi, & subscripsi.

Data 5 Idus Augusti 14. Indictione 9. Actum feliciter.

Anno 786. David cum Rodoperto Salernitano aliisque Episcopis ad Carolum Magnum contra Arichium Principem valide pugnantem, Legatus missus est, quem cum prope Capuam offendisset, pacem cum Arichio, ne Christianorum sanguis funderetur, persuasit, & à pio Rege pro Arichio recepit, atque constabilivit, datis obsidibus duodecim ex nobilibus Beneventanis præter Grimoaldum Arichis filium, quem Carolus secum in Gallias deduxit. Res gestas inter Carolum, & David nostrum conscripsit Anonymus Salernitanus, sive Herempertus in hist. Longobardorum Principum, quibus quædam fabulosa teste Baronio commiscentur. Sequenti anno 787. obiit Arichis 7. Kal. Septembris. cujus sepulchrum elegantibus versibus, Paulus Diaconus exornavit, quos recitat Baronius ad hunc annum 787. paucis vero diebus ante Arichis obitum Romualdus Princeps ejus filius discesserat, scilicet 12. Kal. Augusti, ad cujus tumulum David Episcopus epitaphium versibus conscriptum posuit, quod ex corruptissimis Codd. hist. ineditæ Anonymi Salernitani, qui illos Salerni positos affirmat, exscripsit Camillus Peregrinus, ediditque 1. p. histor. Principum Longobardorum pag. 234.

C

Alta ruit subito Beneventi gloria tristis,
Quam tenet hic tumulus, væ tibi Barda Cohors,
Hic Arichis dormit Magni pulcherrima proles,
Unica spes patriæ, murus, & arma suis.
Cujus fessa patris benc jam virtute senectus
Tuta regebatur, tutio matris erat.
Hic novus à multis Arichis vocitatur herilis
Moribus, & forma, consilioque vigens.
Dote animi pollens, mandana lege togatus,
Divina insteuctus nec minus ille fuit.
Religione patrem, dulcisque parentibus usque
Nullus plus voluit amplius, aut potuit.
Seu Abraham genitor Isaac, sic iste peregit:
Oblatus tacuit, jussa parentis agens.
Traditus ob Patriæ, populi cunctique salutem,
Se opponens voluit pro pietate mori.
Obvius occurrit Regi, immunesque phalangi
Munivit fines, ò Benevente, tuos.
Tu placida Regis sedasti mente furorem,
Obruta Gallorum, ...

D

O Romuald mitis Ductor, sine felle suavis
Terrea liquisti regna, superna tenes.
Terreno verbo placuisti, quam bene Regi
Cœlesti melius, nunc sine fine places.
Hoc lacrymans cecini David ego flebile carmen
Præsul, cui semper te sine velle mors est.

Vixit ann. xxv. Depositus est xii. Kalen. Augusti Principante patre an. xxx. Ind percurrente decima.

Arichio in Principatu successit Grimoaldus ejus filius, sub cujus felici dominatione David à Carolo Magno nobile pro Beneventana Ecclesia accepit privilegium ann. 788. qui fuit 19. Caroli in Francia, & 14. in Italia post subactum Desiderium Longobardorum Regem. Privilegium multo labore, ac fideliter ab authographo Bibliothecæ Beneventanæ exscripsit noster P. Cœlestinus Guicciardinus,

Carolus Dei gratia Rex Francorum, & Longobardorum, ac Patricius Romanorum.

Omnibus Agentibus nostris, tam præsentibus, quam futuris Domino juvante, qui nos in solium Regni nostri instituit.

Si petitionibus Sacerdotum, atque servorum Dei quod pro totum quiete, vel juvamine pertinet libenter obaudimus, vel ad effectum in Dei nomine mancipamus, Regiam consuetudinem exercemus, & hæc nobis ad mercedis augumentum, vel stabilitatem Regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus; ideoque vir venerabilis David Episcopus Ecclesiæ sanctę Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, quæ est sita infra civitatem Beneventanam clementiam Regni nostri petiit, ut omnes res quascunque ipsa casa Dei, tam de donationibus Regum, quamque Reginarum, vel Ducum, atque Ducissarum, seu Deum timentium hominum, sive causa venditionis, aut emptionis, commutationisque titulo, vel omnes diffinitiones quas de rebus sanctæ Ecclesiæ Rectores ejus justo tramite in judicio vicerunt, necnon & omnes redditus vel oblationes fidelium diversarum Ecclesiarum ipsi sanctæ Beneventanæ Ecclesiæ legibus pertinuerint, in integrum ab Episcopo Benevent. qui per tempora fuerit suscipiantur, atque canonica sanctione possideantur, sive sint per diversa loca, tam in civitatibus, quam in villis, vel in montibus, atque in planis, sive in aquis, vel etiam in planitie ac possessiones, seu undequaque moderno tempore ipsa casa Dei ordine legitimo possidere, atque dominare videtur, vel quidquid in antea ibidem additum, vel delegatum fuerit sub immunitatis nomine confirmare debemus. Cujus petitionem noluimus denegare, sed ita præstitisse, atq; in omnibus confirmasse cognoscat. Propterea hanc immunitatem nostram conscribere jussimus, per quam specialiter decernimus ordinandum, ut nullus quilibet de nobis, aut de Judiciaria potestate, vel quælibet persona amodo, & deinceps in Monasteria sibi legitime subdita, aut in Curtes, vel Ecclesias seu in rebus universis suprascriptis unde nunc ipsa casa Dei juste, & rationabiliter vestita esse dignoscitur, vel quod in antea ex largitate bonorum hominum acquirere potuit ad causas audiendũ, vel freta undique exigendum, seu mansiones, aut paratas faciendum, vel fidejussores tollendum, aut homines ipsius Ecclesię contra rationis ordinem distringendum, neque novas consuetudines imponendum, nec ullas redhibitiones publicas requirendum ullo unquam tempore ingerere, aut exactare penitus præsumatis, sed sub immunitatis nomine valeat memoratus David, ejusque successores qui per tempora fuerint quietè Christo propitio vivere, ac residere quatenus sic melius delectet pro nobis, uxoribusque nostris, ac liberis nostris Domini misericordiam attentius deprecari, & ut hæc authoritatem firmiorem habeant, ac futuris temporibus inviolata conserventur manus propriæ subscriptione eam decrevimus roborare, & de annulo nostro jussimus sigillare.

Signum	K / R — O — L / I V S	*Caroli gloriosissimi Regis.*

Datum 11. Kalen. Aprilis anno 18. & 14. nostri Regni. Actum Capuæ. In Dei nomine feliciter, Amen.

David deinde Episcopus diu suam pertraxit Ecclesiasticam dignitatem, cujus intuitu Grimoaldus an. sui Principatus secundo, Christi vero 789. plura concessit Trosulpho viro nob. Beneventano apud Chron. S. Sophiæ, ubi David memoratur gratiæ intercessor.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi.

Regnante Domino piissimo Carolo Magno Rege Francorum, & Longobardorum, seu Patritio Romanorum, anno Regni illius vigesimo, firmamus nos Dominus vir gloriosissimus Grimoaldus summus, & Princeps gentis Longobardorum, per rogum Davidis Reverend. Episcopi S. nostræ Beneventanæ Ecclesiæ tibi Trasulpho filio quondam Joannis, qui fuit conditor in Virisano, omnes res ipsius genitoris sui; quicquid justo ordine possidere visus fuerat, quam, & quod tu legibus conquisisti, tam Principum concessione, quam & emptione, donatione etiam, & commutatione: hoc est casas, vineas, territoria, cultum, & incultum, familiam, mobilia, & immobilia omnia, & in omnibus, sesque moventia, quæ, ut dictum est, ipse tuus genitor, & tu legibus acquisivistis, tibi ea per hoc nostrum inviolabile præceptum, & ipsius nostri Oratoris postulationem confirmavimus; in ea videlicet ratione, ut amodo, & deinceps per hoc nostrum firmitatis præceptum tu Trasulphe, & filii filiorum tuorum securo nomine possideatis, & à nullis ex nostris Judicibus, hoc est Comitibus, Gastaldis, vel à quibuscunque gentibus habeatis aliquando aliquam requisitionem, sed perpetuis temporibus securi, atque quieti valeatis possidere. Quod vero præceptum firmitatis ex jussione nominati Dom. nostri viri gloriosissimi Grimoaldi, secundo anno, Deo dispensante, Principatus, scripsi ego Rodepertus Notarius.

Actum Beneventi in sacro nostro Palatio, mense Junii, Ind. 12. feliciter admodum.

Cæterum quo anno David ex hac mortali vita discesserit obscurum est. Creditur ad Grimoaldi IV. tempora pervenisse, qui Grimoaldo III. successit anno 806. Porro epitaphium ad tumulum Tertii Grimoaldi positum propè Arichis patris sepulchrum apud Camillum Peregrinum de tumulis Principum Longobardorum ità exscriptum reperies,

Magnus erat Princeps Arichis, lux, nostraque salus,
Restituenda Deo hic sua membra dedit.
Necnon hic Romualdi ipsius maxima proles
Sub Patre jam Princeps hic requiescit humo.
Vir quoque magnificus Grimoald formosior illis
Adscitus est Princeps inter utroque loco.
Sensus, & eloquii formæ describere laudes,
Cujus non posset plenius ulla manus.
Gloria magnificis de Longo maximè Bardis
Præcelsa ex horum stirpe superstes erat.
Regali satus ab utroque parente gente
Nobile transcendens regia facta genus.
In terris pollens nimium pulcherrimus annis,
Spes jam Samnitis certa salutis erat.
Mirandus specie, sed plus mirabilis actis,
A puero micuit promptus ad omne bonum.
O dolor immensus proh extremæ damna ruinæ,
Quæ gens Bardorum fraude subacta tulit.
A Patre pro patria directis Regius obses
Placavit patriam funus ad usque Patris,
Cum Danais bellum felici sorte peregit,
Finibus expellit belliger ipse suis.
Extera Regna sibi terrenda pace subegit,
Dilectus cunctis, terribilisque fuit,
Pertulit adversas Francorum sepe phalangas,
Salvavit patriam sed, Benevente, tuam.
Sed quid plura feram? Galloeum fortia Regna
Non valuere hujus subdere colla sibi.
O quam longinquo fuerat dignissimus ævo,
De quo tantus erit tempus in omne dolor.
Post casum infaustum quo regna Latina ruere
Sæpe suæ gentis spes, requiesque fuit.
Terrenas gazas nunquam servavit amande,
Sed mox captivis, indigentisque dedit.
Itala, Romona, Illyrica, Hebræa, Afra, Pelasga
Morte tua, Princeps, jam sine fine dolent.
Mors tibi non nocuit; sed nos linquendo peremit,
Dulcis Alumno suo, quo tenet atra die.
Vixisti septem . . . .
Sed cunctis sæclis laude perennis eris.
Sint satis hæc breviter de te prolata legenti,
Plenus laude tua, qua . . Mundus adest.

Sico Princeps qui Grimoaldo IV. occiso successit anno 817. pretiosum corpus S Januarii Episcopi Beneventani, & Martyris è Neapoli Beneventum

tran-

transtulit in vetusta Cathedrali, Hierusalem tunc temporis nuncupata per Episcopum ipsum David honorificè collocari fecit die 28. Octobris. Idem Princeps novam Ecclesiam in honorem Deiparæ Virginis, quæ hodie Metropolitana est, magnificè ampliavit anno 829. Mortalitatem explevit Sico Princeps, anno 833. cum regnasset annos 15. successore relicto Sicardo filio, sepultusque fuit ante portam Ecclesiæ Cathedralis nobili tumulo iis versibus ornato ab eodem Camillo Peregrino relatis;

Principis hic magni requiescunt membra Siconis
Flenda nimis populis, heu, Benevente tuis!
Stirpe satus Regum, melior, majorque priorum,
Nullus ut in cunctis par similisque foret.
Natus in Ausoniæ præstanti corpore terra
Francorum postquam cæde subacta fuit;
Quem mater cernens eleganti luce nitentem
Esse datum credit cœlitus almu sibi.
Quæ cum sensisset Domini jam munere plenum,
Ad loca se capuit non nocitura pia.
Cujus ad adventum lætatus ductor herilis
Excepit gaudens spem, Benevente, tuam,
Non Arichis Princeps arcana in mente puellum
Collocat, & spondet prolis habere loco.
Adhibuit curàm nutriendi maximus Heros.
Quem successorem sperat habere pium.
Nec minus & Grimoad natus de Principe Princeps
Sublatum erudiit, jura tenendo patris.
Hujus in aspectu gaudens, blandoque nitore
Præ cunctis unum legit amore virum.
Pulchra illi facies, oculique per ora nitentes,
Candida cæsaries, candida colla tegens.
Celsus ab excelsa Bardorum gente staturn
Corporis, ut cunctis altior ille foret.
Qualis in arvorum radicitus arbor oborta
Culturis pinus crevit adusque Polum;
Antelbat cunctos animo, formaque nitenti,
Virtutisque novæ robore, & arte fluens.
Qui ieibus enorsis ductoribus ordine Princeps
Regalis legitur stirps honoranda nimis.
Defendit patriam Francorum gentis ab ira,
Quę quondam multo cæsa mucrone fuit.
Regibus ille magis dilectus luce parata
Francorum, & cunctis orbe perenne datis
Pacificus, mitis, prudens, sanctusque suavis
Largus, & in cunctos pauperibusque pius.
Pro patria cautus solvebat damna malorum,
Ne servos faceret lex nociturn eeis.
Obsidione quatit Romanas sæpe enervus,
Urbis Parthenope, falsidicosque viros,
Qui Dominis solita Samnitum fraude rebelles
Pellere Bardorum fortia jussa volunt.
Quos Sito perdomitos, congressu fortis in omni
Servitia impellit solvere quæque jubet.
Ariete propulsat muros virtute suorum,
Donec victa cadat pars inimica sibi.
Qua victi pugna, servitia digna reposcunt,
Quæ Beneventanus solvere gaudet hians:
Abstulit inde etiam Beneventi in sede locatum
Januarium quondam fortis athleta dehinc,
Cujus templa replens argento, auroque devoto,
His dedit ne jaceat corpus inane locis.
Ter quinos anno dominatus ductor herilis,
Omne ævum peragit cum bonitate ope.
Hic bis sex peragens ætatis tempore lustra,
Mercedis fructus spiritus astra petit.

Ex hoc epitaphio clare habetur, & firmum manet ab hoc Principe Beneventum translatum fuisse corpus Sancti Januarii Episcopi Beneventani. Cæterum quo anno præcisè noster David obierit, adhuc incompertum: creditur tamen circa hunc ipsum annum 832. suam protraxisse ætatem, nullum, alterius Episcopi neque nomen, aut memoria ab anno 780. ad annum usque 830. & Daus, & Guctus à Vipera post Davidem inter Episcopos connumerati omnino expungendi sunt, ab ipsomet auctore gratis appositi, quos, ab eo decepti in serie nostra Episcoporum Sipontinorum retulimus, qui ab ea omnino delendi sunt.

(„ GUTTUS *ab Ughello rejectus, sed revera* XLI
„ *post Davidem enumerandus,* GUINO *etiam ab*
„ *aliquibus appellatus, munus Episcopale quando*
„ *susceperit post Davidem incompertum. De colligi-*
„ *tur in Catalogo Sanctorum Benevent. apud Vipe-*
„ *ram, quod anno 825. cum Sico princeps Beneven-*
„ *tanus sibi subjecisset Neapolitanam urbem, inde*
„ *Beneventum reportari voluit S. Episcopi Januarii*
„ *corpus. Quæ translatio solemniter completa est*
„ *excipiente die 13. Martii Gutto Episcopo sacratis-*
„ *sima pignora, quæ honorificè reclinavit una cum*
„ *SS. Martyribus Festo, & Desiderio in sua Cathe-*
„ *drali Hierusalem dicta. Gutius autem circa an.*
„ *833. obiisse censetur.* Ex Sarnellio.)

41 URSUS ad hanc sedem simul & Sipontinam promotus Sicardo Principe circa annum salutis 833. electus Ecclesiam sancti Angeli de Monte Gargano simul cum Castro sancti Angeli fundavit. Beneventanæ Ecclesiæ subdidit etiam quoad homines, ut habetur ex documento Pandulphi, & Landulphi, Beneventanorum Principum ad favorem Landulphi Beneventanorum Archiepiscopi scriptum ann. Domini 978. 6. Indictionis, infra relatum in Landulpho primo Beneventi Archiepiscopo; cujus documenti meminit Vipera, in quodam alio à se conficto Ursone ad annum 1015. quod ex lectione ejusdem, ut clarè patet, Ursoni huic competere videtur, qui Ecclesiæ sancti Michaelis Archangeli, & castri S. Angeli de Monte Gargano conditor fuit. Sub eodem Sicardo Principe Ursus adhuc electus Episcopus Benoventanus corpora sanctorum Felicitatis & filiorum ejus è civitate Alifa Beneventum transtulit in Ecclesia Beatissimæ Virginis, quorum acta, & translationis historiam ex M.S. codice Longobardico Monialium sancti Victorini de Benevento hic transcribo, cum in multis diversa sit ab iis, quæ recitat Mambritius memoratus à Baronio. XLII

Passio sanctorum Martyrum Felicitatis, & filiorum ejus.

Ex codice manuscripto literis Longobardis antiquissimo Monasterii Monialium & sancti Victorini de Benevento Ordinis sancti Benedicti.

Temporibus Antonini Principis erat quædam Felicitas illustris femina, quæ cum septem filiis suis uno tempore tenta est. Hæc in viduitate permanens Domino suam voverat castitatem, & diu noctuque in orationibus vacans magnam cunctis dabat mentibus ædificationem. Videntes autem Pontifices præconia per hanc Christiani nominis profecisse, suggesserunt de ea Antonino Imperatori, dicentes: Contra salutem vestram mulier hæc vidua cum filiis suis Diis nostris insultat, quæ si non libaverit Diis, sciat pietas vestra Deos nostros sic irasci, ut penitus coli non possint. Tunc Imperator Antoninus jussit Præfecto Urbis Publio ut eam compelleret cum filiis suis, & Deorum iram sacrificiis mitigaret. Publius itaque Præfectus jussit eam adduci privatè, & blando colloquio ad sacrificandum eam provocans minabatur pœnarum, ac mortis supplicium. Cui Felicitas dixit, nec blanditiis tuis resolvi potero, nec terroribus frangi, habeo enim Spiritum sanctum qui me à te non permittit nec à Diabolo vinci, & ideo secura sum quod viva te superabo, & interfecta si fuero, sic melius te vincam occisa. Publius respondit, ò misera! si tibi mori suave est, vel filios tuos fac vivere. Respondit Felicitas, vivent filii mei si non sacrificaverint Diis, si verò tantum scelus admiserint in æterno manebunt interitu. Postera igitur die sedens in foro Martis Publius jussit eam una cum filiis adduci, cui & dixit: Miserere juvenibus bonis, & flore primæ juventutis florentibus. Respondit Felicitas, & dixit. Misericordia tua impietas est, & blanditia tua crudelitas, & conversa ad filios dixit: Videte filii cælum, & terram, & sursum aspicite, ubi nos expectant Christus, & Sancti ejus, pugnate pro animabus vestris, & fideles vos in amore Christi exhibete. Audiens hæc Publius ira fremens jussit eam colaphis cædi dicens: Ausa es me præsente talia filiis tuis dare monita, ut Deorum nostrorum statuas contemnant? Tunc vocat

pri-

primum filium ejus nomine Januarium, & infinita illi promittis bona si adorare velit Idola, verbera autem, & mortem si detrectet; Tunc Januarius dixit, stultitia plenus stulta & mihi suades, sed sapientia Domini me confortat, & facit me tuam superare stultitiam. Tunc jussit eum virgis cædi, & in carcerem trudi. Secundum vero ejus filium nomine Felicem jussit adduci, quem cum ad immolandum hortaretur, respondit constanter, Unus est Deus, quem colimus, & cui sacrificium piæ devotionis offerimus. Vide tu ne credas me aut aliquem fratrum meorum à Domini Jesu Christi amore posse recedere. Immineant verbera, cruces, ac mortis supplicia, non tamen fides nostra vinci poterit, aut mutari. Et isto amoto jussit tertium filium nomine Philippum applicari, cui cum diceret. Dominus noster Imperator Antoninus jussit ut Diis omnipotentibus immoletis, respondit Philippus, & dixit: Isti nec Dii, nec omnipotentes sunt, sed sunt simulacra vana, & muda, & insensata, & qui eis sacrificare voluerit, in æterno periculo erit; & hoc amoto jussit quartum adduci, cui nomen erat Silanus, ad quem blando vultu talia est alloquutus. Convenisne & tu cum matre tua pessima in eo consilio, quod præcepta Principum contemnentes omnes simul mortem incurratis? cui Silanus respondit. Quoniam vere novimus quæ præmia sint parata justis, ideo securi legem Romanam contemnimus, & Dei veri jussa servamus; Idola contemnentes, & Deo omnipotenti famulantes. Amoto Silano jussit quintum præsto esse Alexandrum nomine, cui & dixit. Miserabilis juvencule, ætatulæ tuæ compatior, & ut ab infantia distas esse rebellis obtempera nostrorum Dominorum præceptis adorando Idola, ut sic eorum gratia potiaris, teneramque tuam ætatem producere possis ad senectam gratissimam. Respondit Alexander, & dixit. Ego servus Christi sum, hunc ore confiteor, corde teneo, atque incessanter adoro. Infantula ætas, quam vides canam habet prudentiam, quæ unum Deum colit, Dii vero tui tecum erunt in interitu sempiterno: & amoto Alexandro jussit sextum nomine Vitalem applicari, cui & dixit. Forte vel tu optas vivere, & non in interitum devenire, respondit Vitalis, & dixit. Quinam est qui melius optat vivere, num qui Deos vestros colit, an qui verum Dominum, ac Deum curat habere propitium? Siquidem illi sunt Dæmones, hic vero Rex cæli, & terræ; dixit Publius, Et quis est Dæmon? respondit Vitalis, Dii gentium dæmonia sunt. Et hoc amoto jussit venire septimum nomine Martialem, cui & dixit; O crudelitatis vestræ fautores effecti, & quousque Augustorum mandata vestra cum pernicie contemnitis? Respondit Martialis, & dixit, Ob si noscere posses quæ pœna tibi & Principi tuo parata est, & adhuc modicum, & non tardabit iram suam Deus verus in vos, & in Idola vestra demonstrare, omnes enim qui non confitentur Christum verum Deum esse in æterno erunt incendio. Tunc jussit & hunc septimum amoveri, & omnia gesta per ordinem Imperatori Antonino transmisit. Tunc Antoninus misit eus per varios judices, ut variis laniarentur suppliciis, ex quibus unus fratrem primum plumbatis accidit. Alter secundum, & tertium fustibus mactavit; Alius quartum præcipitio interimi curavit; Alius denique quintum, sextum, & septimum capitalem fecit subire sententiam, & paulo post ab alio mater eorum jussa est decollari. Sic variis suppliciis in hoc sæculo interempti, universi victores, & Martyres Christi cum matre evolarunt ad Cœlum. Qui pro amore Dei pœnas, verbera, & mortem contemnentes, gaudia, palmas, vitamque immortalem adepti sunt. Postquam vero diversis suppliciorum generibus interfecti sunt, jussit Publius, ut nulli omnino corpora eorum humare liceret, sed bestiis, ac volucribus inhumata relinquerentur edenda. Omnipotens vero Dominus mira circa eorum corpora est operatus, dum enim sub sideribus corpora Sanctorum suorum, ut dictum est inhumata jacerent, non volatilia, vel quadrupedia, terræque reptilia illis propius accedere potuerunt, ac divinitus prohibentur, ut illa attingere possent. Tanta autem ex beatis corporibus fragrantia emanabat, ut cuncta loci vicinia instar odoriferorum florum oderamento

A *replerentur, denique collecta Christianorum phalanx per opaca noctis venerunt ad locum quo sanctæ matris Sanctorumque pignorum corpora madida cruore jacebant, & tacite Domino psalmodiam concinentes ab humo sancta illa membra levaverunt, imponentesque feretris silenti cursu vestigium callem repedaverunt. Postquam verò venerunt ad locum, ubi terrore fugato patenter illis dignas exequias parare possent, mirificis aromatibus beatorum corpora condiderunt, pretiosissimis tegminibus involuentes, atque in psalmis, & hymnis palam Domino glorificantes honorificè humaverunt haud procul à mœnibus urbis quam veteres vocaverunt Alphas; juxta quorum sepulchra Christus omnium reparator, & auctor ad confirmandam fidelium mentem eorum intercessionibus innumera beneficia præstabat. Nam ex obsessis corporibus dæmonia illic ejiciebantur, Claudi in pristinum restituebantur gradum, diu lumen amissum reddebatur, multæ & variæ illic hominum depellebantur infirmitates. Quorum illic basilicæ dedicatio fuit 9. Kalend. Decembris.*

B *Cumque post multa annorum curricula diversis potestatibus diversarum gentium in Italia immutatis locus ille, in quo Sancti quiescebant viluisset, & absque honore debito tam præcipua Sanctorum corpora essent, ex jussu eximii, & vere Catholici Longobardorum Principis Sicardi, Ursus Beneventanæ sedis electus eadem Sanctorum corpora elevans ab Alphis, magno cum honore Beneventum perduxit, & magnifice in Beatæ Mariæ Ecclesia cum aliorum plurimis Sanctorum corporibus collocavit. Horum vero Martyrum festivitas colitur decimo die mensis Julii, dedicatio verò altaris eorum Beneventi ultimo die mensis Madii in quorum festivitate diversis ex partibus orbis conveniunt plures Christo Jesu omnium Redemptori gratias referentes, qui cum Patre Sanctoque Spiritu vivit & regnat Deus per immensa sæcula sæculorum. Amen.*

Ursonis quoque pietate ac diligentia corpus gloriosissimi Apostoli Bartholomæi fuit ex Lipari insula Beneventum translatum, & à Beneventanis magno cum gloriæ apparatu receptum, qui & inter

C eorum protectores ascriptus an. 840. die 25. Octobris, ut Leo Ostiensis scribit lib. 1. cap. 26 & in Ecclesia Beatissimæ Virginis, quæ hodie Metropolitana est honorificè reconditum. Translationis dies quotannis cum octava. & synodo Litaniarum colitur, de qua Martyrolog. Rom. & Baronius in notis, aliique plures. Idem Ursus corpora Ss. Deodati Episcopi, & Marciani, quæ in propriis Ecclesiis sepulti erant, primum Nolæ, secundum Frequentanæ, in Ecclesiis eorum nominibus dedicatis, in eandem Divæ Mariæ Basilicam Beneventanam detulit. Extat translationis historia in eodem codice monialium s. Victoriani, cujus tenor talis est.

Vita & acta sancti Deodati Nolani, cujus corpus extat Beneventi.

In tam magno mysterio, in tam admirabili sacramento, quis valeat linguam compescere, ita ut B. Deodati Nolanæ Urbis Archipresbyteri vitam, meritaque eximia pro viribus ad fidelium ædificationem non referat? Fuit hic Archipresbyter tempore Paulini Nolanensis Urbis Episcopi,

D *qui cum normam magistri omni modo sequi studeret, ad perfectionis culmen brevi itinere pervenit. Ingressus itaq; B. martyris Felicis Ecclesiam acervos divinorum charismatum consequutus est; erat siquidem nomine jam Deo datus, sed multo illustrius suis gestis, & vita mirificum. Spiritus namque Dei oculos mentis ejus in primis aperuit, itaut quæ non viderat, sciret, & quæ viderat, ultro adaperiret; sicque prophetico spiritu ante omnia præcelluit. Ex quo factum est, ut omnium Presbyterorum, & Clericorum consensu totius Ecclesiæ Nolanæ administratio in redditibus exigendis, ac dispensandis (ei) committeretur; & sic quodammodo Episcopus erat. Ad ipsum namq; pro consilio concurrebat multitudo; pro subventione egenorum, viduarumque non spernenda copia assidue advolabat, quibus omnibus benigne verbo, & pecunia succurrebat, unde non immerito à B. Paulino Nolanensi tunc Episcopo, & à populo universo diligebatur. At humani generis hostis, qui semitas Deum timentium offendiculis semper obversat, & conspergit, callida fraude perfecit, ut nonnulli iniquitatis viri*

eum

eum omnino vexare incœperint, & apud Valentinianum tunc temporis Romani Imperii gubernacula tenentem accusaverint, quod non bene circa res Nolanensis Ecclesiæ se gereret, sed pro arbitrio, & ad proprium usum multa bona destinaret. Quod Imperator ubi rescivit, ea qua in Ecclesiæ ministros erat cupidine dominandi labefactatus, ad se Deodatum Nolanensis Ecclesiæ Archipresbyterum illico jussit adduci. Cui dixit; Nisi ad illa, quæ adversum te multorum testimonio comprobantur, satisfacias, scias indignationem nostram omnino te incursurum, & pœnas, quas pro talibus delictis mereris absque dubio subiturum. Cui respondit Deodatus. Absit, ò Imperator, quod ego nec contra tui imperii statum aliquid sim molitus, vel quod Ecclesiæ Nolanensis facultates in alios quam in pios usus converterim, sicut illos didici à majoribus meis erogare. Nec de hoc te alios imploro testes, quam meos Nolanenses Concives. Verum cum Imperatori alto insedisset animo Deodatum contra suam injustitiam in Ecclesiasticos sæpe palam reclamasse, & ob id suspicaretur eum aliquid adversus Imperialem statum moliri, continuo jussit intrudi in carcerem dicens; Nisi omnia per ordinem, quæ in me ausus & molitus es, panges, scito te fame periturum in hoc carcere. Interim dum hæc aguntur Nolæ, sanctus Paulinus Episcopus, qui absens erat, nuncio de sui Archipresbyteri carceratione audito, Nolam convolavit, quod ubi nunciatum est Valentiniano, ob reverentiam tanti viri, Deodatum clam exire fecit de carcere, & occulté in exilium asportari fecit. Interim Valentiniani filia à malo dæmone corripitur, & sic per multos dies variis furoribus agitata, nocte quadam ejus pater dum in lecto sopore teneretur, veluti à longe audivit vocem et minitantem casum imperii, vexationem à dæmone, & postmodum mortem, nisi ab injusto judicio contra Deodatum suscepto desisteret. Qua voce perterritus, & expergefactus, valde mane suos vocavit consiliarios, & quid sibi per soporem in aures obstreperit per ordinem narrat; & sic de revocando ab exilio Deodato omnium consiliariorum unanimis fuit sententia. Ad locum itaque exilii directi sunt, qui revocarent Deodatum. Qui cum advenissent, & mandata Imperatoris de ipso ad aulam reducendo exposuissent, gratanter admodum eos Deodatus respexit, & audivit, sperans tunc sui obitus advenisse horam, sicque sæpius in itinere verba illa repetebat: In manibus tuis Domine sortes meæ. Verum cum ad præsentiam Imperatoris advenisset, ipso, & omnibus qui aderant obstupescentibus Imperator ad Deodati se prostravit pedes, obsecrans, ut sibi ignosceret, & filiam suam à dæmone quantocyus liberaret. Sanctus Deodatus inspe-rata cernens Deo gratias egit, dicens: Si Deus pro nobis, quis contra nos? cujus visitatio nulli fideli in tribulatione denegatur, sed eos jugiter miserando consolatur. Interea Valentiniani filia plus quam antea dirè cruciabitur à dæmone, qui lamentabatur se plus Deodati præsentia, quam ab igne torqueri. Cui S. Deodatus præcepit, ut illico per Omnipotentis Dei virtute puellam relinqueret, quod & dicto citius factum est. Restituta itaque puella saluti, voluit Imperator sanctum Deodatum suis ditare divitiis, quas constanti ipse respuit animo, qui lautiores se asserens habere thesauros: & sic honorificè dimissus ad propria repedavit, ingentique suorum civium lætitia intra Nolanæ urbis mœnia est receptus. Ubi biennio commoratus, & S. Paulino vita functo omnium votis in Episcopum designatur Deodatus. Quo in munere constitutus adeo omnium virtutum conatus est acquirere culmen, ut certatim in eo contenderent charitas, humilitas, benignitas, & quidquid in eo, qui curam gerit animarum desiderari potest. Vixit in Episcopatu viginta annis, ab ordinatione in Presbyterum viginti, & à nativitate ad Sacerdotium triginta, sicque curriculus suæ vitæ in hac mortali luce fuit octoginta annorum, & sepultus est apud Nolanam urbem, ubi per multos annos coruscavit miraculis, usque dum per tempora religiosissimi Beneventanæ urbis Principis Sicardi Paldus quidam nobilis Beneventanus ad portam civitatis in ejus honorem ædificavit Ecclesiam, in qua deferri corpus ejus impetravit à prædicto Principe, quo in loco multa Deus operari dignatus est ad ejus intercessionem miracula, ut & nos hodie Deo dante fieri cernimus, & summus vir Apostolicus Paschalis fere quotidie ad illius sepulchrum fundere preces non desistit, quo magis fidelium corda per mirabilia Sanctorum in Dei amorem excitentur, qui est benedictus per infinita secula Amen.

Subsequenti anno 840. Sicardus mortuus est, & Radelchis ejus Thesaurarius Beneventi Princeps VI. evasit eodémque fortassis vivente Ursone Radelchis sextus Princeps Beneventanus fato concessit an. 852. vel ut alii volunt 853. Radelgarius ejus filius Principatam obtinuit. Radelchis corpus ante portam Ecclesiæ Beneventanæ sepelierunt, his versibus ad tumulum conscriptis;

Radelchis Princeps monumento clauditur isto,
Cujus in orbe pius rumor ubique sonat;
Quem tanto Dominus donorum fonte rigavit,
Ut nullus digne promere cuncta queat.
Nobilis, & prudens, justus, patiensque benignus,
Pulchrior & sobrius, clarior, atque potens.
Hunc populi patrem lacrymis, & voce fatentur,
Dives, inopsque simul hoc moriente gemunt.
Afflictis solamen erat, cutamen egenium,
Et cunctis populis victus, & alma quies.
Fortis in adversis, in lætis unus & idem.
Ad Cœli patriam currere mente volens.
Incessit humilis virtutis robore magnus,
Pacificus, verax, mitis, & aptus erat.
Quem non diligat, qui non dilexit, & illum?
Quis nisi perversus, quis nisi mente ferus?
Hunc pius, & felix felicem nominat omnis
Recta sequi studuit dogmata sæpe quia.
Publica jura regens, sed sacras maximè leges
Explevit jugiter corde, manuque gerens.
Insigni populum pietate vigebat ad omnem,
Lætus erat vultu, lætior ore quidem.
Undenis lapsis duodenus cœperat annus
Bardorum Princeps noscitur esse quibus.
Sexaginta suæ vitæ compleverat annos
Cum moriens Mundo vivit in arce Poli.
O vos Christicolæ precibus committite Christo
Quem populi constat ritè fuisse Ducem.

Ursi obitus dies, & annus ignoratur, longo tamen annorum spatio hanc rexit Ecclesiam, & in Apostoli Bartholomæi honorem cœptam Ecclesiam absolvit ac dicavit; cui successit Ayo, non Carolus, neque duo Joannes, ut Vipera scribit, quos ab hac serie expunximus, veluti gratis ab eodem suppositos.

(„ JOANNES *hujus nominis III. qui ex hac* XLIII
„ *serie expungitur ab Ughello, meritò in ea collocan-*
„ *dus, in cujus gratiam Carolus Calvus cuncta pri-*
„ *vilegia rata esse voluit Beneventanæ Ecclesiæ sub*
„ *dat. Capuæ an. 845. 11. Kal. April.*
„ CAROLUS, *quem præterit Ughellus, refert* XLIV
„ *Vipera in an. 866. ex tabulis Sipontinæ Ecclesiæ*
„ *Pontificia jura exercebat anno 852. & sexdecim*
„ *circiter annos præfuisse fertur.*
„ JOANNES *IV. Huic Ludovicus omnia privi-* XLV.
„ *legia rata esse voluit sub dat: Beneventi an. 868.*
„ *4. Kal. Junii Indict. 1. Imperii anno 13.* Ex Sar-
„ nellio.)

72 AYO Rodelchis Beneventanorum Principis ex Caretruda uxore filius assumptus ad Episcopatum Beneventanum, quo vero anno cœperit, assequi non potui. Eidem Ludovicus II. Imp. commendavit reparationem Ecclesiæ S. Michaelis Angeli de Monte Gargano, anno sui Imperii 21. qui fuit ultimus vitæ suæ, salutis vero 875. Documenti Ludovici ab ipso authographo Biblioth. Beneventæ desumpto tenor hujusmodi est. XLVI

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni.

Ludovicus Divina ordinante providentia Imperator Augustus.

Dum per varias temporum adversitates plurima ædificia, & alia quædam pertinentia Eccl. S Michaelis, quæ Domino auctore sita est in Monte Gargano vidissemus deserta, & ruinosa, ne tanti oratorii famosus honor cultusque vilescat, ac debita veneratione per incuriam deperiret, divinæ inspirationis nutu compuncti, pro Dei, & S. Michaelis amore, nostræque dilectissimæ conjugis Angilbergæ ac prolis, omnisque parentelæ nostræ, nec non pro nostri statu imperii, omniumque nostrorum sospitate, ac prosperitate Concessimus in eamdem Venerabilem Ecclesiam, cui

Ajo Beneventanus Episcopus prævisus videtur, ipsum Castellum, ubi jam dicta Sacrosancta Ecclesia sita est una cum omnibus Gastaldiante ibi commorantibus, ut amodo, & deinceps perpetuis temporibus omnes ibi salva sua libertate sint sub defensione ipsius Ecclesiæ. quatenus à nullo unquam Gastaldio, vel qualibet publico actionario, seu ministerialis molestentur, aut pensionem, aut censum, aut xenia dare, aut quamcunque angariam facere, aut . . . . sed sicut semper securiter sub cura, & defensione ipsius sacratissimi Oratorii, ut quod Gastaldeus, & ad publicam exactionem esset solvendum, hoc persolvant in ipsum sanctum locum juxta voluntatem, ac dispositionem Beneventani Pontificis, sive in pensione, sive in exequutione, & censu, vel angariis, & per ipsam defensionem quando coguntur à Gastaldeo, vel qualibet actionario publico ire in exercitum, sint tamen, & maneant in obedientia ipsius S. Oratorii ad restaurandum, & cooperandum quidquid illic necessarium esse videbitur interius exteriusque juxta voluntatem præfati Beneventani Pontificis, vel eorum, qui ab ipso ibi præordinati fuerint: itaut ipsis, & non alteri sint tantummodo subditi, sive ad pensionem, censumque, seu consueta xenia dandum, seu angarias rationabiliter persolvendum, & sicut dictum est salva sua libertate in omnibus obediendum, & ut ipsi sub hac defensione quietè permaneant, & prædicto sancto loco per eos debitus honor accumuletur, sive per congruas exactiones, seu per necessarias operationes, & devotas obedientias dum ea exhibent in ipso sancto loco, quæ Gastaldeis, seu publicis exactoribus soliti fuerant exhibere, & ut nullus Judex, aut . . . . publicas exactiones qualibet modo audeat, nullusque omnino Gastaldeus in præfato sancto loco placitum ullo modo præsumat tenere nostra præsenti funditus interdicimus Imperiali præceptione. Quam nostræ concessionis, & præceptionis immunitatem, quia volumus in perpetuum inviolabiliter permanere, ideo ex nostræ potestatis auctoritate firmiter censemus, ut si quis contra eam qualibet modo agere tentaverit, vel quidquam inde violare præsumpserit, non solum id quod violaverit restituendo restauret, sed etiam triginta libras auri purissimi in eodem sacro loco invitus persolvat, quatenus hæc nostra concessio semper firma, & secura consistat, pro qua videlicet inconcussa nostræ piæ devotionis concessione volumus, ut omni tempore per singulos dies pro nobis nostraque dilectissima conjuge ac prole, omnique parentela illic missa canatur, & die noctuque semper per singulas officiorum horas ter cum propria oratione dicatur Kyrie eleison, & in Matutinorum expletione Deus misereatur nostri, ac hora tertiæ Deus in adjutorium meum intende, seu Completorium De profundis ubi æternaliter decantentur. Porro, ut hæc nostræ concessionis immunitas ab omnibus verissima credatur, inviolabilis conservetur, propria manu eam firmavimus, & bullis nostris roborari pariter præcepimus.

L
|
Signum V — D — O *serenissimi Augusti*.
V
I
C
I

Ego Gangrinus Sacerdos, ac Capellanus jussu Serenissimi Augusti D. Ludovici scripsi.

Actum Beneventi Civitate. Datum IV. Kalen. Junii anno Christi propitio Imperii Serenissimi Augusti D. Ludovici XXI. Indict. VIII. feliciter.

Subsequenti anno 876. Carolus Calvus Ludovici nepotis privilegium dedit Ayoni Episcopo, cujus authographum extat in eadem bibliotheca Beneven. adeo lacerum ac temporum injuria consumptum, ut vix contrectari possit nec dum legi. Datum tamen bene conspicitur in hæc verba.

Signum . . . . . mi Imperatoris.

Audelganus notarius ad vicem Ganzelini recognovit & scripsit. Datum VII. Kalen. Januarii anno XXXVII. regni Domini Caroli in Francia, & Imperio 1. Actum in sancto Petro Indictione IX. In nomine Domini feliciter amen.

In principio etiam commode legitur. *In nomine Domini sanctæ, & individuæ Trinitatis. Carolus ejusdem Omnipotentis Dei gratia Imperator Augustus, ... libenter in his quæ erga . . . . accommodamus, & eausque ad effectum perducimus, non solum Imperialem exercemus consuetudinem, sed etiam & in nostro reddimus alacriores obsequio] . . . quo At . . . . . San. . . . . . Benevent. . . . . . Ep. . . . . excellentiam, ut more piæ recordationis Avi nostri Caroli seu nepotis nostri Ludovici quodam Imperatoris.* Hæc ideo transcripta sunt, ut clarum appareat hunc Carolum esse Carolum Calvum ex verbis *Avi nostri Caroli, & Ludovici nepotis nostri*, colligatur. Nomen vero an sit Ayo, vel Joannes non bene percipi potest: verum cum præceptum Ludovici factum sit Ayoni, & unus tantum annus intercesserit ab illo ad hoc Caroli documentum, esse datum existimo ad eundem Ayonem. In corpore autem privilegii, multa verba dignoscuntur, quæ eundem faciunt sensum cum privilegio Caroli Magni, quia & eadem phrasis percipitur. Idem Ayo monasterio S. Modesti, quod in urbe Beneventana situm est, nonnullas Ecclesias concessit, & ab omni onere immunes fecit anno 875. ad quem Joannes VIII. Papa epistolas scribit 33. & 157. eidem Ayoni Anastasius Bibliothecarius dicavit sermonē Theodori Studitæ in honorem sancti Bartholomæi Apostoli ab ipso ex Græco in Latinum traslatum. Memoratur in epitaphio Caretrudæ matris, quod legitur in magnifico tumulo ante portam Cathedralis Beneventanæ.

Quam velox fugiat mundana gloria vitæ;
Testantur cineres, quos monumenta tenent.
Nil sine fine manet, sub Cœli cardine comptum.
Tempus, honor transit, lux, caro, vita, salus.
Cuncta mori constat, quæ Mundi machina gestat,
Sola mori nescit, vita referta bonis.
Hæc olim, cujus Tumulus, hic occulit artus,
Per genus omne suum fulsit in orbe satis.
Nam summi conjux, Radelchis Principis extans,
Germine quod tenuit auxit honore decus.
Inde viri solium in natis en ordine firmans,
Sancivit patriæ hos caput esse suæ.
Sicque suo magno fructus in culmine ventris
Ter quartum vidit fructificasse gradum.
Pontificem, & Comites genuit, Proceresq; sagaces,
Undique conspicuo fulta vigore fuit.
Hinc decus in patribus captans, in prolibus illinc,
Per mores studuit tegmen habere pios.
Sollers, ac mitis, prudcasque in famine dulci
Lactea conspectu, plus probitate micans.
Ecclesias venerans, inopum pascensque catervas:
Quod bene distribuit, nunc fruitura metit.
Bis tria post annos quadragenos lustra recurrens
Hæc Caretruda solo terrea membra dedit.
Junius ereptam hanc è carnis carcere mensis
Nonarum quartum sustulit ante diem:
O mundum Martyr Januari clare per omnem
Pro culpis hujus fer pia verba Deo,
Ut careat pœnis, & captet gaudia Cœli
Sancto ob quod cupiit hoc recubare loco.

Ex duodecim filiis, quos ex Rodelcho peperit Caretruda, Adelchis vir mitissimus & Rodelgarius Principes extiterunt Beneventani, & Gaiderus post Adelchim patruum Princeps salutatus, vivente Ayone Episcopo, item ejus patruo. ejectus deinde à Principatu anno 889. at Ayone Episcopo defuncto, ut Herempertus scribit. Mortuus est Ayo ante annum 886.

43 CONSERVATUS Ecclesiæ Beneventanæ præerat anno 886. cui anno 893. Januario mense Indict. 11. Cosmas Anthius Protupatritius, & Basilius Protonotarius Constantinopolitani Imperatoris, qui tunc Beneventum in suam redierat potestatem, Conservato Episcopo omnia suæ Ecclesiæ pertinentia sub potestate sui Episcopatus concesserunt: atque redegerunt, præter Ecclesiam sancti Angeli, quam dispositioni Imperatoris reservarunt. Diploma est tenoris sequentis in Bibliotheca Bene- XLVII.

ven-

ventana fasciculo Privilegiorum 22. num.

Entbelma facta à me Cosma Anthio Protopatritto, & Basilio Protonotario, & Stratigos Siciliæ & Longobardiæ, quam dedimus vobis Domino Conservato Episcopo Beneventano quatenus juravimus vobis ego, & Epiphanius Hitotbis, & Basilius Stratigo, & Clado, & cæteri omnes judices, ut habeatis vos omnia pertinentia sub potestate de ipso Episcopio in ipsa terra Longobardiæ, habeatis, & dominetis ea absque Ecclesia S. Angeli, quam reservavimus in potestate sanctorum Imperatorum nostrorum, ut sicut Deus inspiraverit illis, sic faciant, propterea præcipimus omnibus qui hanc nostram Entbelmam legerint, vel audierint sive Protonotarii, sive, . . Castaldeus, vel Comes Curtis, aut domesticus de ipsa Roma, & usque ad minimum hominum est publicum servitium, ut nihil ex his omnibus audeat per qualecunque ingenium impedire, aut lædere in omnibus pertinentiis dictæ Ecclesiæ; si quis autem præsumpserit, aut talia non compleverit, sicut ista mea Entbelma continet recipiat disciplinam à nobis, vel à successoribus nostris frostaturam, vel tonsuram, & ad confirmandam, & credendam hanc meam Entbelmam plumbea bulla fecimus eam bullari, juxta nostram consuetodinem Januario Indict. 11.

XLVIII. 44 **PETRUS** florebat anno 894. ad quem sunt Formosi Papæ literæ in Bibliotheca Beneventana, sed adeo laceræ, & corruptæ, ut vix titulus legi possit. Sub hoc tempus Gregorius Patritius Simbatico in administratione Benevent. Principatus successit illuc missus ab Imperatore Constantinopol. ut Leo Ostiensis narrat. Post annos vero tres ac menses novem, Guido Longobardus, pulsis Græcis urbem Beneventanam recuperavit; ipsiusque Principatus tenuit ferè annos duos: postquam Rodelchis Princeps jam antea expulsus restitutus est, sed iterum ejectus de sede, & Atenolphus Capuanus, Comes, Princeps Beneventanus creatus est anno Domini 899. cujus successores Capuæ simul Principes fuerunt. Porro Petrus Episcopus, ut patriæ libertatem vindicaret, cum Athenulphus civitate abesset, plerosque Beneventanos induxit, ut sibi servitutem, & fidelitatem jurarent. Verum Atenolpho in Urbem armato milite redeunte Petrus exulare coactus est, & in exilio mortalitatem explevit; annus vero ignoratur. Athenulphus vero obiit anno 914. & Principatum obtinuerunt Atenulphus II. & Landulphus ejus filii, & Principes secundi Beneventani, & Capuani extitere.

XLIX. 45 **VALDEFIDUS**, qui quidem nominatus reperitur in quodam codice antiquo: cæterum annus sedis ignoratur (r).

L. 46 **JOANNES** hujus nominis III. (s) Episcopus Beneventanus & Sipontinus creatus est, vel in fine anni 913. vel subsequentis initio. id exploratum habemus ex monumento ejusdem Joannis ad favorem Ecclesiæ S. Martini in civitate Bovini exædificatæ à quodam Petro Clerico, quam immunem declaravit ab omni Episcopali jurisdictione. Documentum scriptum est ann. 12. Landulphi, & Atenulphi Principum Beneventanorum, qui patri Atenulphi successerunt eo anno supra relato 914. Hemperto teste, vel 915. ut alii scribunt, qui fuit etiam primus ordinationis Joannis, & Constantini Imper. 12. Indict. 2. quæ cadit etiam in an. 928. Exemplar integrum documenti extat in sæpe citata Chronica sanctæ Sophiæ cap. 1. p. 6. in hæc verba.

In nomine Domini Salvatoris nostri Jesu Christi.

Anno quintodecimo Imperii dominorum nostrorum Romanorum Constantini, ac Christophori magnorum Imperatorum, & duodecimo anno Domini Landulphi Antipatris Patritii, & Principis, & Domini Atenulphi eximii Principis, mense Februario, prima Indictione, necnon duodecimo anno Domini Joannis Venerabilis Episcopi quando favente Deo Beneventanæ, ac Sipontinæ Ecclesiæ Antistes consecratus est. Nos Ioannes in præfata sanctæ Dei Genitricis Mariæ Sede Pontifices Prælatom declaramus; Quoniam tu Petre Clerice habitator civitatis Bovinensis, filius Rodelfridi ædificasti Ecclesiam nomine s. Martini in eadem civitate Bivina in proprio territorio tuo, & deprecatus es nos, ut eandem tibi liberam, atque solutam constitueremus ab omni conditione nostræ sedis, Nos vero audivimus deprecationem tuam, ut recordato rito antecessorum nostrorum, cum consensu Sacerdotum, ac Levitarum, omniumque Ordinum Clericorum per hoc nostrum roboreum firmitatis preceptum, prefatam supradictamque Ecclesiam liberam esse constituimus, tibi, atque hæredibus tuis ab omni conditione nostræ sedis supranominatæ, amodo, & deinceps, ut nec Presbyteri, nec Archipresbyteri, nec quilibet nostrorum Clericorum aliquam potestatem, aut donationem, vel etiam actionem habeat, vel minimam in eadem Ecclesia; verumtamen perpetuis temporibus habeas tu illam, & hæredes tui in vestra potestate, dispositione, & dominatione, sicut vestra fuerit voluntas; excepto si Presbyter fuerit defunctus, qui eandem Ecclesiam regere videbitur, semper ibi Sacerdos ordinetur, qualem volueris tu, & hæredes tui, cum consensu quidem nostro, vel successorum nostrorum: & ut hæc ab omnibus incunctanter, annulis imaginem Genitricis figurantibus, in una parte signum sanctæ Crucis cum arcu in utroque Crucis latere cum duabus columbis astantibus, atque in altera parte nomen S. Mariæ in Cruce affixum depinximus roboratum; quod videlicet præceptum tibi Leoni Diacono, & Subdiacono scribere injunximus, necnon & Sacerdotes propriis manibus, reliquosque Cleros nostros sese subscribere jussimus, & per confirmationem supradictorum omnium secundum consuetudinem præceptorum manu nostra subscripsimus.

Actum Benevento in sacratissimo Episcopio.

Ego Joannes Archipresbyter ex jussione Joannis Episcopi me subscripsi.

Ego Joannes Presbyter, & Abbas ex jussione D. Joannis Episcopi me subscripsi.

Ego Scildatus Diaconus, atque Presb. me ex jussione superiorum subscripsi.

Ego Magalcardus Subdiaconus me subscripsi.

Ego Engrilgardus Clericus me subscripsi.

Sub anno 938. eodem postulante Ioanne Episcopo, Landulphus, Atenulphus, & Atenulphus alter Principes Beneventani donationes quasdam fecerunt Ecclesiæ sancti Ioannis in porta Aurea. Authographum donationis extat in Bibliotheca Beneventana num. 84. fasciculo 1. literis Longobardis scriptum in charta hœdina, præ vetustate pene exesum, quod nos ipsi conspeximus, & exscripsimus, tenor ita se habet.

In nomine Dei æterni Salvatoris nostri Iesu Christi,

Landolphus, Atenulphus, & Atenulphus divina ordinante clementia Longobardorum gentis Principes cum principali excellentia petitionibus dilectorum suorum omnibus juste petentibus clementer favet.

Igitur noverit omnium fidelium nostrorum præsentium

(r) Vipera perperam Valdefidum an. 950. sedisse affirmat. Emendatè Sarnellius sedisse scribit an. 908.
(s) Joannes hic V. electus fuit non anno 913. ut adnotat Ughellus, quem etiam malè Vipera rejicit in annum 944. sed anno 911. ut perspicuum est ex documento Landulphi, & Atenulphi Beneventanorum Principum ad favorem Ecclesiæ S. Martini Bovinensis, seu Bivinensis civitatis, quod datum legitur an. salutis 922. præfatorum Principum duodecimo, & pariter duodecimo Prælatus Joannis. Quare cum primus annus Landulphi, & Atenulphi Christi fuerit 911. idem pariter Joannis censendus est. Scrupulum omnem dilu[illegible] Sarnellius in sua Chronologia, qui ad autographum recurreo Vaticanæ Bibliothecæ, ubi asservatur antiquum regestum membranaceum S. Sophiæ, ubi legitur præfatum diploma datum mense Februario Indict. 10. per annum 12. anno Joannis Ven. Episcopi, quo, Deo favente, Beneventana, ac Sipontina Ecclesia Antistes creatus est 1 & facta collatione [illegible] dictorum Principum hic annos coincidit in an. salutis 922. Error tantum est in [illegible] indictione, ubi apponitur solum nota unitatis I. copulanda cum ea, quæ apposita o denarium perficit, quandoquidem S. Sophiæ in Chronico ad eum annum indictio signatur decima.

tium, & futurorum solertia. Quoniam Joannes Venerabilis Episcopus Benevent. Sedis dilectus noster nostram postulavit Excellentiam, ut concederemus Odelprand Sacerdoti, & Lafred Ecclesiam sacri Palatii vocabulo sancti Joannis præsistentem intro hanc veterem Beneventanam civitatem non longe à porta Aurea qualiter liceat eum, vel successores ejus, qui in eadem Ecclesia die noctuque deservierint, sicut . . causare, & contendere præter omnem . . . . . de rebus prædictę Ecclesiæ S. Joannis quæ habet in finibus Capuæ, seu in finibus S. Agathæ, & in Cavensi & Furcule, atque in Squille per diversa loca, necnon in Salerno, & Abellino, & aliis locis. Etiam non impediatur in aliquo pro Abbate ipsius Ecclesiæ, sed per seipsos habeant communimina ejusdem Eccles. causare & omnem . . facere, usque dum illas resignare ad potestatem ejusdem Ecclesiæ sancti Joannis. Cum autem ipse habeat ad potestatem de ipsa Ecclesia evocare . . nulli Abbatum, vel costodum licitum sit ex eis quicquam auferre quolibet modo, aut vendere, aut donare, vel qualitercunque alienare ab ipsa Ecclesia. Sed semper habeat, & possidere illas custodes ipsius Ecclesiæ & de successore, & deveniat in successorem qui ibidem voluerit deservire sicut prędictus, & Odelprandus Presbyter ibi deserviat ad faciendum inde utilitatem Ecclesia se ipsum inde nutrire in aliquo valeat. Unde expetiit fieri munitionem . . . . excellentia ad . . . peticionem libuit nobis usquequaque sensum præbere. Quapropter ne ejusdem Religiosi Antistitis cassa maneret obsecratio, petitioni ejus benignè assensimus. Exindeque hos nostros munificentias & apices exarari præcepimus, propter quos videlicet omnino sancimus, & perpetualiter tibi Odelprande Sacerdoti, & tuis successoribus qui ibi deservierint in præfata Ecclesia S. Joannis pertinente sacri Palatii non longe sita è porta Aurea, concedimus in omnibus licentiam at amodo & deinde in potestatem per vos ipsos habentis causare, & contendere cum munionibus de ipsa Ecclesia, de omnibus rebus prædictæ Ecclesiæ, quas habet in finibus Capuæ, & in finibus sanctæ Agathæ, seu in caudi in Furole & Squille in Salerno, & in Abellinate aliisque pluribus locis, & per vos eas legaliter contendendo debeatis vincere, & ad potestatem ejusdem Ecclesiæ revocare, & quid exinde quis donaverit annualiter de ipsa Ecclesia, & ultra habeatis, & possideatis absque contradictione sacri nostri Palatii, vel de qualicunque utilitate quarum à sacro Palatio eadem Ecclesia largita fuerit. Cum ad ea siquidem censemus, ut nulli aliquando Abbatum, seu Rectorum licitum sit quocunque modo, vel quocunque ingenio ex eisdem rebus quidquam aut vendere, aut commutare, aut in quolibet alienare, & quicunque hoc facere præsumpserit sancimus sive Abbas, seu quiscunque quidem Ecclesię Rector santimus atque firmamus ut persolvere debeat compositionem sacro Palatio auri puri libram unam, & venditiones, seu commutationes, aut obligationes, seu quaslibet scriptiones quas quocunque modo factas invenerit de ejusdem rebus modis omnibus potenter evacuentur à sacro Palatio, & ad potestatem ejusdem Ecclesiæ eas retinere sub custodibus, & servientibus ejusdem Ecclesię in ratione suprascripta, ita ut de successore deveniat qui in eadem Ecclesia servierint ad habendum eas pro ipsius Ecclesiæ utilitate . . . . . . procurandam. Et quidem ut hæc concessio plenius in Dei nomine habent vigorem, manu propria conscripsimus, & anulis nostris jussimus sigillari.

ATE
|
Signum Domini N — O — L *Atenolphi Principis.*
|
F
V
S

Petrus Clericus & scriba ex jussione suprascriptæ potestatis scripsi.

Dat. pridie Idus mensis Januarii in 36. anno principatus D. Landulphi gloriosi Principis, & 26. anno principatus Dom. Atenulphi eximii Principis. Atque quarto anno principante Atenulpho filio D. Landolphi gloriosi Principis Ind. 9. scripsi in sacro Benev. Palatio.

Ad Joannem hunc, qui per multos annos Beneventanam rexit Ecclesiam, sunt literæ Marini Papæ II. scriptæ anno 944. quibus ipsi, suisque successoribus ea omnia quæ alii Romani Pontifices concesserunt suis antecessoribus, & alia quædam confirmavit. Earum exemplar ex tabulario Bibliothecæ Beneventanæ retulit Vipera, sed parum accuratè sequentis tenoris.

MARINUS EPISCOPUS
servus servorum Dei,
Dilectissimo, atque merito honorabili Joanni sanctæ Beneventanæ Ecclesiæ Episcopo, tuisque successoribus in perpetuum.

Cum summæ, & Apostolicæ dignitatis Christi in hac divina præfectura aliter dignoscatur præfulgere, & in exercendis Dei laudibus sui impensius studeat laboris exhibere certamen, ob hoc debita nos ejusdem Apostolicæ Pastoralis compulit sollicitudinis cura, quæque ad stabilitatem piorum locorum promulgari, & Apostolicæ institutionis censura confirmari. Igitur quia postulasti à nobis, quatenus Sedis Apostolicæ . . decoratur & antiquos terminos eidem concessos ab antecessoribus nostris Pontificibus confirmaremus, piis tuis desideriis faventes, hac nostra auctoritate id, quod exposcitur, effectum mancipamus; concedentes tibi, tuæque sanctæ Beneventanæ Ecclesiæ, quæcunque legaliter, & rationabiliter antiquo jure tempore prædecessorum tuorum visu est possidere, idest Bivinum, Asculum, Larinum, Sipontum, & Ecclesiam sancti Michaelis Archangeli in Monte-Gargano cum omnibus earum pertinentiis, & omnia prędia cum Ecclesiis, familiis utriusque sexus, & massis, totaque infra tuam Parochiam loca, ditione antiqua tuæ Religioni, successoribusque tuis concedimus dominanda, & legaliter, atque canonicè disponenda cum omnibus suis pertinentiis, sive sint civitates, seu quæcunque castra possessa dudum ab antecessoribus tuis Episcopis, constituta siquidem insuper censura, Divini sub judicii obtestatione, & validis, atque atrocioribus anathematis interdictionibus, ut nullus unquam alterius dignitatis potestate præditus homo præsumat, sive sit illa magna, sive parva persona, aut Græcus in tua sancta Beneventana Ecclesia aliquam vim facere, vel de iis, quæ ei pertinere videntur, quoquo modo auferre, aut alienare, vel eis minuere terminos, & nec quamlibet malitiam, aut fracturam, molestiam in eadem inferre quocunque tempore, nec liceat ita sit, ut dictum est ex eo, vel omnibus eidem pertinentibus, nunquam magnæ, parvæque personæ auferre, ut præfato juxta id, quod à nobis statutum est, eadem venerabilis sancta Beneventana Ecclesia Apostolicis Constitutionibus, atq; privilegiis consistens ornata, inconcussa dotata permaneat; Si quis autem quod non optamus, nefario ausu præsumpserit hæc, quæ à nobis ad laudem Dei pro stabilitate jam dictæ Ecclesiæ Beneventanæ statuta sunt, refragare, aut in quoquam transgredi, sive Græcus sit, seu quicunque alter homo, qui dominationem, aut primatum habere voluerit per se, aut per alteram quemlibet hominem in præfatis Ecclesiis, sine voluntate, & jussione Beneventani Episcopi, & illi, qui eos fortassè recipere præsumpserint, omnes pariter sub eodem nostro Apostolico, & descripto inviolabili anathemate permaneant, & in nullam Ecclesiam intrare præsumant, aut aliquod officium Ecclesiasticum faciant, ac non qui pio intuitu observator, & in omnibus extitit custodiens hujus nostri Apostolici constituti ad cultum Dei respiciens, benedictionis gratiam à misericordiosissimo Deo nostro multipliciter consequantur, & vitæ æternæ participes mereantur: Scriptam per manus Stephani Strimarii S.R.E. in mense Octob. Indict. 2. Bene valete.

Datum 3. Idus Novembris per manum Nicolai Primicerii sanctæ Apostolicæ Sedis. Anno Domini propitio Pontificatu Domini nostri Marini Summi Pontificis, & Universalis Papæ in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli 2. in mense, & Indict. suprascripta 2.

Habemus] Præsule Joanne donationem Landol-

phi, & Atenulphi Principum ad favorem Ecclesiæ sancti Salvatoris in Beneventana urbe hodie unitæ Monialium cœnobio sancti Petri, apud quas extat exemplar donationis.

In nomine Domini Salvatoris nostri Jesu Christi Dei æterni.

Landolphus, & Atenolphus divina ordinante providentia Longobardorum gentis Principes.

Cum excellentia Principis petitionibus dilectorum suorum justa petentium clementer faveat; quapropter noverit omnium fidelium nostrorum præsentium, ac futurorum sagacitas, tam pro mercede, & redemptione animæ nostræ, quam per rogitum Rodelpatii Gastaldei dilecti nostri, concessimus in monasterio Domini Salvatoris, quod constructum esse videtur infra hanc veterem Beneventanam civitatem secus Trasenda, quæ pergit ad portam Rufini ubi nunc Imelgarda religiosa Abbatissa regimen tenere videtur has fœminas, uno nomine Erimengarda, & alia similiter nomine Erimengarda, quæ fuerunt liberæ feminæ, tamen servos prædicti monasterii sibi sociaverunt viros, unum nomine Merulum qui Majolfus vocatur, & unum Clericum nomine Bonipertum, ideo pro merito culparum suarum, unà cum prædictis servis, & cum filiis, & filiabus suis legaliter ad nostrum sacrum Palatium devenerunt, & nos ita easdem feminas, & jam nominatos servos simul cum filiis, filiabusque eorum in jam facto Monasterio concessimus, ut amodo, & deinceps habeat, & possideat prædictum monasterium, ejusque Rectores sine contradictione Comitis Gastaldei, seu Judicis, vel cujuscunque personæ requisitione, & ut nullus de prædictis feminis, aut de prænominatis viris illarũ invasionis, aut contrarietatis, vel de filiis, filiabusq; eorum ingerere ullam violentiam præsumant, sed perpetuis temporibus jam nominatum Monasteriũ, & ejus Rectores per hanc nostram principalem concessionem illas, & illos omnes habeat, & possideat facientes ex eis quodcunque voluerint; Porrò ut hoc quod jubetur ab omnibus immovibiliter observetur, manu propria scripsimus, & à scriba nostro jussimus sigillari.

ATE
I
Signum Domini N — O — L *Atenolphi excellen. Principis.*
I
F
V
S

Ursus Clericus, & scriba ex jussione supradictæ potestatis scripsi.

Dat. 8. Kal. Martias in anno 26. Principatus Domini nostri Landolphi gloriosi Principis & 16. anno Principatus Domini nostri Atenolphi eximii Principis, Indictione 15. actum Beneventi.

Hæc concessio fuit facta de anno 942. qui fuit 26. annus Landulphi, & 16. Atenolphi sub Joanne Episcopo.

Anno 946. fuut literæ Agapiti Papæ ad Leonem Presbyterum, & Monachum, & Benedictum intrusos in Triventina, & Termulensi Ecclesiis (instante Joanne Episcopo Beneventano) quibus præcipit, ut desistant illas Ecclesias occupatas retinere, declarando non solum eas, sed omnes alias in Beneventano Principatu positas ad Episcopum Beneventanum spectare. Exemplar literarum Agapiti ex Bibliotheca Beneventana desumptum tale est.

AGAPITUS EPISCOPUS servus servorum Dei.

Leoni Presbytero, & Monacho, & Benedicto æquè Presbytero irrationabiliter à nobis consecratis Episcopis, & ipsum ordinem . . . . vestientibus.

Misimus jam vobis literas quatenus veniretis ad nos, & satisfaceretis accusationibus, & querelis, quas adversus vos habet Joannes Episcopus sanctæ Sedis Beneventanæ, qui interpellavit super nos, atque ostendit privilegia facta à nostris antecessoribus Pontificibus S.R.E. & Apostolicæ Sedis cum districto anathemate, ut nullus aliquis præsumat minuere terminos prædictæ Beneventanæ Ecclesiæ, & quod Triventinæ & Termolensis Ecclesiæ antiquitus subditæ fuissent Beneventano Episcopo, pariterque & omnes aliæ Ecclesiæ, quæ constructæ, vel construendæ sunt infra terminos istarum, & aliarum per civitates, & castra, cunctaq; loca Beneventani Principatus ditioni subjecta, & quia renuistis venire, & rationem reddere, cognovimus vos non per ostium intrasse, sed furtivè, ut fures & latrones aliunde irrupisse, & indebitè Episcopale ministeriũ usurpasse; cumq; nova præsumptio surrexerit, ut videtur, ut plebes quæ subditæ sunt sub Diœcesi & . . . . . Episcopatus ipsius Beneventanæ Provinciæ contra instituta canonum per præmium & datum elegerunt vos sibi per simoniacam hæresim Episcopos, ideoque excommunicamus vos ex auctoritate B. Petri Apostolorum Principis, ut neq; in eisdem Plebibus hoc est Triventina, & Termulana Ecclesia Episcopalem Cathedram . . . . . præsumatis, nec in nulla alia Ecclesia permissum habeatis aliquod Episcopale officium peragere. Nos denique cognoscentes quod licet illud ab antiquis possessum est Pontificibus, & omnia, & Parochias, & Diœceses integrè Beneventano Principatui retradimus, renovamus atque confirmamus eidem Joanni Beneventano Episcopo, ejusque successoribus in perpetuum possidendum, à nostrorumque successorum nullo aliquid minuendum, propterea admonendo, mandando excommunicamus, auctoritate Beati Petri Apostolorum Principis Clericos, & cunctam plebem Triventinam, & in Termolis consistentem ut si . . . . . . sine Gastaldeis ministerialibus seu Clericus, vel Populus ipsarum civitatum præsumpserit quærere supradictos Leonem Monachum, & Benedictum æquè Presbyterum in ipsis civitatibus excipere ad Pontificalem ordinem exercendum sub anathematis vinculo maneant constricti. Si quis autem quod non optamus ausu præsumpserit hæc quæ à nobis ad laudem Dei prostabilitate jam d. Beneventanæ Ecclesiæ statuta sunt refragare, aut in quoquam transgredi, aut minuere terminos, sciat se anathematis vinculo innodatum, sed & cum Juda Domini traditore, & cum omnibus impiis æterno supplicio condemnatum. At vero qui pro intuitu observator, & in omnibus extiterit custodiens hujus nostri Apostolici constituti ad cultum Dei respiciens, benedictionis gratiam à misericordiosissimo Domino nostro multipliciter consequatur; & vitæ æternæ particeps effici mereatur.

Datum per manus Stephani Primicerii sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Sedis, anno Domino propitio Pontificatus Domini Agapiti Primi Papæ in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli primo Ind. 5.

Eodem anno Atenulphus Princeps, Beneventanus obiit, cui successit Landulphus, qui ann. 956. habuit successorem Pandulphum IV. ejus filium Caputferreum nuncupatum Principem III. Beneventanum, & Capuanum, ut Herempertus, & Ammiratus narrant. Pandolphus iste amplissimum privilegium elargitus est monasterio sancti Modesti, quod ex autographo ejusdem Monasterii tabularii, num. 14. exscriptum damus.

In nomine Domini Salvatoris nostri Jesu Christi Dei æterni.

Pandolphus, & Landolphus divina ordinante Providentia Longobardorum gentis Principes.

Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum suorum omnibus justa petẽtibus clemẽter faveat, Igitur noverit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet, & futurorum sagacitas Leonem Vener. Abbatem S. Modesti, qui constructus est intus hanc novam Beneventanam civitatem per Roffridum dilectum nostrum Parentem nostram à Deo protegendam principalem adiisse dignitatem deprecans, ut ei concederemus, atq; confirmaremus in præfato Monast. S. Modesti, in quo ille præest cuncta qualiter inferius declaratur

habendo jure quæsito, de quibus petiit à nostra Excellentia munitionis apices, exinde . . . . fieri jubemus; cumque petitionis hucusque & usquequaque libenter assensum præbentes hos nostros munitionis apices exinde in præfato Monasterio fieri jussimus, per quos videlicet omnina sancimus, & perpetualiter per presens hoc nostrum roboreum præceptum concedimus atque confirmamus in eodem Venerabili Monasterio pro salvatione animæ nostræ, nostræque patriæ omnia, quæ per præcepea à cunctis Principibue antecessoribus nostris, seu Regibus, atq; Imperatoribus, quàm & à Ducibae, quàm & à Papis, vel Archiepiscopis in eodem Monasterio sunt concessa, atque confirmata. Necnon concedimus . . . . in præfato Cœnobio has Ecclesias cum omnibus illarum pertinentiis. Et in primis Monasterium sancti Severini, quod monasterium nunc est celeberrimum jampridem hujus S. Modesti fuerat . . grangia, & Ecclesia sanctæ Mariæ ad Silicem, quæ ædificatæ sunt in rivitate Neapolis in vico Danielli, & Monasterium s. Benedicti quod constructum est in ipso Monticello, junta civitatem sanctæ Agathæ, & Ecclesiam sancti Angeli quæ dicitur de Oppeute; & Ecclesiam sancti Angeli, quæ dicitur de Anguellano, & Ecclesiam sancti Salvatoris, quæ dicitur de Frassi, & Ecclesiam S. Vincentii, quæ dicitur ad Montem, & Ecclesiam sancti Andreæ, quæ dicitur de Osella in finibus dr Castello Tocco, & Ecclesiam sancti Angeli dr Ruffiniana, & Ecclesiam sancti Petri dr loco Abellolla, & Ecclrsiam sancti Potiti de loco Silviani, & Ecclesiam sancti Stephani, & Adriani super Belba, & Ecclesiam S. Georgii propinque Balba, & Ecclesiam sanctæ Mariæ de Molinaria, & Ecclesiam sancti Marciani propinque Abellolla, & Ecclesiam S. Damiani de loco Palearia, & Ecclesiam sancti Georgii, & Martini de loco Vico, & Ecclesiam sancti Nicolai foras, atque propinque portam novam, & Ecclesiam sancti Nazarii intus eamdrm novam civitatem Beneventanam, & Ecclesiam sancti Angeli ad portam novam, & Ecclesiam sancti Angeli de loco Firacciani, & Ecclesiam S. Celsi de Montr-Rotario, & Ecclesiam sancti Benedicti in civitate Ariani, & Ecclesiam S. Potiti foras eandem civitatem Ariani, & Ecclesiam S. Marci, & Cypriani de pertinentia Frequensinen. & Ecclesiam sancti Nicolai, & Modesti entra Muronem, & Ecclesiam S. Laurentii de Monte-Rotario, & Ecclrsiam S. Mariæ Virginis de Monte-Virgine in finibus Abellini, & Ecclesiam S. Angeli de loco Alciaria in finibus Salerni, & Ecclesiam S. Angeli de loco Collina propinque Ecrlesiam S. Cæsarii. Simulque concedimus, atque confirmamus in eodem Venerab. Monasterio Rivum Albulo à principio suo usque dum commiscetur in fluvio Arbi à suo principio usque dum commiscetur in fluvio Miscellani, & ipso fluvio Miscellani usque in fluvium Calore, & ipso fluvio Calore usque dum commiscetur in fluvio Tamaro, & fluvio Tamari usque dum commiscetur in fluvio Sabati cum aquis, & alberis, & ripis suis undique partibus, & cum viis, & anditis, & suis omnibus pertinentiis. Confirmamus, atque concedimus insuper in eodem sancto, & Venerabili Monasterio hos omnes liberos homines defensandos, quorum scilicet sunt hæc nomina Janullus, & Petrus Gierem. . . .

. . . .

. . . .

. . . . & omnibus hominibus quorum nomina sunt supra adnotata in eodem monasterio illos concedimus, atque confirmamus cum filiis eorum atque nepotibus eorum ad semper illos defensandos pro parte ejusdem Monasterii, ejusque Rectoribus amodo & semper concedimus quod per hanc principalem nostram donationem, & concessionem sint liberi ab omni datione, exactione, pensione, & censu, & portatica, & plateatico, & ab omni angaria, & servitio publico.

Similiter concedimus, atq; confirmamus in præfato sancto, & Vener. Monasterio, ut si qualiscunque servus ejusdem Cœnobii adulterium pro uno anno commiserit cum femina libera, aut si serva adulterium commiserit cum alio aliquo homine, sint illi homines, & filii quos forsan genuerint ancillæ, & servi ejusdem

A

Monasterii quamvis legaliter ad nostrum sacrum Palatium deveniret, quatenus amodo & . . . . .

. . . . sed concessio, atque confirmatio prædictis temporibus in præfato Monasterio firma, & stabilis permaneat sine ullius Comitis Gastaldei, seu Judicis contra . . . . propria subscripsimus, & anuli nostri sigillari impressione fecimus.

P
A
|
Signum. ND — O — L *Domini Pandolphi Principis.*
|
F
V
S

B

Ego Radelchisius Clericus & scriba, ex jussione supradictæ Potest . . . . in anno undecimo principatus Paudolphi gloriosi Principis, & in . . . . Indictione.

Actum Beneventi in sacratissimo Palacio feliciter.

Hac eadem tempestate per Joannem nostrum Episcopum à collabente Ecclesia Montis-Virginis corpus sancti Vitaliani Episcopi Capuani Beneventum translatum est, & in Ecclesia B. Mariæ Virginis, modo Cathedralis honorificentissimè collocatum fuisse scribit Vipera. Eodem fortasse vivente Præsule sequens præceptum Pandulphi Principis scriptum fuit anno 953. ad favorem Ecclesiæ sancti Benedicti propè fluvium Calorem intra Beneventanam civitatem sitæ, nos ipse autographum vidimus, & exicripsimus a Bibliotheca Beneventana fasciculo 1. num. 88. ubi nunc extat.

In nomine Domini Salvatoris Jesu Christi Dei æterni.

Pandolphus, & Landulphus, atque Pandolphi divi-

C

na ordinante clementia Longobardorum gentis Principes cum principali excelientia petitionibus dilectorum suorum justè petentibus clementer favet.

Igitur noverit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet, ac futurorum agnoscat solertia Amatum venerab. Abbatem Ecclesiæ sancti Benedicti, quæ constructa est extra hanc Beneventanam civitatem justa fluvium Caloris, per Madelfridum Comitem dilectum nostrum, & filius Madelfrid nostram adiisse à Deo protegendam principalem dignitatem. Deprecans, ut pro augumento prędicti sui Monasterii in qua ipse Amatus regimen tenere videtur, nostræq; patriæ salvatione concederemus, atque confirmaremus in Eccl. B. Pauli Apostoli subdica ejusdem suæ Ecclesiæ atque monasterii, quæ constructa esse videntur intus hanc Beneventanam veterem civitatem secus murum hujus Brnevent. civitatis, in qua & ipse regimen tenere videtur ad principaliter eas de Ecclesiis habendum ejusque Rectores, atque possidendum cuncta qualiter hic inferius decla-

D

ratur jure quieto. De quibus etenim petiit nostram celsitudinem, ut in eadem Eccl. sancta pro perhenni tuitione, ut mos est antecessorum nostrorum Principum munitionem inde fieri juberem. Quapropter ne ejus inaudita præsens postulatio. Ejusdem petitionis usquequaque assenetentes ex ipsis omnibus in ipsa sacra Eccl. hos nostræ immunitionis apices fieri pręcepimus. Per quos vidrlicet omnino sancimus, & principaliter per præsens hoc nostrum roboreum præceptum damus atque concedimus, & confirmamus in præfata Ecclesia sancti Benedicti, & jam dicti Beati Pauli Apostoli omnia quæ à Regibus, & ab antecessorum Principum in eadem Ecclesia concessa sunt, vel confirmata per præcepta, vel pactiones, unde munimina habere pares hujus Ecclesię, vel rationes, ut semper per pares ejusdem Ecclesiæ, eiusque Rectores illud semper habeatur, & possideatur absq; cujuslibet contrarietate. Similiterque concedimus, & confirmamus in præfata Ecclesia vocabulo sancti Pauli per ejusdem Ec-

cleſiæ ,ejuſque Rectores poteſtatem habentes dr quantum continere videntur . Caſis ejuſdem Eccleſiæ in eadem murum , hujus noſtræ civitatis rumpere & . . . de arcora & aliud ædificium in eodem murum facere , & deſuper platea illa , quæ vadit erga eodem murum arcora , vel vere , & aliud ædificium deſuper eadem platea facere , quæ omnia cum voluerit, & neceſſe fuerit ad pars ejuſdem Eccl. ita ut in prædictum murum pars ejuſdem Eccl. & quę Rectores poteſtatem habeant foramina facere unde ſemper diſcurrere ipſa aqua foras eodem Monaſterio . . . . quod diſcurrerit ab alveum ipſius monaſterii ; & quod diſcurrerit à pars ejuſdem Eccleſiæ . . . pro prædicto foramine diſcurrat ſemper foras eundem murum . Item concedimus in eundem Veneri locum omnibus rebus ex fundatis , quæ fuerunt de hominibus , quæ ex hoc ſæculo abſque hæredes migraverunt . Et cum rebus ejuſdem Eccleſiæ conjuncta eſt, ut ſemper pars ejuſdem Eccleſiæ, & quę Rectoribus illud habeantur, & providentur una cum munimine Judicis pertinentes , & continentes ad faciendum omne quod voluerint . Necnon &

B

concedimus in prefata Eccleſia ſancti Pauli, ut omnes redditus qui de exteris finibus venerint , aut homines qui ſe noſtro Principatui ſubiiciuntur in eadem Eccleſia obtulerit , ſeu oblatum fuerit liquit ut ſemper pars ejuſdem Eccleſiæ ejuſque Rectoribus omnia , quæ ibidem obtulerit, vel oblatum fuerit, una cum munimina inde pertinentes illud habeatur, & poſſideatur faciendum quod voluerint . Item concedimus in eundem vener. locum, omnibus illis hominibus qui in rebus ejuſdem Eccleſiæ ſanctæ, ad habitandum introierint, ut ſemper illos defenſos habeamus ab omni ſervitio publico , ſed quitquit in pars publica facere debentur totum illud in pars prædictæ Eccleſiæ ejuſque Rectoribus faciatis atque perſolvatis . Pariter concedimus ut pars ejuſdem Eccleſię ſemper fuerit ſoluta ab omni datione & ſervitio publico , cujuſcunque facientes , vel perſolventes ſeſemper ſint exinde ſoluta atque quieta hac etenim ſanctione cuncta . . . . noſtra conceſſiones velut Prælati . . . amodo & perpetualiter pass ejuſdem Eccleſiæ , ejuſque Rectoribus & omnia

C

ab ea re, & poſſideatur per hanc noſtram principalem conceſſionem . Faciendum omnia quod voluerint , abſque ullius Comitibus Caſtald. Judicibus , vel Sculderiis noſtris, aut cujuſcunque perſonæ hominum aliqua contradictione , vel inquietudine à nemine aliquot contrariatim aliquo tagerat , Ut autem hæc conceſſio ab omnibus immobiliter obſervetur manu propria ſcripſimus , & anulis noſtris ſuper juſſimus ſigillari .

P
A
|
Signum ND — O — L *Domini Pandolphi Principis .*
|
F
V
S

D

Joannes Clericus & ſcriba de juſſione prædictæ poteſtatis ſcripſi .

Datum enim nobis 15. Kalen. Januarii in ann. 32. principatus Pandolphi glorioſi Principis , & 26. anno principatus Dom. Landolphi magni Principis , & . . . anno principatus Domini Pandolphi filii ſupradicti Domini Landolphi , 11. Indict. Scriptum in ſacro Beneventano Palatio .

Cæterum Joannis clara & ultima memoria legitur in Giſulphi Salernitani Principis præcepto , ſeu privilegio ad favorem Eccleſiæ Beneventanæ elargito anno principatus ſui 21. menſe Octob. Ind. 12. qui aptè cadit in annum Chriſti 953. qui regnare cœpit cum patre Guaimario ſecundo, anno 935 Kalen. Januarii ætatis trienois, vel quadriennis , eodemque anno defuncto patre ſolus Princeps evaſit Salerni . Documentum vetus Bibliothecæ Bene-

A

ventanæ in faſciculo privilegiorum num. 20. ex autographo, quod penè exæſum vidimus , ſcribit in hunc modum .

In nomine Dei æterni Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti .

Conceſſimus nos Giſulphus Dei providentia Longobardorum gentis Princeps pro amore Dei omnipotentis , & pro remedio ſalutis animæ noſtræ , vel pro ſalvatione omnium fidelium Longobardorum , & totius noſtræ patriæ , quod & per rogitum Dominæ Gaitelgrimæ Principiſſæ dilectæ matris noſtræ , in Eccleſia Beatæ glorioſæ ac ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ Sedis Beneventanæ , ubi nunc ſabeate Domino Dominus Joannes Reverendiſſimus Epiſcopus , & Orator noſter præeſſe videtur , ut extraneos homines quos pars prædicti Epiſcopii in tota Provincia noſtri Principatus adduxerit . . . in rebus quas habent in Provincia noſtræ Terræ ſint ſecuri , atque defenſi ab omni datione , & publico ſervitio, vel ab omni angaria . Iaſimul concedimus in prædicta ſancta Se-

B

de , ut Presbyteri qui regimen tenere videntur in Eccleſiis ſubditis , atque pertinentibus ejuſdem ſanctæ Sedis , quas habet infra pertinentias noſtri Principatus , ut & ipſi ſimiliter ſint defenſi ab omni ſervitio, & datione publica, & ſi ſine hærede quislibet ex eis mortuus fuerit , aut res ſuas injudicatas reliquerit, quidquid paraverit quomodocunque ſive mobile, ſive immobile ab illo die, quo pars prędicti Epiſcopii illum ordinavit , totum eveniat ad poteſtatem prædictæ ſanctæ Sedis , ſicut ad poteſtatem noſtri ſacri Palatii evenire debuit . Interim concedimus in eodem Epiſcopio , ut ſi ſervus ejuſdem Epiſcopii voluntariè non pro aliqua violentia liberam fœminam pertinentię noſtri Principatus ſibi uxorem ſociaberit , eveniat ad poteſtatem ejuſdem ſanctæ Sedis , ſicut legaliter evenire debuit ad noſtrum ſacrum Palatium . Interim etiam concedimus in jam dicta ſancta Sede, ut ſi conjunctum fuerit , ubicunque cum rebus ipſius Epiſcopii , quod in pertinentia noſtri Principatus habet aliquid mortuorum, vel ſi infra eandem . . . . . totum eveniat ad poteſtatem

C

præfatæ ſanctæ Sedis . Hęc omnia quæ perleguntur ea ratione in eodem ſancto Epiſcopio conceſſimus , ut amodo , & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum omni tempore ſecuriter, ac firmiter habeat , ac poſſideat, & à nullo ex noſtris Judicibus, Comitibus Caſtaldeis , vel à quibuſcunque noſtris Actionariis habeat aliquando aliquam contrarietatem , aut moleſtiam , ſed perpetuis temporibus , tam prædicta ſancta Sedes, quam ejus Rectores, ſecurius illud habeant ſicut prædictum eſt , & faciat inde omnia quod voluerit .

Signum Domini *Giſulphi Principis .*

D

Hoc quoque præceptum conceſſionis ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi ego Petrus Clericus, & ſcriba ſacri Salernitani Palatii .

Actum in eodem ſacro Palatio anno viceſimo primo principatus ſupradicti Domini noſtri Giſulphi Principis glorioſi menſe Octobris Indictionis duodecimæ .

Poſt hanc conceſſionem factam à Giſulpho Salernitano Principe , paucis annis ſupràvixiſſe Joannem fatendum eſt , cui Vipera ſucceſſiſſe quendam Vincentium ſcribit : at cum uſque modo haud reperiri potuit faſciculus ille in Bibliotheca Beneventana ab eodem citatus , aſſerere compellimur Vincentium hunc ſuppoſititium eſſe , atque adeo ab hac noſtra ſerie exulandum .

(„ *VINCENTIUS ſedit ab an. 954. ad 957. qui* LI.
„ *præſens fuit , cum S. Apoſtoli Matthæi ſacratiſ-*
„ *ſimum brachium Salerno Beneventum delatũ fuit ,*
„ *& in Cathedrali reconditũ opera Pandulphi princi-*
„ *pis. ut ex clariſſ. monumẽtis deprompſit Sarnellius.*

Quare

" *Quare à Vipera enumeratum, quem suppostititium* " *dubitavit Ughellus, justum in hac serit locum re-* " *tineat.*)

LII. 47 LANDOLPHUS postremus Beneventanus Episc. circa annum Dom. 957 sedere cœpit, ut colligitur ex privilegio Joannis Papæ XII. eidem Landolpho concesso in anno secundo Pontificatus ejusdem Joannis Indict. 15. qui fuit 957. Quod privilegium cum à Vipera parum accuratè transcriptum deprehenderit noster non semel laudatus Cœlestinus, attentiori investigatione in hunc, qui sequitur, modum transcribere curavit ab originali Bibliothecæ Beneventanæ fasc. privil. num. 50.

JOANNES EPISCOPUS
servus servorum Dei,
Reverendissimo, & sanctissimo Landalpho sanctæ Beneventanæ Ecclesiæ Episcopo, tuisque successoribus in perpetuum.

Cum summæ, & Apostolicæ dignitatis apex in divini profectus nitore dignoscatur præfulgere, & in exercendis Dei laudibus, suis impensius studeat laboris exhibere certamen; B *ob hoc debita nos ejusdem Apostolicæ Pastoralis compulit sollicitudinis cura, quæque ad stabilitatem piorum locorum promulgare, & Apostolicę institutionis censuoa confirmare. Igitur quia postulasti à nobis quatenus sancta Beneventanensis Ecclesia (cui Deo favente praees) privilegiis sanctæ Sedis Apostolicæ decoraretur, & antiquus terminos eidem concessos ab antecessoribus nostris Pontificibus confirmaremus, piis tuis desideriis faventes, hac nostra auctoritate id quod expostitur effectui mancipamus. Concedimus tibi, tuæq; sanctæ Beneventanensi Eccl. quæcunquè legaliter, & rationabiliter antiquo jure tempore prædecessorum tuorum visa est possidere, idest Bivinum, Asculum, Larinum, Sipontum, & Eccles. S. Michaelis Archangeli in Monte-Gargano cum omnibus eorum pertinentiis, & omnia prædia cum Ecclesiis, familiis utriusque sexibus, & Massis, cunctaque infra tuæ Parochiæ loca ditionis antiquę tuę Religioni, successoribusque tuis concedimus dominanda,* C *& legaliter, atque canonicè disponenda cum omnibus suis pertinentiis, sive sint civitates, seu quæcunque castella possessa dudum ab antecessoribus tuis Episcopis. Censentes siquidem insuper Apostolica censura sub divini Judicii obtestatione, & validis, atque atrocioribus anathematis interdictionibus, ut nullus unquam alicujus dignitatis potestate præditus homo præsumat, sive sit illa magna, sive parva persona, aut Græcus, in prædicta tua S. Beneventanensi Ecclesia aliquam vim facere, vel de his quę ei pertinere videntur quoquomodo auferre, aut alienare, vel ei imminuere terminos, sed nec quamlibet maliciam, aut jacturæ molestiam in eadem inferre quocunque tempore, nec licentia sit, ut dictum est ei, vel omnibus eidem pertinentibus cuiquam magnæ, parvæque personæ auferre, ut profecto junta id quod à Nobis statutum est, eadem Venerab. S. Beneventanensis Ecclesia Apostolicis constitutis, atque privilegiis consistens ornata, inconcusse dotata permaneat. Si quis autem (quod non optamus) nefario ausu hęc quæ à nobis ad laudem Dei* D *pro stabilitate jam dictæ Ecclesiæ Beneventanæ statuta sunt refragare, aut ea quoquam transgredi, sive Græcus sit, seu quicunque alter homo qui dominationem, aut primatum habere voluerit, per se, aut per alterum quemlibet hominem in præfatis Ecclesiis sine voluntate, & jussione Beneventani Episcopi, & illi qui eos forcasse recipere præsumpserint omnes pariter sub eodem nostro Apostolico, & districto insolubili anathemate permaneant, & in nullam Ecclesiam intuare præsumant, aut aliquod officium Ecclesiasticum faciant. At vero qui pro intuitu observator, & in omnibus extiterit custodiens hujus nostri constituti ad cultum Dei respiciens, benedictionis gratiam à misericordissimo Domino Deo nostro multiplicitee consequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur.*

Scriptum per manum Leonis scriniarii S. R. E. in mense Decembri Indict. 15. benè valete.

Dat. 18. Kal. Januarii per manum Marini Episcopi, & summæ Sedis Apost. Bibliothecarii Domini A *principio pontificatus Domini nostri Joannis Summi Pontificis, & universalis XII. Papæ in sacratiss. Sede B. Petri Apostoli, 11. mense, & Indict. suprascripta 15.*

Quod in hoc diplomate bis repetita inveniantur illa verba, *sive Græcus sit*, eò est referendum, quia tunc temporis Beneventana provincia assiduis premebatur Græcorum incursionibus, cumque se à solo Patriarcha Constantinopolitano anathemate feriri posse jactarent, Romanus tamen Pontifex ob eam, quam semper habuit in toto orbe Christiano, summam potestatem cum illa extensione etiam ad Græcos sua anathemata promulgabat.

Concessisse Landolphum ann 962. dextrum brachium sancti Apostoli Bartholomæi Berardo Comiti Lindoni consanguineo suo ad exornandam Ecclesiam, quam in honorem ejusdem Apostoli ex Landolphi Episcopi consilio apud Carpinetum in Comitatu Bovinensi *a* exædificaverat, docet Chronica ejusdem monasterii de Carpineto lib. I.

a Pennensi.

Hic igitur, ait Chronica, *peractis Beneventum de promisso cum suppositione*) Comes nempe) *repetiit* B *Archiepiscopum* (melius Episcopum) *exposituit per ordinem quicquid egerit. Qui ut cognovit salutiferi sui consilii semen messem uberem protulisse, & conceptam piæ devotionis in portum felicem traductum, & videns se illum lucratum fuisse in Domino, in eodem lętus & gaudens donavit brachium dexteram à cubitu ad humerum gloriosissimi Apostoli Bartholomęi, quod eo tempore, quo disponente Deo almifice corpus Apostoli de Lipari fuit Beneventum translatum principante Sicardo quinto filio Siconis Principis, ad roborandam fidem viventium, ut illic Apostoli corpus quiesceret, super altare in argentea capsa fuit locatum. Tunc ille per Venerabilem Episcopum, cui per tres menses servierat militibus, pretioso ditatus thesauro, cum exultatione magna remeavit ad propria. Et cõvocatis postmodũ Episc. Pennensi, Aprutino, Teatino, Vulvensi, & Marsicano fecit ipsum sacratissimum brachium in majori altari hujus Eccl. consecrari, ipsam totam Eccl. solemniter dedicari. Anno Dominicæ Incarnationis* C *nongentesimo sexagesimo secundo 6. Kal. Septemb.*

Conservatur hactenus argentea theca inclusum, quam conflari fecit Comes Berardus, sive Bernardus, pretiosissimum brachium, magna veneratione colitur in eadem Ecclesia sancti Bartholomæi apud Carpinetum, ubi translatum fuerat. Chronicam, ex qua pauca hæc excerpta sunt, nuper publici juris fecimus ad calcem septimi *b* nostri voluminis.

b Nos in decimum tomum rejecimus.

Huic eidem Landolpho Otho, qui dictus est magnus Imperator anno 967. donavit, seu potius confirmavit Castrum sancti Angeli in Monte-Gargano ab Urso quondam Episcopo Beneventano extructum, ut jam suo loco dictum est, & cum à Vipera non referatur nisi summatim talis donationis privilegium, operæ pretium duxi illud, prout extat, hic transcribere ex eadem Biblioth. fasciculo Privilegiorum nu. 16.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis.
Otto Divina protegente clementia Imperator Augustus.

D *Si petitionibus servorum Dei aurem libenter in his, quæ eis utilia sunt accommodamus, & ea usque ad effectum perducimus, non solum Imperialem exercemus consuetudinem, sed etiam eos in nostru reddimus alacriores obsequio. Quapropter omnium fidelium sanctę Dei Ecclesiæ nostrorum scilicet præsentium, ac futurorum comperiat industria, quia Landolphus dilectus noster, nostram deprecatus est excellentiam, ut in Ecclesia sanctæ Dei Genitricis, & Virginis MARIÆ Beneventanæ ac Sipontinæ Sedis Episcopalis, ubi Landolphus Reverendissimus Episcopus præest, more pię recordationis antecessorum nostrorum utriusque Karoli, & Ludovici, seu Lamberti quondam Imperatorum sequentes pręcepta . . . . quæ ipsi in eandem Ecclesiam miserunt, nostra authoritate confirmamus, sicut & fecimus, quatenus omnes res, & quascunque ipsa domus Dei habet, tam de datione Imperatorum, Regumque, quamque Reginarum, vel Ducum, atq; Ducissarum, seu Principum Be-*

uroventanorum, seu quorumcunque hominum Deum timentium, sive etiam emptiones, commutationesq; vel causarum definitiones, quas de rebus sanctæ Ecclesiæ Rectores nostri per causas in legali judicio vicerunt; necnon & omnes redditus, vel oblationes fidelium diversarum Ecclesiarum ipsi sanctæ Beneventanæ, ac Sipontinæ Sedi legibus pertinuerint in integrum ab Episcopo Beneventano qui pro tempore fuerit securiter possideantur, sive in civitatibus, & castellis, seu in villis, vel in montibus, atque planis, seu & in aquis, & omnia . . . . ac possessiones undecunque & ubicunque ipsa Dei domus legaliter possidere, ac dominari videtur, vel quod in antea ibidem additum, vel delegatum secundum legem fuerit sub caritatis nomine ei conferimus. Ecclesiam sancti videlicet Michaelis Archangeli in Monte-Gargano, & ipsum castellum, ubi jam dicta sacrosancta Ecclesia sita est una cum omnibus Gastaldianis ibi commorantibus concedimus, & confirmamus, ut amodo, & deinceps, cunctis perpetuis temporibus salva sua libertate sint sub defensione supradictæ sedis, ejusque Rectoribus, simulque concedimus, & confirmamus in jam dicta sede oppidum Varcani in ejusdem Ecclesiæ territorio situm cum aquis, & aris ibidem structis, terrisque, omnibusque suis pertinentiis. Hæc omnia perpetim in Episcopi Beneventani ditione, & potestate consistant ad disponendum ea qualiter ipse voluerit, & universi oppidani ejusdem municipii securi ab omni publica angaria, censuque & exactione aliqua, amodo, & deinceps salvo sua libertate in omnibus subjecti, & obedienter permaneant jam dictæ sedi, ejusque Rectoribus: ut omnes opus vel censum, vel exactionem, quam publicè persolvere debuerant hæc ambo oppida in præfata Dei Ecclesia, ejusque Rectoribus persolvant perpetuo. Aquas vero Sipontini laci, & flumen nomine Plata cum aris, omnibusque suis pertinentiis quas usque modo jam præfata Eccl. tenuit, & per quascumque scriptiones retinet, similiter concedimus, & confirmamus in eadem venerabili Sede, ut unde illa domus Dei temporale accipiat incrementum, inde merces accumuletur pro salvatione animæ nostræ, omniumque parentum nostrorum, statusque nostri confirmetur Imperii. Denique per hunc nostri præcepti tenorem, nostra concessit, & confirmavit clementia in eadem Dei reverenda aula Beneven. Sedis duas Abbatias, scilicet sanctum Petrum de Duddi, & sanctum Joannem portæ Aureæ cum omnibus eorum ubique pertinentiis, vel adjacentiis suis, & ut à præsenti, & deinceps perpetualiter in potestate, & dominatione, seu dispositione Episcopi consistant, absque cujuscunque aliqua contrarietate, vel requisitione; firmitates denique quæ constructæ sunt, vel construentur in territorio Ecclesiarum ejusdem Sedis pariter concessimus, & confirmavimus in eodem Venerabili loco, ne quis easdem firmitates ad publicum reducere, & subtrahere præsumat; sed ipsæ, & earum habitatores salva sua libertate in dispositione semper & subjecti, obedientesque Episcopo Beneven. permaneant in omnibus . . . . quæ publicè debuerant persolvere. Propterea quidem has nostras concessiones & confirmationes, atque ennunciationem conscribere jussimus, ut omnibus notæ sint, & per eandem ennunciationem specialiter ordinandum decrevimus, ut nullus quislibet fidelium nostrorum, tam de Judiciaria potestate, quam de reliquis personis, amodo & deinceps in jam dictas Abbatias, & jam præfata oppida scilicet S. Michaelis Archangeli, & Varrani, quę prędecessores nostri Ludovicus, & Lambertus Imperatores illa ibi confirmaverunt, vel concesserunt per sua præcepta seu firmitates, sive in Monasteria eidem sedi subjecta, aut in Ecclesias, vel Curtes, seu in res universas suprascriptas unde ipsa ædes sacra legali ordine nunc vestita esse dignoscitur, vel quæ in antea largitate bonorum hominum acquirere potuerit ad causas audiendum: vel freta undique exigendi, seu mansiones, & paratas faciendum, vel fidejussorem tollendum, aut ipsius homines sanctæ Eccl. contra rationis ordinem distringendum, neque novas consuetudines imponendum, neque ullas redhibitiones imponendum publicas, nullo unquam tempore ingredi, vel exagitare præsumat, sed sub immunitatis nomine, valeant memorati Landolphus Episcopus, ejusq; successores qui pro tempore fuerint quieti (Christo propitio) vivere, ac securè possidere eacuncta, quæ superius concessimus, & confirmamus, quatenus res melius delectet pro nobis, nostrisque omnibus parentibus, nostrique statu Imperii Domini misericordiam attentius deprecari. Qui vero nostræ concessionis, & confirmationis, seu præceptionis, & ennunciationis . . . . in perpetuum volumus permanere inviolabilem idco ex nostræ potestatis auctoritate firmiter censemus, ut si quis contra ea quolibet modo agere temptaverit, vel quidquid inde subripere præsumpserit, non solum id quod violaverit restituendo restauret, sed etiam 30. libras auri purissimi in sæpe dicta Dei Domo Venerabili persolvat invitus: Et ut hæc concessionis nostræ, & confirmationis largitas, & immunitas ab omnibus verissimè credatur, & inviolabiliter conservetur perpetuis temporibus propria manu eam subter confirmavimus, & anuli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum — *D. Ottonis Invictissimi Imperatoris.*

Ambrosius Cancellarius ad vicem Huberti Episcopi, & Archicancellarii recognovi, & scripsi.

Datum Idib. Februarii anno Dominicæ Incarnationis 967. Imperii vero D. Ottonis piissimi Cæsaris 6. Indict. 10.

Actum in civitate Beneventi in Dei nomine feliciter, amen, &c.

Ex occasione hujus à me transcripti privilegii, sicut & aliorum Beneventanæ Ecclesiæ à Carolo, & Ludovico Imperatoribus concessorum satis mirari non desino illorum piorum Principum in ditandis Ecclesiis munificentiam. Sed quid admiror in Regibus, Imperatoribusque dignitate, & eo præsertim sæculo dominatione potentissimis, cum soli Beneventani Principes omnium in largiendo Ecclesiis exæquarint, tum Regum, tum Imperatorum munificentiam? Incredibile forsan videbitur id quod dicturus sum, quin ego vix crederem nisi oculis primum, & modo ut ita dicam manibus contrectarem, totam nempe Beneventanam Oram (prout antiquitus extendebatur, à Siponto, videlicet usque ad Casinatem Montem) fuisse fundum proprietatemq; Ecclesiarum in ea sistentium; certe cum evolverem monumenta Beneventanæ Ecclesiæ, necnon S. Sophiæ, & sancti Modesti de Benevento, itidem Monialium sancti Petri, & sancti Victorini ejusdem civitatis, & facto calculo Ecclesiarum, & pertinentiarum, vix erit reperire in tota Beneventana provincia unicam terræ ulnam, quæ aliquando sub proprietate non fuerit prædictæ Ecclesiæ ac Monasteriorum Quid si huic calculo adjicerentur ea, quæ in singulis ferè paginis sui Chronici refert Leo Ostiensis de opulentissimis, ac frequentissimis Beneventanorum Procerum, & Civium oblationibus in Monasterio Casinensi factis, ut omittam alia quæ ab unica civitate Beneventana, veluti ex unico pietatis, Religionisque alveario Monasterio sancti Vincentii ad fluenta Vulturni collata sunt? Certè unusquisq; in meam, ac Leonis Ostiēsis sententiam deveniat, centupla scilicet retributione à Principibus, Proceribusq; Beneventanis devastationem Casinatis Monasterii (à Zotone I. Beneventano, ac in ea regione Longobardorum Duce perpetratam) compensatam extitisse Verum (quid accusem ignoro) hodierno tempore vix est reicire, ne dicam invenire priscæ munificentiæ exiguum parvumque vestigium. Remanserunt quidem penes Archiepiscopalē mensam

non-

nonnullæ umbraticæ jurisdictiones, sicut & in prædictis Monasteriis cernitur, quæ & qualia fuerint: at cum à Monachis D.Benedicti transierint ad Canonicos Regulares fato quodam. & vicissitudine rerum antiquam videntur exuisse fortunam, & nostris temporibus adaptatam induisse miseriam.

Hoc eodem anno Landulphus Pandulphi filius Princeps Capuanus, & Beneventanus monasterio sancti Modesti Ordinis S.Benedicti civitatis Beneventanæ confirmavit omnia privilegia à suis prædecessoribus Principibus, Regibus. & Imperatorib. jam ante concessa ad instantiam Godescalchi Abbatis prædicti monasterii. Documentum extat in Archivio Monast. ejusdem S.Modesti in sacculo privileg. linguæ, & literæ Longobardicæ. Quod quidem confirmationis diploma transcripsissem nisi totum penè corrosum, & quod vix inter manus evolvi possit non reperissem. Unum tamen ex indictione deprehendi, non bene à Vipera prædictam concessionem poni in ann. 966. cum eo anno recurreret nona indictio, & in privilegio decima adnotetur, sicque asserere cogimur eodem ann. 967. Ottonem, & Landulphum hanc Monasterio, illam Episcopali sedi Beneventanæ jam præfatas promulgasse concessiones.

Maldefrid, quem inter Beneventanos Episcopos numero 51. reponit Vipera, expungendus à serie; toto namque evoluto Archivio, & aliis innumeris scripturis tale numquam nomen ob oculos venit; quin & instrumentum 47. in fasciculo 4. a Vipera citatum nihil tale prorsus continet, sed est quædam concessio facta à Capitulo Beneventano cuidam N. N. de una domo in Parochia sancti Pauli ejusdem civitatis 1151. Legi in bulla hujus Landolphi tunc Archiepiscopi, de erectione Episcopatus S.Agathæ, primum ejusdem Ecclesiæ Episcopum institutum fuisse ab eodem Landolpho, quendam Madefrid Beneventanæ Ecclesiæ Presbyterum an. 970. fortassis Madefrid istum nominatum Episcopum notavit Vipera, ac nesciens cujus Ecclesiæ, Beneventanæ oscitanter ascripsit.

Hucusque Beneventani Antistites nomine Episcopali notatos invenio, ut bene notat Marius de Vipera; licet revera potestate veluti Metropolitana functi sint in Ecclesiis eorum jurisdictioni subjectis ab an. 668. ut videre est ex privilegiis datis à Vitaliano primum, deinde à Marino, & tandem à Joanne duodecimo suo loco relatis. In eo tamen est corrigendus Vipera, quod Landulphum primum Archiepiscopum diversum ab eodem Landulpho constituat, quem (jam expuncto Maldefrid) constat ab Episcopali ad Archiepiscopalem fuisse sublimatum dignitatem Landulphum jam diu Episcopum, ut ex Joannis XIII. Papæ literis mox exhibendis clare videtur.

1 LANDOLPHUS igitur ex Episcopo Archiepiscopus primus Beneventanus renunciatus est ann. 969. qui à Joanne XIII. usum pallii obtinuit, & Metropolitano titulo insignitus. Corrigendus est Vipera, qui hanc Archiepiscopatus erectionem asserit fuisse factam an. 964. ut ex diplomate per eum transcripto, & in sua Chronologia relato liquido apparet; quod puto accidisse typographorum incuria, vel saltem eorum, qui correctioni typographicæ adstiterunt; ipse namque Vipera, ut qui jam senex, ægræ valetudinis, hoc munus per se explere non potuit, sed aliis (ut verum fatear) incuriosis viris eam demandavit curam, ex quo factum puto, quod tot in ea Chronologia irrepserint errores, quibus maximè inter alia scatet erectionis privilegium, quod à me accuratissimè cum suo exemplari collatum hic subnectere judicavi.

JOANNES EPISCOPUS
servus servorum Dei.

Dilectissimo nobis Landolpho Venerabili, atque merito honorabili Beneventanensi, & Sipontinæ sanctæ Ecclesiæ, & modo per Nostræ Apostolicæ auctoritatis concessionem Archiepiscopo.

Cum certum sit Deo servientibus ineffabilia æterni Regni præmia reserari, Nobis tamen necesse est horum beneficia eis tribuere, ut in Dei laudibus ex remuneratione valeant multiplicitter insudare; & quia Beneventanensis Ecclesia, in exercendis Dei laudibus magno conatu, piaque Religione insistit, atque erga reverentiam sanctæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ præcipuè exuberasse cognovimus, quod Nobis olim apud eam manentibus omnino constat inventum, debemus itaque ex ardore charitatis, atque studio Divini cultus eam causa honoris, ac reverentiæ sublimiorem inter cæteras ordinare, & quoniam sancta Sedes est, ubi Beati Bartholomæi Apostoli corpus requiescit, merito decet augmento cultus amplioris decorare, quoniam & ad hoc Divinæ miserationis respectu curam regiminis suscepimus, ut ad exhibenda Deo sedula servitia, & canoras laudes potentiæ suæ devotos debemus sollicitè invitare; itaque Præsidentibus Nobis in sancta Synodo acta ante confessionem Beati Petri Apostolorum Principis septimo Kalendas Junias, propositis in medio Sacrosanctis quatuor Evangeliis, præsente Domino Ottone gloriosissimo Imperatore Augusto, Romanoque nostro filio, necnon Romanis, atque Italicis, & Occidentalibus Religiosis quampluribus, atque etiam Catholicis, & sapientissimis totius ordinis viris; hortatu siquidem benigno ipsius præfati Domini Ottonis clementissimi Imperatoris Augusti, una cum consensu infradictorum Præsulum, atque Sacerdotum, omniumque Clericorum S.R.E. qui inferius subscripserant, quibus . . . . Beneventanam Cathedram velle exaltare, interventientibus videlicet Pandulpho Beneventanæ, & Capuanæ Urbium Principe, seu Spoleti, & Camerini Ducatus Marchione, & Duce, simulque & Landulpho Excellentissimo Principe filio ejus, usum Pallei tibi præfate Præsul ad sola Missarum solemnia peragenda concessimus, scilicet in his festivitatibus, idest in Nativitate Domini, Epiphaniæ, Purificationis sanctæ Dei Genitricis, & Virginis MARIÆ, similiter & in Annunciatione ejusdem B.Mariæ, & in Paschali festivitate, & in Ascensione Domini, & Pentecoste, & festivitate S. Ioannis Baptistæ, & in Natalitiis Beatorum Apostolorum, & in Assumptione Beatæ Mariæ, pariterque & in Nativitate ejusdem, simulque & in dedicatione sanctæ Ecclesiæ tui Archiepiscopatus, necnon & in die consecrationis, & in consecratione Episcoporum tribuentes tibi insuper cum eo potestatem, & honorem Archiepiscopatus, itaut fraternitas tua, & successores tui infra suam Diœcesim in locis quibus olim fuerant semper in perpetuum Episcopos consecret qui vestræ subjaceant ditioni, scilicet sanctæ Agathæ, Abellini, Quintodecimi, Ariani, Asculi, Bibini, Vulturariæ, Larini, Thelesiæ, Alifæ. Adjecimus etiam ut utaris Pallio, in festivitatibus B.Michaelis Archangeli, & translatione B. Bartholomæi Apostoli. Posteri vero tuæ Ecclesiæ Rectores post obitum tuum consecrationem ipsius Archiepiscopatus, ac honorem Pallii, ab hac sancta, & Apostolica, cui Deo auctore deservio, sede percipiant. Confirmamusque tibi, successoribusque tuis similiter Sipontum, & Ecclesiam B.Michaelis Archangeli in Monte-Gargano, & Varranum oppidum cum Massis, & Villis, & omnibus pertinentiis Ecclesiarum suarum qualiter ab antecessoribus nostris per concessionem privilegiorum possideri videntur. Statuentes insuper Apostolica censura sub divini judicii obtestatione, & validis atque atrocibus anathematis interdictionibus, ut nullus unquam alicujus dignitatis potestate præditus homo præsumat, vel etiam quæcunque magna parvaque persona quoquomodo audeat destruere, dum profecto perenniter irrefragabili jure decernimus, ut ordinata in suo esse maneant, sitamen ut supradictum est successores tui à sancta Romana, & Apostolica Sede, consecrationem, & usum Pallei decretaliter percipere non distulerint. Si quis autem (quod non optamus) nefario ausu præsumpserit hæc refragare, aut destruere, vel aliquam jacturam, aut molestiam inferre, sit anathematis vinculis innodatus, & cum Diabolo, & ejus atrocissimis pompis; & cum Juda proditore Domini Nostri Jesu

Chri-

Christi æterni supplicii incendio concremandus: at vero qui pro insultu observator, & in omnibus extiterit custodiens hujusmodi Apostolici instituti ad cultum Dei respiciens, benedictionis gratiam à misericordissimo Domino Deo nostro multipliciter consequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur. Amen.

Scriptum per manum Stephani scriniarii S.R.E. in mense Maii Indict. 12.

Ego Joannes sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ XIII. Papa in hoc privilegio à nobis promulgato manu propria subscripsi.

†† Signum Dom. Ottonis piissimi Imperatoris.

Sicos, ... ecclesiæ in hoc privilegio consensi, & subscr.

Joannes episcopus Galisunæ eccl.

Joannes episcopus Anagninæ eccl.

Marinus episcopus sanctæ Suivensis eccl.

Benedictus episcopus sanctæ Terracinensis ecclesiæ.

Leo episcopus sanctæ Ostiensis eccl.

Benedictus episcopus sanctæ Portuensis ecclesiæ.

Gregorius episcopus s. Albanensis eccl.

Ioannes episcopus s. Salernitanæ eccl.

Joannes humilis episcopus sanctæ Castrunensis eccles.

Joannes episcopus sanctæ Sarsinaten. eccles. cons. & subscr.

Stephanus episcopus sanctæ Fidodensis ecclesiæ consensi.

Constantinus episc. . . . .

Ignizzo episcopus Floren. eccl.

Hubertus episcopus . . . . subscripsi.

Guifridus episcopus S. Virodunensis eccl.

Sigulphus sanctæ Placentinæ eccl. consensi, & subscripsi.

Luitprandus episcopus interfui.

Bozzo episcopus s. Astensis eccl. cons.

Abraham sanctæ Frisingensis ecclesiæ episcopus consensi.

Raterius episcopus sanctæ Morsicanæ eccl. consensi, & subscr.

Reginaldus s. Rubilunensis eccl. episcopus cons. & subs.

Albericus sanctæ Reatinæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Dominus Archipresbyter S. R. E. consensi, & subscripsi.

Crescentius Presbyter Card. S. R. E. consensi, & subscr.

Theophylactus S. R. E. Presbyter consensi, & subscripsi.

Benedictus Archid. S. R. E. cons.

Ego Bonifacius humilis Diaconus S. R. E. consensi.

Leo Diaconus S. R. E. cons.

Ioannes Subdiaconus S. R. E. cons.

Datum 7 Kal. Junii per manum Guidonis Episcopi *s. Silvæcandidæ eccl. & Bibliotb. s. Sedis Apostolicæ an. pontific. D. nostri Joannis XIII. Papæ, quarto, Imperatoris Othonis majoris 7. & minoris 11. indict. supradicta duodecima, anno Dominicæ Incarnationis 969.*

Falsò divinavit Vipera, vel Typographus hoc loco ponendo notas numericas indicantes 964. cum ipse Vipera in principio asserat erectionem fuisse factam de anno 969. qui quidem est verus annus. Quam igitur multipliciter sit in prædicti diplomatis impressione peccatum, facile quisque deprehendere poterit ex hujus cum illo à Vipera relato collatione; quia vero numerus annorum Incarnationis Dominicæ sit à carie consumptus in eam devenio sententiam, erectionem Beneventani Archiepiscopatus fuisse factam de anno 969. qui fuit Joannis XIII. quartus, & Othonis à coronatione septimus, & ejus filii Othonis ab electione, & unctione in Regem Romanorum secundus, recurrente indictione 12 ut liquidè ex Baronii Chronologia in vita præfati Joannis.

A Sunt in hoc privilegio multa adnotatione digna, quæ in gratiam Beneventani Cleri hic paucis percurrere non abs re duco. Digna siquidem notatu sunt verba illa Pontificis. *Et quia Beneventanensis Ecclesia in exercendis Dei laudibus magno conatu, piaque religione semper insistit.* Ex quibus præclarum deducitur testimonium etiam antiquitus in psallendis concinendisque divinis laudibus semper, ut nunc, præcelluisse Clerum Beneventanum, quod inde evenisse puto ex numero nedum Canonicorum, cæterorumque servitio Chori mancipatorum, sed quia cum retroactis temporibus Ecclesia Beneventana sæpe fuerit domicilium, Asylusque Romanorum Pontificum, ex eorum assidua præsentia mirifica in persolvendis Deo laudibus inoleverit modulatio; qua delectatum esse hunc Joannem Pontificem clarè demonstrant illa Verba. *Quod Nobis olim apud eam manentibus omnino constat inventum.*

Ex hoc itidem privilegio apparet loca jampridem Beneventano Episcopo subjecta, ut Abellinum, B Asculanum, &c. per longa temporis intervalla Episcopali caruisse regimine, hoc namque indicant Verba illa; *Itaut fraternitas tua, successoresque tui infra suam Diœcesim in locis, quibus olim fuerant, semper in perpetuum Episcopos conjecret.* Ex quibus verbis videtur etiam illarum civitatum sedes potius unitaa quam subjectas fuisse suffraganeo Beneventano Episcopo, unde non omnino est admittendum quod ait Vipera in appendice ad suam Chronologiam, cui ex parte assentio, si non in nomine, in re solum Beneventanos Episcopos per longa temporis intervalla Archiepiscopali functos esse officio in Beneventana, ac Sipontina Diœcesi. Fuisse autem Præsules Beneventanos Dominos etiam Sipontinæ Civitatis prodit vetus charta obsequii Clericorum Sipontinæ Civitatis, quam Memoratorium vocavit Alerius Diaconus ac Abbas in præsentia Landulphi Archiepiscopi facta anno 973 Temporibus Joannis Zemisces imp Constantinopolitani. Hanc subjicio, ex Bibliotheca Beneventana fasciculo Pri- C vilegiorum num 3.

In nomine Domini.

Anno tertio Imperii Domini Joannis, & cum eo regnante Domino Basilio, & Domino Constantino Sanctissimis Imperatoribus nostris, mense Augusti primæ indict.

Memoratorium factum à me Alerio Diacono, & Abbate, qui dum commorans in Civitate Benev. eo quod intus Civitatem Sipontinam ante præsentiam Procopii . . . . . Sipontinæ Civitatis, & aliorum subscriptorum testium qualiter in præsentia Domni Landolphi Archiepiscopi sanctæ Benev. ac Sipont. sedis gaudium mihi dederunt Simeon Clericus, & judex, & Radoaldus Diaconus, & Joannes item Diaconus, sed & Rodelgardus Presbyter, & Nardus Clericus, & mediatores posuerunt Goidarios de jam dicta Civitate Sipontina. Similiter iam Marcus Clericus gaudium mihi dedit, & posuit mediatorem Milum fratrem suum, Similiter Spartianus Clericus S. Martini, D *& Isa . . . . gaudium mihi dederunt, & mediatorem mihi posuerunt Jacobum Clericum, & judicem, Iterum gaudium mihi dedit Griso Clericus, & mediatorem mihi posuit Audisatem Diac. & Abbatem. Item Ladmarius Clericus, & Petrus Archipresbyter sancti Joannis . . . . & Martinus Clericus . . . . gaudium mihi dederunt, & mediatorem mihi posuerunt supradictum Simeonem Clericum, & judicem. Similiter gaudium mihi dederunt Fretualdus Diaconus, & Iacobus presbyter . . . . . presbyter, Grimoaldus presbyter, & . . . . . . clericus, Petrus Clericus . . . . & Regilio Diac. Ioannes filius Vindonis, & Simeon, sed & Ragipertus presbyter, Ioannis filius Eunipreti, & Pasinus filius Leonis, toti isti clerici, & mediatores nobis posuerunt supradictum Lademarium Clericum, & Petrum Arch presbyterum ea ratione,*

ut si aliquo tempore advenientte aliquam contrarietatem fecerint in qualicumque pertinentia de Civitate Sipontina, quæ est di ipso supradicto Dopno Archiepiscopo sive ad qualecumq; ordinatum illis dopni Archiepiscopi, quem ordinaverit in qualicunque suo ministerio de Civitate Sipontina, & aliquam contradictionem, vel contrarietatem fecerit per qualemcamque modum, vel ingenium, obligaverunt se omnes componere cum prædicto D. Archiepiscopo & ejus successoribus in mille solidos Constans. . . . . pro dictis guadiis, & supradictos mediatores, qui tribuerunt nobis, vel cui istud in manus venire non paruerit ad pignorandum boves suos, & ancillas cæteraq; omnia sua . . . . donec perveniamus ad nostram justitiam, & ideo hunc libellum scripsi ego Julianus Subdiac. & notarius, quia ibi fui. . . .

Ego Azzol . . . . promitto, & juro tibi Dopno Landulpho Archiepiscopo Benevent. & Sipontino per Patrem, Filium, & Spiritum sanctum Trinitatem inseparabilem, & per hæc sancta quatuor Dei Evangeliorum mysteria, & per hoc vivificum lignum Sanctæ Crucis, quia amodo, & deinceps nullam injuriam vestræ sanctæ Ecclesiæ, aut cuilibet vestri ordinati, neque in quolibet vestro ministerio faciam aliquo modo, neque facere volentibus assensum præbebo, nec ego, nec quilibet habitator Siponti me volente aliquid temptabit, sed modis omnibus, & totis viribus curabo illud destruere secundum meum posse, & per omnia . . . . .

† Ita jurant omnes nobiles, & ignobiles Sipontini.
† Procopius signat,
† Joannes Judex firmat,
† Smaragdus jurat,
† Judex hoc firmat Simeon, quod chartula signat,
† Judicis hoc signum justum manet, & bene firmam.
† Lector ne damnes, judex probat ista Joannes.

. . . .
. . . . ,
. . . .
. . . .

† Scriba libens testis Scribens Julianus inest hic.

Verum Ordinationis Landulphi in Beneventanum Archiepiscopum meminit Chronica S. Sophiæ par. 6. cap 2. in documento donationis Ecclesiæ S. Mennæ facto anno sexto sui Archipræsulatus anno scilicet salutis 975. ordinatio ejus recte cadit in annum 969. Documentum Landulphi ita scribitur.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi Domini æterni.

Anno trigesimo secundo Principatus Domini Pandolphi eximii Principis, & sexto decimo anno Principatus Domini Landolphi gloriosi Principis filii, mense Martio tertia Indictione, necnon & sexto anno Domini Landolphi Venerabilis Episcopi, quo Domino favente Beneventanæ, ac Sipontinæ Ecclesiæ Archiepiscopus ordinatus est.

Nos Landolphus in præfata Sanctę Dei Genitricis Sede Archiepiscopus prælatus. Dum vos Auxenti, & Theoderice filii cujusdam Aroaldi habitatores Castri, quod Teccum dicitur, in finibus ejusdem castri Ecclesiam à novo construxistis fundamine in proprio vero territorio, in honore S. Mennæ in loco, qui sub ejus nomine appellatur, & de ea securitatem à nobis habere quæsivistis; ideoque recordato ritu antecessorum nostrorum cum consensu Sacerdotum, ac Levitarum, omniumque ordinum Clericorum, per hoc nostrum roboreum præceptum concessimus, & tribuimus vobis, vestrisque hæredibus firmissimam de ea libertatem, scilicet, ut amodo & deinceps vos, & vestri hæredes liberè, securiterque illam perpetuis temporibus possideatis, & ordinetis secundum vestram voluntatem, absque contradictione nostra, successorumque nostrorum, seu Archipresbyteri, seu cujuslibet nostri ordinis requisitione: Et quando in præfata Eccl. Presbyter ordinandus erit, à vobis, & à vestris hæredibus ordinetur, & quicquid in ea Dominus qualitercunque dederit, vestræ vestrorumq; hæredum sit potestati, ut diximus, absque nostra, potestatumque nostrarum, vel alicujus nostri ordinis contrarietate,

A & à nullo ex nostris hoc removeri successoribus per Dominum omnipotentem, sanctosque ejus omnes adjuramus: Et ut ab eis incunctanter credatur, anaulis Sanctæ Dei Genitricis figurantibus, in una parte signum Sanctæ Crucis cum arcu in utroque Crucis latere duabus columbis astantibus, & in altera parte nomen sanctę Marię in cruce depictum affiximus roboratum: Quod videlicet præceptum tibi Ajoni scribere dictavimus, atque etiam præcepimus, necnon & propriis manibus Sacerdotes, reliquosque Clericos nostros se subscribere jussimus, & pro confirmatione supradictorum omnium secundum consuetudinem præceptorum manu nostra subscripsimus. Actum Beneventi in sacratissimo Episcopio feliciter.

Ego Leo Presbyter ex jussione Domini Landulphi Archiepiscopi me subscripsi.
Ego Rodegarius Presbyter, & Abbas me subscripsi.
Ego Majelpotus Diaconus me subscripsi.
Ego Adelphorius Diaconus me subscripsi.
Ego Petrus Clericus me subscripsi.
B Ego Henricus Clericus me subscripsi.
Ego Bernardus Clericus me subscripsi.
Ego Paulus Clericus me subscripsi.

Annus igitur sextus Archipræsulatus Landulphi fuit annus salutis 975. Ind. 3. qui fuit trigesimus secundus Pandulphi Principis Beneventani. Jam antea hoc est anno 970. Landolphus Episcopatum S. Agathæ Gothorum, vel de novo instituit, vel restituit anno sui Archipræsulatos secundo, mense Decembri, 14. Indictionis. Erectionis diploma dabimus infra in Episcopatus ejusdem S. Agathæ erectione. Anno vero salutis 978. Pandulphi autem 35. Landolphus Archiepiscopus ab eodem Principe Ecclesiam S. Michaelis Archangeli de monte Gargano, una cum ipso Castello S. Angeli olim constructo ab Ursone quodam tunc electo Episcopo Beneventano accepit, atque aliorum Principum, & Imperatorum super iis præcepta, & privilegia eorum in gratiam Joannis Venerabilis Tarentinæ Sedis Archiepiscopi de novo confirmationem recepit,
C in hæc verba ex ipsiusmet authographi documento vetustissimo cereo sigillo obsignato, à me viso & exscripto. Documentum est in fasciculo 14. num. 333. Lit. O. Beneventanæ Bibliothecæ.

In nomine Domini Salvatoris nostri Jesu Christi Dei æterni.

Pandolphus, & Landulphus divina ordinante clementia Longobardorum gentis Principes cum principali excellentia petitionibus dilectorum suorum omnibus juste petentibus clementer favet.

Igitur noverit omnium fidelium nostrorum præsentium, scilicet, ac futurorum solertia, Johannem ven. Archiepiscopum S. Tarentinæ Sedis, & Nicolaum protospatarium, & Judex, & Theodoro protospatarium de ipso Chrisotriclino, & tepesteti de ipsa scole, dilectis fidelibus nostris, nostra ..... adierunt à Domino protegenda principalem dignitatem deprecantes, ut pro augmento S. Ecclesiæ nostræque pa-
D triæ salvationе concederemus atque confirmaremus in Archiepiscopio S. Dei Genitricis Virginis Mariæ sedis Beneventanæ in quo Landolfus Venerabilis, & egregius Archiepiscopus spiritualis noster pater præesse dignoscitur ad potiendum, habendum ac possidendum integram Ecclesiam S. Michaelis Archangeli, quæ constructa est in monte Gargano, cum omnibus ejus pertinentiis, & possessionibus, simulque cum integro ipso Castello ejusdem S. Angeli, quod quidam Ursus electus præfatæ sedis in proprio territorio jam dictæ Ecclesiæ à novo construxit fundamine, pariterque cum integrum Episcopatum S. Sipontinę sedis cum omnibus ejus pertinentiis, sicut hactenus ibidem in eadem reveronda sede concessa, atque confirmata sunt, à Domino Romualdo Duce Beneven. & à Dom. Gisulpho Duce filio ejus, & à Dom. Carulo, & à Dom. Ludovico, & à D. Lamberto, & à D. Ottone Imperatoribus per pręcepta, de quibus eadem Veneranda sedes apud se servata retinet, de quibus edoctam no-

ſtram experientia celſitudinem, ut in eodem sacro Epiſcopio pro pręfata tuitione munitionem concedimus liberam. Quapropter ne eorum inaudita conſtet poſtulatio eorum petitionis uſquequaque aſſenſum pręberé libuit, quorum vero libeatr aſſentientes en eorum omnibus petitionibus in eodem ſancto Epiſcopio hos noſtrę munitatis apices concedi pręcepimus. Per quos videlicet omnino ſancimus & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboratum præceptum concedimus atque confirmamus in eodem ſancto Epiſcopio Eccleſiam prædictam ſancti Michaelis Archangeli de Monte Gargano, cum omnibus ejus pertinentiis, & poſſibilitatibus, & cum tota ejus pertinentia; atque cum integro ipſo Caſtello de eodem Monte Gargano, quod quidem Urſus electus jamdictæ ſedis à novo conſtruxit fundamine. Pariterque & concedimus in eodem ſancto Beneventano Epiſcopio integrum Epiſcopatum ſanctæ Sipontinæ ſedis. Cum omnia ad eandem ſanctam ſedem pertinentia, vel in eadem ſancta ſede à primis conceſſa à diverſis dignitatibus atque confirmata ſunt. Hæc autem omnia qualiter ſuperius dicta ſunt in eodem ſancto Beneventano Epiſcopio confirmavimus atque conceſſimus in integrum, ſicuti ſuperius dictis Imperatoribus, & Ducibus in eadem reverenda ſede conceſſa atque confirmata ſunt per ſupradicta præcepta de quibus in eodem vener. ſede confirmata retineatur. In tali etenim ſanctione, quatenus amodo, & deinceps pariter prefatæ ſedis ejuſque rectoribus prædicta omnia perpetualiter habeatis, & poſſideatis, abſque ullius comitis, gaſtaldeis ſeu judicibus reipublicæ, vel cujuſcumque hominum perſonæ aut inquietudinem. Et ne nullus ex prædictis omnibus, qui quippiam innovationes aut contradictionis in ſupradicta confirmatione atque conceſſione pariter ejuſdem Archiepiſcopii ullo unquam in tempore ingerere præſumat, ſed Dei opitulante gratia quieto ordine cuncta ibidem inviolabiliter perpetuo conſiſtem. ſecuriter. Si quis autem hanc noſtram præceptalem conceſſionem atque confirmationem violare tentaverit, aut injuria facere quæſierit, ſciat ſe compoſiturum eſſe in eodem ſancto Archiepiſcopio auri puriſſimi libras centum, & hæc noſtra conceſſio atque confirmatio in perpetuum inviolabilis perſiſtat. Ut autem hæc noſtra confirmatio atque conceſſio plenius in Dei nomine habeat vigorem, & ab omnibus inviolabiliter obſervetur manu propria ſubſcripſimus, & anulis noſtris ſubter juſſimus ſigillari.

P
A
I
Signum Pan- ND—O— L *dolphi Principis.*
I
F
V
S

Meldefrid Clericus, & Not. atque ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi.

Datum quartu nonas Aprilis in anno trigeſimo quinto principatus. Dom. Pandolfi glorioſi principis. Et decimo anno principatus D. Landolfi excellentiſſimi principis filii ejus ſexta Ind.

Actum in hoc ſacratiſſimo Benev. palatio.

Placuit hic etiam exſcribi privilegium ab eodem Pandulpho Principe elargitum anno 908. ad ſavorem Eccleſiæ S. Anaſtaſiæ de Porta Beneventi, ſedente Landolpho, quod ab ipſomet authographo nos exſcripſimus, & extat in Bibliot. Beneven. n. 134. Lit. O.

In nomine Domini Salvatoris Jeſu Chriſti Dei æterni.

Pandolfus, & Landolfus divina ordinante clementia Longobardorum gentis principes, cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum juſte petentibus clementer favet.

Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, & omnium futurorum ſagacitas Johannem venerabilem Abbatem Monaſterii ſanctorum Lupuli, & Zoſimi, quod conſtructum eſt intus noſtram Beneven. civitatem per Adolfedum Comitem dilectum noſtrum fidelem, noſtram adiiſſe à Deo protegendam principem dignitatem, deprecans ut pro Dei amore noſtræque patriæ ſalvatione concederemus præfato ſuo Monaſterio qualiter liceret illum in rebus ejuſdem ſui Monaſterii de ponte S. Anaſtaſiæ ſuperioritatem facere, in qua ipſi homines liberi, qui in rebus ejuſdem Monaſterii reſiden. & laboran. de prædicto loco habitare debean. . . . petiit ut in eodem venerabili loco fieri deberet noſtra excellentia. Cujus petitioni uſquequaque libenter aſſenſum præbemus hos noſtræ munitionis apices in eodem ſancto Monaſterio fieri juſſimus. Per quos orare. . . . ſanctus orare, & præſens hoc infra corporeum præceptum perpetualiter. Concedimus in eodem reverendiſſimo loco, ut rectores ejuſdem Monaſterii poteſtatem habeant in rebus præfati Monaſterii de iam dicto loco ponte S. Anaſtaſiæ, ad.. proprietatem, & Caſtellum ſecure habeant ipſi homines, qui in rebus ipſi de eodem loco habere, & habitare in eodem Caſtello, vel . . . . ad habitandum, & ſemper ſub poteſtate Abbatis ipſius Monaſterii permaneat, ut ſervitia quibus ad partem reipublicę facere & perſolvere debebunt ipſi homines liberi, qui ibidem habitaverunt, & ad partem nominati Monaſterii perſolvendam faciendam. Pariterque concedimus in eodem venerabili Monaſterio, ut ubicumque in rebus ejuſdem Monaſterii rectores ejus firmitates aut Caſtella facere . . . . ut poteſtatem ipſa facere, & homines extraneos ibidem mittere atque conducere ad habitandum, & ſub dominatione Abbatis ipſius Monaſterii permanere qualiter ſuperius diximus. Ea etenim conceſſione ea quæ diximus firma quatenus amodo, & deinceps partem præfati Monaſterii ejuſque rectoribus illud firmiter, & ſecuriter poſſideant ſine ullius comitis, Gaſtal. ſeu Iudicis, & cujuſcumque perſonæ moleſtia. Et ut hæc noſtra commiſſio in Dei nomine plenius habeat vigorem, & ab omnibus inviolabiliter obſervetur, manu ſupraſcripſimus, & anulis noſtris ſubter juſſimus ſigillari.

P
A
I
Signum Domini ND—O—L *Paldufi Principis.*
I
F
V
S

Madelfrid Clericus, & notarius atque ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datum nonis Octobris in anno trigeſimo ſeptimo principatus Domini Paldolfi glorioſi Principis, & duodecimo anno principatus Domini Landolfi excellentiſſimi Principis filii ejus nona indictione.

Scriptum in ſacratiſſimo Beneventano Palatio.

Extinctus tandem videtur noſter bonus Landolphus Archiepiſcopus anno Domini 983. eodemque ipſo anno, quo Otho Imperator cum valido exercitu contra Sarracenos, Græcoſque dimicaturus Calabriam ſe præparavit. In eo prælio Landulphus Beneventanus, & Capuanus Princeps v. I. Pandulphi Principis filius cum fratre ſuo Athenulpho, aliiſque plurimis viris clariſſimis extinctus eſt, cui in Principatu ſucceſſit Landenolphus frater ejus, ut Scipio Ammiratus in vitis Longobardorum Principum ſcribit. Sedit bonus Landolphus in Beneventana Eccleſia annis 27. à prima ſua inſtitutione.

LIII. *a* ALO, ſeu Alix Archiepiſcopus ſecundus Othonis II. Imperatoris obnitente potentia ex Diacono in Beneventana ſede collocatus eſt an. 984 ut colligitur ex mox recitando diplomate. Cum enim hic annus fuerit Joannis XIV. primus, ut ex indictione patet, & ulterius prædictum diploma contineat huic noſtro Aloni tranſmitti Pallium velut;

no-

noviter electo; clarè liquet hunc eumdem annum fuisse Alonis, sicut & Joannis primum. Privilegium à Vipera omissum ingenti labore, & accuratissima perspicuitate transumptum hic appono; dignum namque est quod legatur; in eo siquidem præter verba Pontificia gravitatis, authoritatisque plena, multa reperiet lector notatu dignissima, & ego fateor ex omnibus, quæ usque modo transcripsi Privilegiis, hoc unum invenisse, quod meritò Leonis magni stylo sit exæquandum. Extat authographum in Bibliot. Benev. in fasciculo privil. n. 7.

JOANNES EPISCOPUS

servus servorum Dei.

Dilectissimo Nobis Aloni Venerabili, atque meritò honorabili Beneventanæ, & Sipontinæ S. Ecclesiæ Archiepiscopo, Tibi, tuisque successoribus in perpetuum.

Si Pastores ovium solem geluque pro gregis sui custodia die, ac nocte perferre contenti sunt, & ne qua ex eis errando pereat, aut ferinis laniata morsibus rapiatur, ovile semper vigilando custodiunt, ac circumspectant, quanto sudore, quantaque cura debemus Nos esse pervigiles, qui sumus animarum pastores, ne ante summum Pastorem nostræ negligentiæ reatus excruciet, & unde modo honores sunt sublimiores, inde præ cunctis strictissimo deiciamur judicio.... Palleum autem fraternitati tuæ ex more ad missarum solemnia celebranda transmisimus, quo Tibi non aliter (Ecclesiæ tuæ privilegiis in suo statu manentibus) uti concedimus, quàm decessores prædecessoresque tuos usos esse incognitum non habes, scilicet in his festivitatibus in Nativitate Domini, Epiphania, Præsentatione S. Mariæ Dominæ nostræ, similiter & in Annunciatione ejusdem, & in Pascalibus festivitatibus, & Ascensione Domini, & Pentecoste, necnon in festivitate S. Joannis Baptistæ, & in natalitiis Apostolorum, & in Assumptione B.V. Mariæ, pariterque & in Nativitate ejusdem, simulque & in dedicatione sanctæ Ecclesiæ tui Archiepiscopatus, necnon in die tuæ consecrationis, & in congregatione, & consecratione Episcoporum, sicuti etiam & in festivitate B. Michaelis Archangeli, & translatione corporis B. Bartholomæi Apostoli, simulque tribuimus, atque concedimus licentiam Tibi tuisque successoribus Episcopos ordinandi in his videlicet civitatibus sanctæ Agathæ, Abellini, Quintodecimi, Ariani, Asculi, Bibini, Vulturariæ, Larini, Thelesiæ, Alisi, Termulæ, Triventi, & Sessulæ, confirmantes Tibi tuisque successoribus Ecclesiam S. Michaelis in Monte Gargano cum ipsa Sipontina Ecclesia, & cum omnibus eorum pertinentiis, & omnibus prædiis familiis utriusque sexus, Ecclesiis, & Massisque quæ prædictis Ecclesiis pertinere dignoscuntur. Cum autem: . . . . honor modestia actuum vivacitate servandus est. Hortamur insuper ut mores ornamentis conveniant, acconformentur, quatenus, auctore Domino (Reverende) ubique possis esse conspicuus. Vita igitur tua filiis tuis sit regula, eum profectur eorum à tuo pendeat exemplo, ut eaum post diem valeas secutus dicere, Cor meum neque prospera, aut quæ temporaliter blandiuntur exulerunt, neque adversa dejecerunt, sed quicquid illud fuerit patientiæ devincatur virtute. Nullum apud te locum inveniant odia, quemadmodum nec amor indiscretus te occupet; benignum te boni sentiant, discretum te mali cognoscant. Facilè . . . . . Justitiam apud te culpabilem suggestio mala non reddat; nocentem gratia aut favor non excuset, comissum te delinquentibus non ostendas, ne quod ultus non fueris tolerantia perpetrari videaris permittere. Sit in te boni pastoris dulcedo, & judicis severa districtio, unum quod rectè viventes foveat, alterum quod inquietos à pravitate compescat . . . . . . l. Aamore. Sed quoniam persæpe zelus super peccatores, dum vult vindex indiscretus existere transit in crudelitatem correptio, iram ideo judicio refrena, & disciplinam reserva ut sicut Pater culpas ferias, & à dilectione filiorum quos corrigis non recedas. Misericordem te, & prout virtus patitur .... exhibe, oppressis defen-

A *sione subvenias, opprimentibus modestia, & ratio contradicat. Nullum contra .... despicias, nullum quærentem justitiam spernas, custodia in te æquitatis excellat, ut nec divitum potentia aliquid apud te extra viam suadeat audere rationis, nec pauperem de te sua faciat humilitas desperare, quatenus Deo adjuvante talis possis existere, qualem sacra lectio præcipit dicens. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Sed his omnibus poteris salubriter uti si Magistram charitatem habueris, quam si quis sequatur fuerit, à recto aliquando tramite non recedet. Ecce, frater carissime, qualia inter multa tui sint Sacerdotii; hæc Pallium comitantur, quæ si studiosè servaveris, quod foris accepisse ostenderis intus habebis. Fidem autem, quam in tuis epistolis breviter adscripsisti, licet latius explanare debueras, Redemptori tamen nostro gratias agimus, quod eam in ipsa etiam brevitate certam esse cognoscimus. Sancta Trinitas fraternitatem tuam gratia suæ protectionis. . . . . atque ita honoris sui via nos dirigat, ut post vitæ hujus amaritu-*
B *dines, ad æternam simul pervenire dulcedinem mereamur. Amen.*

Scriptam per manum Leonis Notarii Regionarii S. R. E. in Decembris mense Indictione duodecima.

Datum 8. Idus Decembris per manus Joannis Episcopi. & Bibliothecarii S. Sedis Apostolicæ anno Domino propitio Pontificatus D. Joannis Pont. & Universalis XIV. Papæ, in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli, primo.

Ex jam recitati diplomatis lectione observo eo sæculo, quod omnium consensu rude barbarumque fuit tam appositè, concinnatisque periodis ac sententiis hoc fuisse scriptum diploma; quod evenisse puto, quia ab ipsomet Pontifice sit dictitatum; Pastoralem etenim potius redolet epistolam, quam Pontificium diploma; hæc enim (ut videre est in jam recitatis) ex formulario aliquo traducebantur, cùm fere omnium idemque sit galeatum exordium, quod usque ad Leonis IX. tempora servatum reperio. Cæterum Alon per Othonis Imperatoris potentiam electus, &
C consecratus Beneventanus Archiepiscopus defuncto Othone à Beneventanis prorsus expulsus, & à dignitate ejectus, aliusque à civibus electus Archiepiscopus, exul vitam amisit. Rem sic narrat Desiderius Abbas Casinensis, qui sub nomine Victoris III. Pontifex Max. evasit lib. 2. Dialogorum.

Cum autem, inquit, *essem laicus, & inter annos adolescentiæ meæ ducerem, quæ à multis in Beneventana civitate degens audivi, de Ioanne tunc ejusdem Beneventanæ Ecclesiæ Archidiacono, postmodum vero hujus sancti Cænobii Abbate silenter non transibo. Cum idem Ioannes de illustri prosapia originem duceret, & quod majus est, religiosè vivens Omnipotenti Domino omnimode placere studeret, ita à Clero, & populo diligebatur, ut omnes ei unanimiter post mortem Archiepiscopi, ejusdem urbis Summum Sacerdotium peroptarent. Alter quidem in eadem Ecclesia, Alix nomine Diaconus erat, qui ad adipiscendum Pontificium omni nisu aspirabat, nec*
D *quo ordine id assequi posset quidquam prius habebat. Sed dum idem Ioannes Archidiaconus ad culmen tanti honoris se posse pertingere desperabat, cumque hæc quotidie in animo volveret, vana illum cogitatio haud quiescere permittebat. Cum quadam die uterque secreto in loco consedissent, & nemo alias cum eis esset, sermo inter eos orsus est de hujusmodi miseræ vitæ fragilitate, de cælestis ac perpetuæ vitæ jucunditate, de pœna peccatorum, ac de gloria sempiterna justorum. Itaque statuerunt inter se hujus gloriam mundi relinquere, ac sanctæ conversationis habitum suscipere; & ut magis fidi esse possent, juramento, quod statuerant, firmaverunt. Dein diem decernunt, quo apud castrum Casinum limina B. Benedicti peterent, ac sub ejus magisterii Regula Jesu Christo Domino deservirent. Igitur postquam ad statutum diem ventum est, quo ab eis aggrediendum erat iter, Alix, qui aliud animo, aliud gestabat in ore, Joanni Archidiacono dixit: Charissime frater,*

que-

quoniam de rebus meis aliquid adhuc superest, quod secundum Deum ordinare cupio, tu obsecro, praecede, & mox ut sanctae conversationis habitum susceperis, mihi nuncium mitte: ego autem his expletis, quanto citius te subsequi curabo. Archidiaconus vero ad monasterium B.P. Benedicti veniens mox ut habitum sacrum suscepit, nuncium ut decreverant, socio direxit, qui eum sub sanctae institutionis regula jam collu submisisse, & ut ipse celeriter veniret, ut pollicitus fuerat, nunciaret. At ille mox ut talia audivit, alacer effectus, quod illum, qui sibi in Ecclesia praeeminebat, recessisse cernebat, omnino se ad eum accedere, atque tam arctam ingredi viam posse negavit. Dein ad acquirendum culmen pontificatus honoris totis viribus nitebatur. Sed omnipotens, ac justus Deus aliter, quàm ipse sperabat, disposuit. Nam cum Imper. Otho egressus e Germania, Italiam intrasset, postquam Romanas res, ut sibi videbatur, disposuit, Beneventum adiit, cui Alix ita familiaris effectus est, ut idem Augustus eum eligi in Pontificem, Ecclesia renuente praciperet. Postmodum vero Imperator Romam rediens, Romanum Pontificem eum consecrasse rogavit, & consecratum Beneventum remisit; Imperator deinde febre correptus, post aliquos dies, divina dispositione defunctus est. Ille vero Beneventum rediens, ne moenibus quidem civitatis appropinquare ausus fuit, sed cum de decore illo repulso, alium sibi cives Pontificem elegerunt. Fecit quidem haec Omnipotens Deus ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, ut qui cupiditate honoris ductus fraudulenter fratrem suum studuit ab Ecclesia pellere, ipse pulsus patria exul in alieno solo vitam finiret.

Do hoc Alone nihil aliud reperire potui, vel quo anno obierit. Vipera refert eum cum sui Capituli consensu Monasterio sancti Modesti Beneventanae civitatis nonnullas attribuisse Ecclesias, quas tamen non exprimit. Ejusdem donationis meminit Pennottus lib. 3. Tripartitae Historiae cap. 37. refert in eo privilegio Ecclesias illas omnes propriis vocabulis explicasse, una cum suis facultatibus, easque liberas constituisse ab omni jurisdictione Archiepiscoporum, & Presbyterorum Ecclesiae Beneventanae esse declarasse; inter reliqua ibi leguntur: *Sancimus amodo & perpetuis deinceps temporibus ut sine omni conditione Pontificalis dominationis persistat, nulloque unquam tempore quilibet nostrorum successorum Praesulum, seu Presbyterorum, vel cujuscunque gradus Clericorum in eis dominandi licentiam habeat, vel censum aliquem redditum exigat, nulli quoque plebi, nullique alteri Ecclesiae, nisi monasterio eis Praelato, ejusque Rectoribus cum integris suis rebus, subditas esse volumus, &c. Quam nostrae concessionis, ac libertatis immunitatem per nullum ex nostris removeri successoribus, per Deum Omnipotentem unum & Trinum, ejusque sanctos adjuramus, pariterque auctoritate Salvatoris, qui nobis dixit, quaecunque ligaveris super terram, ligata erunt & in coelis, &c.* Excommunicantur contrarium facientes. Authenticum hujus privilegii habetur in dicto Monasterio. Ita Pennottus, qui nec annum recitat, quo datum est privilegium, & pro Alone scripsit Azonem. Hoc fortasse Alone Praesule anno 980 fuit ingenti terrae motu concussa Beneventana civitas, Viperam dejecit, & subvertit quindecim turres, in quibus centum quinquaginta homines mortui sunt, ut Leo Ostiensis scribit l. 2. c. 11. An. vero 992. Landulphus Princeps fuit à conjuratis extinctus, ejusque frater Laidulphus electus est, qui anno secundo à suo Principatu ab Othone III. imperatore dejectus est, & Adenarius suffectus, sed non receptus, in ejus locum successit Landolphus secundus. Anno autem 996. ad Principatum Beneventanum & Capuanum sublimatus fuit Pandolphus de sancta Agatha, ut Ammiratus narrat.

LIV 3 ALPHANUS hujus nominis primus, *a* Beneventanus Archiepiscopus III. ann 998. vixisse testatur literae Gregorii V. ad eum pro confirmatione Pallii, & Ecclesiarum jam saepe dictarum directae, quas quidem transcribere omisissem, cum sint ejusdem fere tenoris cum superioribus relatis; tamen quia in eis deprehendi aliqua contineri, quae erectionem Beneventani Archiepiscopatus corroborant, & secundi Alphani successionem praemonstrant, ideoque facta diligenti inspectione, eas prout potui hic transcripsi ex Bibl. Benev. fascic. 1. nu. 8. cum interim praemonendum lectorem existimem, ne Viperanae transcriptioni tantillum credat, ut patebit, si attente utramque perlegerit transcriptionem.

a Secundus.

GREGORIUS EPISCOPUS
servus servorum Dei.
Alphano dilectissimo, & Reverendissimo sanctae
Beneventanae Ecclesiae Archiepiscopo in
Domino salutem.

Cum summae, & Apostolicae dignitatis apex in hoc divini profectus nitore dignoscatur praefulgere, & in exercendis Dei laudibus sui studeat laboris exhibere certamen, ob hoc debita nos ejusdem Apostolicae pastoralis compulit sollicitudinis cura, quaeque ad stabilitatem piorum locorum promulgare, & Apostolicae institutionis censura confirmare. Igitur quia postulasti à Nobis Venerande Archiepiscope quatenus integrum Archiepiscopatum sanctae Beneventanae Ecclesiae, cui Deo favente praees, concederemus tibi, tuisque successoribus in perpetuum, ac cuncta, quae à praedecessore nostro Domino Joanne sanctissimo Papa, precatu Domini Ottonis invictissimi Imperatoris per privilegium concessa fuit tuo predecessori Landolpho Archiepiscopo ejusdem sedis, confirmaremus: piis tuis desideriis faventes, hac nostra auctoritate id quod à nobis exposcitur per interventum Domini Othonis Imperatoris effectui mancipamus, concedentes tibi, tuisque successoribus usum Pallii, sicut scriptum est retinere. Tribuentes insuper tuae, fraternitati, tuisque successoribus in praedicta Diocesi in locis in quibus olim fuerunt in perpetuum Episcopos consecrare, qui vestrae subjaceant ditioni, idest Termulanae, Bibinae, Quintodecimi, Ariani, Triventi, Larini, Luceriae, S. Agathae, Abellini, Asculi, Vulturariae, Thelesiae, Alifae, Sessulae. Confirmantesque tibi tuisque successoribus Ecclesiam S. Michaelis in Monte-Gargano, cum ipsa Sipontina Ecclesia, & cum omnibus earum pertinentiis, & omnibus praediis, cum Ecclesiis, famulis utriusque sexus, & massis, & cuncta quae videntur esse pertinentia ipsarum Ecclesiarum. Concedimus autem Alphano Clerico vestro Nepoti integrum ipsum Archiepiscopatum post decessum tuum habendum cum omnibus suis pertinentiis, sicut sunt civitates, sive quaecunque castra possessa dudum ab antecessoribus tuis Episcopis. Siquidem censentes insuper Apostolica censura sub Divini judicii obtestatione. . . . . reliqua usque ad calcem haud legi possunt. Quo autem jure Vipera totum integrum retulerit diploma, ipse viderit, in fine diplomatis legitur . . . .

. . . .

manum Antonii Notarii scriniarii sanctae Romanae & Apostolicae Ecclesiae in mense Aprilis, & indictione undecima . . . .

Ex Indictione colligitur supradictum confirmationis privilegium emanasse, ut jam dictum est de anno 998. qui fuit Gregorii V. tertius, & Othonis III. itidem tertius.

Quantae qualisve fuerint existimationis eo tempore Beneventani Antistites clarè ostendunt verba illa diplomatis; *Id quod exposcitur per interventum D. Othonis Imperatoris effectui mancipamus.* Ex eis namque colligitur Beneventanam Ecclesiam Imperiali protectione fulcitam à Carlo Calvo primum, postmodum successivè à Ludovico, & ab Othone Primo, & Tertio eousque munitam esse privilegiis, quoad eandemmet ipsorum apud Romanos Pontifices interveniente deprecatione ad Archiepiscopatus dignitatem evexerunt itaut videantur certasse Imperatores, ac Romani Pontifices in eidemmet Ecclesiae Beneventanae gratias, & privilegia concedendo.

At

At quod ea observatione precipuum sunt illa verba permissiva, ut post obitum nostri Alphani, alius itidem nomine Alphanus ei in Archiepiscopatu succederet; ex quibus duo colliguntur; primum jamdiu morem hunc in Ecclesia inolevisse coadjutores assignandi cum spe futuræ successionis, ut liquido apparet ex supra relato diplomate. Alterum quod animadvertere libet est labilitas memoriæ Marii de Vipera, qui vix emensis duabus paginis nostro Alphano subrogat Alix, & Mundum.

Hic consultò omittendam censui dissertationem de corporis Beati Bartholomæi existentis apud Beneventanos: etenim cum ad eorum favorem extet, nedum Leo Ostiensis, & Annibal Mascambrunus Episcopus Stabiensis Apologeticum quoddam ediderit, vacationem ab hac historia mihi ipsi ultro consului. Quæ autem sit circa hoc mea sententia diu hæsitavi illam aperire; ubi autem incidi in diploma quoddam originale Leonis IX. suo loco transcribendum, haud me continere potui quin illam propalarem, *a* corpus sancti hujus gloriosissimi Apostoli adhuc Beneventi asservari; siquidem illa translatio sive facta fuerit Benevento Romam anno 983. ut asserit Baronius, sive anno 1000. ut alii volunt, tamen me magis movent verba illa Leonis IX. in quibus asserit prædictum corpus asservari adhuc ipso vivente in Ecclesia majori Beneventana, quam testimonium ullum Sigeberti, aut Othonis Frisingensis, præcipuè cum à translatione asserta ad Pontificatum prædicti Leonis IX. vix intercurrerint quinquaginta anni. Videatur Annibal Mascambrunus, qui de hac re fusissimè tractat.

a Aliter sentit Franciscus Dinus, qui in suis dissertationibus ostendere conatur S. Barth. corpus Romam esse.

Quo autem anno obierit noster hic Alphanus adhuc incompertum. Eum tamen circiter annum 1010. decessisse suadet diploma Sergii IV. secundo Alphano pro confirmatione Pallii, & Archiepiscopatus concessum ann. 1011. probabile namque est initio sui Præsulatus ejusmodi à Romano Pontifice postulasse confirmationem. Itaque Alix apud Viperam Archiepiscopus quartus est expungendus prout ex parte, sed alia innixus ratione cum Vipera expungit, quæ tamen mihi omnino improbabilis videtur, non solum quia eam deducit ex annotationibus incerti authoris ad Chronicum Casinense, verum etiam quia inverisimile videtur populum Beneventanum sic pertinaciter resistere potuisse Othonis Imperatoris potentiæ, & Summi Pontificis voluntati, ut propositum Archiepiscopum coactus sit Pontifex in ordinem redigere. Porro idem est Alix cum Alone, quem in duos gratis dividit Vipera. Expuncto itaque Alice hoc secundo,

Mundus quoque Archiepiscopus V. est à serie Archiepiscoporum delendus, ad quod faciendum me cogit supra relata permissio à Gregorio V. Alphano I. facta de post mortem ipsius subrogando Alphano ejus Nepote, prout factum esse mox constabit.

De asserto manuscripto in historiis Capyciorum viderit ipse Vipera; non enim æquiparandi sunt loculi privatarum scripturarum cum Archiviis, Privilegiisque Pontificiis, præcipuè quando ex his evidenter habetur de contrario assertum, ut liquet in casu nostro, cui favet quod juxta permissionem Alphano seniori factam, reperitur. Eodem modo ab hac serie exulare compellimur Ursonem, qui à Vipera confunditur cum Ursone illo Beneventano Episcopo Castri sancti Angeli de Monte Gargano conditore, ut supra retulimus. Gatimundum etiam à Vipera excogitatum cum suo nominis affine Mundo eandem expunctionis sortem incurrat necesse est. Sic quoque & Alphanus expungendus est, quem tertium hujus nominis & nonum Archiepiscopum vocat Vipera. Duo tantum extitere Alphani, qui ab anno salutis 998. ad annum usque 1053. Beneventanam consultissimè rexerunt Ecclesiam, unde & Guaramundus ab eodem Vipera, eandem expunctionis sortem incurrat.

LV. (,,MUNDUS, *quem Ughellus reiicit, enumerandus est ex mente Sarnellii, qui assentiendum censet literis his ipse benè examinatis Neapolitani Ducis.*

,, Nos Olganus Stella Dux, Ginellus Capycius, Baldasar Jovanus, & Sarrus Brancacius Consules magnificæ civitatis Neapolis, quæ in præsentia est in magna penuria tritici, olei, casei, & hordei, promittimus quibuscumque salmentariis Vallis Beneventanæ, Avellini, & aliorum locorum, qui Ven. in Christo Patri Mundo Præsuli Beneventano subjecti sunt, & pro qualibet salma farinæ, vel tritici tarenos duos, pro qualibet salma hordei tarenum unum, pro qualibet salma olei & casei tarenos tres, qui ipsis in introitu portarum solventur, ultra pretium, quod pro illis rebus accipient. Et ideo vobis Ven. Antistiti præsens scripsimus, ut civitati nostræ gratiam faciatis ad vocem præconis bandire per omnes vobis obedientes, qui vobis promittimus, & ratum habebimus. Datum Neapoli Indict. 7. sedente S. Sergio Papa IV. &c.

,, *Id ipsum referant Petrus Marchesius in hist. familiarum nobilium Neap. Summonte in hist. Regni Neap. par. 2 f. 447. & Capaccius apud Ciarlantem l. 3. c. 32. Quando desierit esse hic Antistes, ignoratur. Nec obstat supra relata Gregorii concessio: cum enim Alphanus nepos tunc esset simplex Clericus, fortasse immediate patruo non successit ob nimium juvenilem ætatem.*)

4 ALPHANUS II. *b* hujus nominis Alphani primi *c* nepos Beneventanus Archiepiscopus IV. ex coadjutore defuncto patruo *d* renunciatus est, quem ann. 1011. vixisse, & forsan eodem sedere cœpisse testantur supracitatæ literæ Sergii Papæ IV. anno sui pontificatus tertio ad eum directæ, asservatæ in Bibliotheca Beneventana fascic. Privilegiorum n. 9. quas quidem ego transcripsissem, si non ejusdem tenoris, ac alias jam relatas comperissem. Unum tamen quid singulare in eis animadverti, præscriptionem scilicet de modo induendi Pallium, quam clausulam successivè observari in aliis confirmationibus Privilegiorum usque ad Leonem IX. appositam reperi, ex occasione, ut reor, quod hic Alphanus fastosè nimis eo uteretur. Hæc sunt verba diplomatis: *In secretarium verò tua fraternitas Pallium induere debeat, & ita ad Missarum solemnia, vel ad sancta Synoda proficisci, & nihil tibi amplius ausu temerariæ præsumptionis arrogare, ne dum per exteriorem habitum aliquid inordinatè arripitur, à proprio, & licito prolabatur.* Aliud est quod itidem veluti singulare notavi, facultatem scilicet recondendi, & rescindendi reliquias.

LVI. *b* III. *c* Secundi. *d* Mediante Mundo.

Hic inserere libet concessionem quandam ab hoc Alphano factam, quia cum sit primum monumentum quod reperire potui de expeditione Bullarum Beneventanorum Antistitum, in gratiam antiquitatis illud exarandum duxi, eadem de Biblioth. Beneventana fasciculo 16. Bullarum n. 153. litera Q.

Nos Alphanus natu Dei sanctæ Beneventanæ ac Sipontinæ Sedis Archiepiscopus.

Per rogitum Magnifici Potonis dilecti nostri Diaconi concessimus tibi Alfano Clerico filius Pauli Clerici, tibi tuisque heredibus semper Ecclesiam vocabulo sancti Joannis Baptistæ, quæ sita est circa portam Foliarolæ cum juribus, & pertinentiis suis, ut potestatem habeatis tu tuique hæredes semper ordinare Presbyterum in eadem Ecclesia secundum vestram voluntatem sine nostra nostrorumque successorum aliqua contradictione, vel molestatione, aut cujuscunque requisitione, & quodcunque Dominus voluerit per suos fideles dare in dicta Ecclesia, totum, & illibatum maneat vestræ potestati, & per hoc statuimus ut omni anno in nativitate dicti ad partem sacrarii nostri Archiepiscopii Uno paro de bucelate, & uno cereo, *similiter in Pascha Domini* uno cereo, & uno paro de bucelate, *& subsequenter in nativitate Beati Joannis Baptistæ* uno paro de bucelate, & uno cereo. *Si quis autem, quod absit, nefariè hoc nostrum preceptum irritum facere voluerit anathematis vinculo religetur in perpetuum, & à corporis, & sanguine Domini nostri Jesu Christi perceptione sit semper exterris, & cum Juda traditore æternis incendiis sit exurendus, & ibidem semper cruciandus, quod*

videlicet præceptum tibi superius factum, & quod à Magnifico Potone Diacono, & Bibliothecario nostro scribere fecimus non obtemperaverit.

Ego Alphanus Archiepiscopus.

Datum in sacratissimo Archiepiscopio Indictione decima.

In gratiam antiquitatis, ut præfatus sum hujusmodi rubigines jamdiu naufragantis, & penè oblitteratæ latinitatis transcribo, licet minus erit forrasse quod mireris in jam relato diplomate cum majorem barbariem deprehendet, quicunque Beneventanorum Principum monumenta pervolvet.

Hanc modo recitatam concessionem esse hujus secundi Alphani, & non primi, aut tertii à Vipera gratis asserti suadet indictio. Si enim primus sedere cœpit anno 998. recurrente undecima Indictione, & deinde è vita migravit ann. 1010. vel 1011. liquido constat in toto tempore sui Præsulatus decimam non recurrisse indictionem. Ex indictione igitur constat concessionem prædictam esse hujus secundi Alphani, & eam dedisse in anno 1012. in quo decima recurrebat indictio.

Ad hunc eundem Alphanum extant literæ superioribus consimiles Benedicti Papæ VIII. de confirmatione scilicet Pallii, & Ecclesiarum Beneventanæ Ecclesiæ subjectione, quas ultro hic transcribere, ne toties eadem repetantur abstinui. Extant in Bibliotheca Beneventana in fasciculo privilegiorum nom. 10. & num. 18. ut citat Vipera, sub Indict. 12. Ex quo colligitur illum annum fuisse à nativitate 1014. & Benedicti VIII. tertium.

Sedente Alphano hoc secundo ann. 1047. Henricus Imperator Beneventum contendens, cum eum cives noluissent recipere, tam ob suam, quàm patris sui illis illatam injuriam, à Clemente Papa, qui cum illo tunc erat, excommunicari fecit, cunctamque Beneventanam tecum Normannis tradidit, & ultra Montes exinde est reversus, Clementem secum deducens, de qua re Baronius ad hunc annum ex Leone Ostiensi lib. 2. cap. 75. Leo vero IX. anno 1051. Beneventum venit, civitatem ipsam ab excommunicatione absolvit. Anno ante, hoc est 1050. Alphano Archiepiscopo præsente Pandulphus, & Landulphus filius ejus Principes plura Monasterio S. Colombæ in finibus Beneventi posito elargiti sunt bona. Documentum donationis datum est ano. 33. Pandulphi principatus, & tale est quod exhibeo ab exemplari mihi tradito à bonæ mem. Abbate Constantio olim Cajetano.

In nomine Domini Salvatoris nostri Jesu Christi Dei æterni.

Pandolphus, & Landolphus filius ejus . . .
. . . Longobardorum gentis Principes . . .

. . . .

Igitur noverit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet ac futurorum agnoscat solertia per Adelphersum Comitem filium Rofridi nostram adiisse à Deo protegendam principalem dignitatem deprecans me Pandolphum gloriosissimum Principem, & pro augumento sui Monasterii, nostræq; patriæ salvatione concedere, atque confirmare in ipso Monasterio quod declaramus esse in finibus Banneoli vocabulo, scilicet sanctæ Columbæ. Et ego prænominatus gloriosissimus Pandolphus Princeps causa mercedis animæ meæ, ac nostrorum parentum salvatione animarum; idcirco annuo, atque concedo una cum prænominato Adelferio Comite filio Adelferii, & cum aliis deprecantibus, qui nos deprecaverunt, videlicet Joannes Notarius, & Juden, & Joannes Angeli cum suis germanis, & Joan. Azzoni Presbr. & Azzo Probonii, Joan. Fedemarii, & Benedictus filius Stephani, & filii Gazzelini Presbyt. & Joannes Marchæ, & filii Bolvaldi, & filii Ursi, Leporelli, & filii Ursi de Lorgiis, & alii quamplures, qui sunt habitatores infra fines Fresilone, & parentes qui construxerunt supradictam prænominatam Ecclesiam S. Columbæ, quæ videtur esse in finibus Banneoli. Ideo nos supplicaverunt, ut sic ad remedium animarum illorum parentum deprecans principalem dignitatem per supradictum Adelpherium Comitem, cum aliis supradictis, ut concederemus, atque confirmaremus in ipsa præfata Ecclesia sanctæ Columbæ, in qua ipsa regimen tenere videtur, cuncta, qualiter hic inferius declarantur jure quieto; de quibus etiam nostram exprimit Celsitudinem, ut in eadem Ecclesia sibi, suisque Rectoribus per eam munire, ut mos est antecessorum nostrorum Principum munitionem fieri juberemus. Quapropter, ne ejus inaudita fieret postulatio, exinde fieri præcepimus, per quod videlicet omnino sancimus, & principaliter per præsens hoc nostrum roboreum præceptum, similiterque concedimus in ipsa prædicto monasterio S. Columbæ, suisque etiam Rectoribus per hos fines incipientes à Ribo qui dicitur Fresilone, & ascendentes per ipsum aquarium inter hunc, & res jam dictæ Ecclesiæ S. Columbæ, & ascendente pro ipso, & vernali fossato, & vadit in ipso, ut obinde qualiter ascendit per valle, & ferit in via publica, deinde ascendit per ipsam viam, & vadit in Pesclatum immobile, quod est juxta voraginem, & vadit per ipsam voraginem, ac hæret, & ferit in Pescla Carbaria, & de alia parte qualiter vadit in ipsam Pesclaturam, & resolvente per Rabe, qualiter descendit descendente in aqua Ribo. Ab inde qualiter descendit in præd. Ribo, finis de alia parte eodem Ribo in fine. Per hos igitur fines concedimus, atque tribuimus in præd. Monasterio S. Columbæ, suisq; Rectoribus ad habendum, & possidendum, omni namque tempore quieto jure: & hoc nostrum roboreum preceptum oblatum est à nobis in sacrosancto Monasterio S. Columbæ. Astante Dom. Alphano Beneventanæ urbis Archiepiscopo, qui Dominus Alphanus Archiepiscopus excommunicavit, & anathematizavit, si quis exinde molestationem facere voluerit. Ea etenim sanctio, tunc in jam dicta nostra concessio, sicut superius legitur in omni ordine, & ratione illud suis successoribus, seu ad partem ipsius Ecclesiæ concessimus ad semper habendum, & possidendum absque ullius Comite, Castaldo, seu judicibus, aut cujuscunque hominum persone aliquam contrarietatem in vobis ingerentem. Ut autem hæc nostra concessio ab omnibus immobiliter observetur, manu propria scripsimus, & annulis nostris subter jussimus sigillari.

Signum ✝ Domini Pandulphi gloriosi Principis.

Ursus scriba ex jussione Pandulphi gloriosi Principis scripsi.

Actum in sacro Beneventi Palatio. Datum enim vobis 8. Idus Martii in anno trigesimo Principatus Dom. Paadulphi gloriosi Principis, & 12. anno Domini Londulphi magni Principis filii ejus, tertia Indict.

Annus Principatus Pandulphi ex scriptoris errore pro 33. appositus est 39. quem non attigit Pandulphus. Hæc ultima mentio de Alphano secundo reperitur, qui ex hac mortali vita discessit anno 1053. ut patebit ex Vuldorici successoris narratione. Porro nec omittendum puto hic referre privilegium elargitum ab Henrico Imperat. anno 1022. Monasterio sanctæ Sophiæ, Archipræsule Alphano, Datum Beneventi, quod ita conscriptum est in Chron. sæpe citata Sophiniana p. 4.

In nomine Sanctæ Individuæque Trinitatis.

Henricus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus.

Si tanto Sanctorum Dei Ecclesiis omnium adnixu institimus, ad nostri Imperii profectum venire non diffidimus. Quocirca omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque solers agnoscat universitas præsentium, & futurorum, Henricum venerab. Parmensis Ecclesiæ Episc. culminis nostri sublimitatem adiisse obnixe postulando, quatenus pro Dei amore, facinorumque nostrorum solutione, Cœnobio in honore S. Sophiæ Ecclesiæ dedicato in civitate, quæ dicitur Beneventum constructo, in quo Gregorius Venerab. Abbas præesse videtur confirmare, ac omnino corroborare dignaremur, omnia quæ ab antecessoribus nostris, ac hominibus cæteris Dominum colentibus eidem Cœnobio concessa sunt, atque idem Monaste

rium tenuit, eu quo fundatum est, tam per præcepta Prædecessorum nostrorum, sed etiam per precariam, & absolutiones, & oblationes, & per investituram, seu etiam per quæcunque instrumenta chartarum, sive uniuscujusque scriptionis titulum. Nos quoque grata mente petitionem considerantes animo inclinato precibus ipsius per hoc nostrum præceptum, prout juste aut legaliter possumus, confirmamus, aut roboramus omnes res, & proprietates ipsius Monasterii, scilicet in loco qui nominatur Pintano cum suis pertinentiis, & cum capella in honore sancti Benedicti: alia vero in honore sancti Vitalis cum omnibus suis pertinentiis; altera vero in honore sancti Michaelis Archangeli, quæ dicitur ad Holibola cum omnibus suis pertinentiis, & in Pallaria capella una, quæ est in honore sanctæ Mariæ; sed & Ecclesiam sancti Bartholomæi in collina; & curtem de Nuciano in Petrafurmina cum casis, ac sylvis, & curtem de Lapiso hæreditatem; & Ecclesiam S. Felicis de Burto; in Cortiano capellam in honore sancti Petri, in Cerreto capellam in honore S. Martiani cum pertinentiis suis. Capellam in honore sancti Silvestri de Corneto in Comitatu Capuano in loco Juliano cum capella in honore sanctæ Mariæ in Bivine in Beletro flumine, in Civitate capellam in honore sancti Martini; infra civitatem Asculensem Ecclesias, & foris omnem hæreditatem; in finibus Caoni Ecclesiam sancti Juliani; in comitatu Franensi curtem de Pazano cum olivetis suis, in comitatu Sipentino piscariam; in comitatu Lesinensi piscariam. Curtem Delaniensem, curtem de Calaza, S. Roseo cum Sessa, & territoriis suis; in finibus Capuæ ad sanctum Paulum, & sanctum Stephanum cum territoriis suis. In campo Marrini, in finibus Tremonensibus ad S. Adjutorem erga flumen Vulturnum cum territoriis suis. Sed etiam, sicut supra legitur, confirmamus eidem Monasterio Ecclesiam sancti Magni in castello Magno cum pertinentiis suis; Ecclesiam sancti Angeli in altissimo super flumen Bisernum in finibus campi Morani cum eadem Ecclesia: necnon Ecclesiam S. Joannis cum omnibus rebus suis in cosa Pollucis: hæreditatem, quæ est in longitudine duo milliaria, latitudine milliare unum. Et Ecclesiam sancti Petri in finibus de Laureto cum omnibus pertinentiis suis; sanctum Angelum in Palumbara, cum omnibus pertinentiis suis; sanctum Michaelem de Sessola, cum omnibus pertinentiis suis; sanctam Crucem intus in civitate Neapolitana cum omnibus suis pertinentiis; in campo Sinarcumi terram milliaria tria in longitudine, & unum in latitudine: Ecclesiam S. Trinitatis juxta fluvium Bisernum cum omnibus suis pertinentiis; & Ecclesiam sancti Marciani in castello Musano cum omnibus suis pertinentiis; & Ecclesiam S. Joannis in monte Tabenna cum omnibus suis pertinentiis, necnon Ecclesiam sancti Bartholomæi, quæ est juxta Ecclesiam sancti Joannis cum omnibus suis pertinentiis; & cellam sancti Angeli, juxta urbem Trisnensem cum omnibus pertinentiis suis; & Cellam S. Gregorii in Comitatu Frigensi cum omnibus pertinentiis. Et Ecclesiam S. Bitti in Comitatu Vulturario; Et Ecclesiam S. Stephani Protomartyris intus in civitate Luceri cum omnibus pertinentiis suis; Et Ecclesiam S. Donati in Leone cubantem cum omnibus suis pertinentiis: Et Ecclesiam S. Crucis in Nola cum omnibus suis pertinentiis, videlicet cum omnibus in integrum terris, ædificiis sub se habentibus, vineis, pratis, campis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, casis, Dominicatis, Castellis, Villis, & Capellis, servis, & ancillis, montibus, & planitiebus, basulis, frascariis, cultis, & incultis, rebus mobilibus, & immobilibus, aldionis, & aldiebus, commeatis, eorumque supellectilibus cum omnibus adjacentiis ad hanc etiam nominatam Ecclesiam S. Sophiæ, vere & legitime pertinentibus, vel aspicientibus, integrè tam intra Italicum Regnum, quam etiam in Apuliæ partibus. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Marchio, Dux, Princeps, Archiepiscopus, Episcopus, comes, seu ullus homo magnus, sive parvus de omnibus quæ pertinent ad præfatum Monasterium, & pertinere videntur, tam res, quam familiæ se intromittere, calumniare aut molestare præsumat jam dictum Gregorium Abbatem, aut suos successores. Si quis vero hoc præceptum in aliquo violaverit, sciat, se compositurum auri libras centum . . . . . . en auro purissimo, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prædicto Abbati aut nostris suisque successoribus. Quod ut certum esse videatur, & ab omnibus observetur, hanc paginam manu propria corroborantes sigillari præcepimus. Theodoricus Cancellarius vice Evbardi Papæ Bregiensis Ecclesiæ Episcopi, & Archicapellani notavi. Datum 6. Id. Mart. anno 1022. Ind. 15. anno regni Domini Henrici 12. Imperii vero 9. Actum Beneventi feliciter.

LVII. 5 ULDARICUS, seu Valderius & Valdericus Quintus electus Beneventanus Archiepiscopus an. 1053. ut Ostiensis scribit, cum Beneventi existeret Leo IX. Pontifex post acceptam cladem suorum militum, quos ex Germania contra Northmannos secum abduxerat, ipseque cum multis Cardinalibus captus est & perhonorifice Beneventum perductus ab Hunfrido Northmanno Comite, qua in urbe commoratus est à mense Julii hujus anni usque ad duodecimam diem Martii sequentis. Initio Iulii Valdericus munus consecrationis accepit à Leone, paucisque post diebus à sua inauguratione ab eodem Pontifice literas accepit pro Archiepiscopatus, Ecclesiarumque subjectarum confirmatione, quas suo autographo depromptas damus, quarum initium cum totum sit exesum, & ex parte incerum, haud potest legi. Transcripta sunt ea quæ successoriè atque interrupte leguntur, videlicet.

Beneventanæ Ecclesiæ considerantes ad ejus jus, & proprietatem revocamus, atque in perpetuum subdimus, & tradimus, Videlicet Ecclesiam sancti Michaelis in Monte Gargano positam, & ipsum Castellum ubi jamdicta sacra, & venerabilis sita est Ecclesia, atque Sipontinam Ecclesiam cum omnibus justitiis sibi legaliter pertinentibus, Lucerinam, Asculum, Bovinum, Larinum, Triventum, sanctam Agatham, Avellinum, Quintumdecimum, Arianum, Vulturanum, Thelesiam, Alifem, Sessulam, Lesinam, Termulum, simulque duas Abbatias sanctum Petrum de Duddi, atque sanctum Joannem situm juxta Portam auream cum singulis proprietatibus, justitiis, Parœchiis, seu diœcesibus suis, nihil excipimus, sed omnia, sicut justitia eorum est, huic jam sæpe nominatæ Ecclesiæ Beneventanæ in honorem S. Dei genitricis Mariæ dedicatæ, ubi pretiosissimum corpus Beatissimi BARTHOLOMÆI Apostoli requiescit salva auctoritate S. R. & Apostolicæ Sedis concessimus, ac irrevocabiliter in perpetuum confirmamus. Concedimus etiam fraternitati tuæ Pallii usum ad Missarum solemnia celebranda, scilicet, in festivitatibus Nativitatis D. & Apparitionis ipsius, & in Cœna etiam Domini, atque sanctæ Resurrectionis die Dominico, Ascensionis Christi ad Cælos, ac die Dominico sanctæ Pentecostes, in Natalitiis Apostolorum, ac Beatissimi Præcursoris Christi Baptistæ Joannis, in Assumptione B. M. V. in die S. Apostoli Bartholomæi, in Nativitate sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, & in consecrationibus Episcoporum, & in die consecrationis Ecclesiæ, & in natalitii tui die, sicut ab Antecessoribus nostris, tuis institutum ac largitum est antecessoribus; In secretario verò tua fraternitas pallio induatur .... Hoc etiam tibi concedimus, ut per singula loca, quæ ditioni Archiepiscopatus Beneventani subjacent, ubi ex antiqua legali institutione Episcopales sedes habentur, Episcopos canonicè constituas, & consecres, & quodcumque aliter quàm decuit, ac sacri præcipiunt Canones institutum est extirpes, & emendes, scilicet, tanquam peccatis exigentibus contra jura Canonum, & sanctorum instituta Patrum, dum omninò quidam perversa mente non metuunt, quod Episcoporum est proprium sibi usurpare, sacro ordini adscriptos, videlicet Clericos suæ ditioni subdendo de Episcoporum judiciis subtrahere, quod omnino detestamur, ac sub anathemate, perpetuo interdicimus Sed quidquid illud est quod ad Ecclesiasticum, atq; Episcopale pertinet officium infra totum Archiepiscopat. Beneventani, sicut superius præfinitum habetur, tuo regator atque

disponatur sano judicio. Omnia itaque quæ ad prædictum Archiepiscopum justè, & legaliter pertinent aut pertinere poterunt inquam inposterum sive Monasteria, seu Castella, Civitates, vel prædia cum Ecclesiis, & villis, vineis, sylvis, & omnibus sibi justè pertinentibus, tibi ac tuæ fraternitati Ecclesiæ commissæ tradimus, conferimus, & in perpetuum stabilimus Censentes itaque Apostolica censura decernimus, ac sub Divini judicii obtestatione atque validissimi anathematis interdictione contestamur ut nullus unquam successorum nostrorum vel alicujus dignitatis, seu potestatis quilibet homo aliquo temerario ausu audeat in prædictam Beneventanam Ecclesiam aliquam vim inferre, aut . . . , præfati Archiepiscopatus imminuere, detrahere, vel quocumque modo, seu ingenio subtrahere, invadere, vel alienare, sed sicut superius sunt taxata ita sibi perpetuo maneant inconvulsa, ut sancta Beneventana Ecclesia in honorem sanctæ Dei genitricis semperque Virginis inviolatæ MARIÆ dedicata, & ad Archiepiscopatus honorem à nostris antecessoribus sublimata, ac pretiosissimis sanctorum corporibus ditata, videlicet Bartholomæi Apostoli, atque Januarii Martyris, & Barbati Confessoris ejus: sedis gloriosissimorum Præsulum, ac reliquorum inviolabiliter Apostolicis privilegiis semper maneat dotata. Si quis autem, quod non optamus nefario ausu præsumpserit hæc quæ ad laudem Dei pro stabilitate, ac firmitate Beneventanæ Ecclesiæ constituimus, atque decenter decrevimus infringere, vel diminuere, aut quocunque modo aliter ad detrimentum præfati Archiepiscopatus statuere, quod molitus est adnichiletur; & anathemate perculsus divino pereat in æternum, nisi forte resipiscat. Conservator vero hujus nostri Apostolici Privilegii Apostolica benedictione refertus intra paradisi menia cum sanctis omnibus gaudeat in æternum.

L | E

O | P.

Datum 4. Idus Julii per manus Friderici Diaconi S. Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarii, & Vicecancellarii vicedomini Herimanni Archicancellarii, & Colonien. Archiep. Anno D. Leonis Noni Papæ 5. indict. 6.

Totum hoc privilegium integrum recitat Vipera in sua Chronologia p. 87. licet ubique mendis scatens, illudque desumpsisse opinor ex quodam transumpto ab autographo facto jussu Arnaldi Archiepiscopi anno 1334. & licet tunc temporis prædictum diploma integrum extaret, & nunc sit corrosum, libuit tamen nostro Cœlestino ex eo transcribere illa, quæ potuit & venerandas exuvias, ut ita dicam, illius summi ac vere sanctissimi Pontificis propriis manibus contrectare.

Ex hoc privilegio, ut etiam notat Vipera, deprehendi potest quænam fuerit ipsius Pontificis opinio de existentia corporis Beati Bartholomæi Apostoli apud Beneventanos. Sane cum Pontifex iste fuerit vicinissimus illis temporibus, anno videlicet millesimo, in quo asseritur Benevento Romam pretiosissimum illud corpus fuisse translatum, & aliunde idem Pontifex quodammodo se declaret relatum privilegium Beneventanæ Ecclesiæ concedere ex eo, quia in ipsa recondita sint corpora sanctorum Bartholomæi Apostoli, Januarii martyris, & Barbati ejusdem sedis gloriosissimorum Presulum, non video cur de contrario sit ambigendum, & eo magis, quia hoc eodem anno qui fuit 1053. ipse Leo Beneventi morabatur, nec verisimile est assertive pronunciasse illa verba de existentia corporum prædictorum, ni probè certoque ei de veritate constitisset. Sed, ut alibi dixi, videtur Mascambrunus, cui addenda censeo hujus privilegii verba,

A cum ipse illa non afferat, fortasse quia ei non fuit ad manus hoc privilegium, vel omnino ei incognitum fuit. De sancti Januarii corporis existentia itidem apud Beneventanos, cum nec ipsi hoc modo contendant, abstineo & ego. Historiam ejus translationis Benevento ad Virgilianum Montem, & hinc Neapolim fuse recitat Antonius Carriscciolus Neapolitanus Clericus Regularis, non semel, sed parce laudatus.

Anno 1058. sunt litteræ Stephani Papæ IX. sub datum sui Pontificatus ann. 1. indictione 11. ad hunc eumdem Valdricum, quæ cum sint ejusdem prorsus tenoris cum prærelatis Leonis IX. illas transcribere omisi: siquidem præter confirmationem Ecclesiarum Sipontinæ, Garganen. & aliarum iam sæpe dictarum, hic idem Pontifex asserit apud Beneventanos requiescere corpus Beati Bartholomæi, Januarii, & Barbati, quod ad corroborationem dico, nam cum hic Pontifex fuerit Abbas Casinensis, & valde vicinus, imo vixerit temporibus Othonis Imperatoris, probe poterat ei constare de
B translatione corporis sancti Bartholomæi Benevento Romam, si verè facta fuisset per eumdem Othonem.

Subscripserat autem Udoricus die scilicet 10. Julii Ind. 6. privilegio concesso à Leone IX ad favorem Monasterii S. Vincentii de Vulturno, ubi vocatur Huodoricus tunc noviter Beneventanus electus Archiepiscopus; testes cum ipso fuerunt, & subscripserunt Humbertus Sylvæ Candidæ, Petrus Amalphitanus Archiepiscopus, Amulgainus Ceneteosis Episcopus. Atenulfus Cajetanus Dux, & Landus Comes de Aquino, & Landulfus Comes de Tiano. Privilegium habetur in lib. 5. Chronic. ejusdem S. Vincentii. Hoc eodem Uldorico sedente, Nicolaus II. anno 1059. apud Beneventum in Ecclesia sancti Petri Synodum celebravit, cui interfuit Uldoricus, ut Chronic. S Vincentii de Vulturno refert in hæc verba.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

B *Anno Dominicæ Incarnationis MLIX. Mense Augusto initiante, Indictione 12. currente, Domino quoque Venerab. ac Reverendissimo Papa Nicolao II. in sacrosancta Beati Apostolorum Principis Petri sede anno I. Pontificatus sui præsidente. Quoniam scimus humanas mentes concupiscibilis esse naturæ, nec non oblivisscibilis, nec ita tenacis memoriæ, ut non egeant recordatione, dignum duximus consulere concupiscibili, & prodesse oblivisscibili, quatenus & meta imponatur ambitioni, & locus proprius auferatur oblivioni, scriptis videlicet enarando hominum acta, vel dicta, ne quandoque aliter procedant, quam rei veritas dictat. Unde quæ acta sunt inter Joannem venerabilem Abbatem Monasterii S. Vincentii super Vulturni fluminis fontes siti, & Albertum Monachum, atq; Roffredum Comitis filium huic chartæ tradimus, quia neutrum eorum à subjecta rei veritate deviare volumus.*

Igitur cum prædictus Dominus Nicolaus Papa apud Beneventum intra ipsam civitatem intra Ecclesiam
D *S. Petri juxta fluvium Sabbati Synodum celebraret, & cum eo nonnulli Archiepiscoporum, Abbatum, Monachorum, ac totius Ecclesiastici Ordinis, atque Laicalis, non parva multitudo resideret. In primis Dominus Humbertus, Bonifacius, Joannes Cardinales Episcopi, Desiderius Abbas, & Presbyter Ildeprandus Subdiaconus idest Cardinales, Voaldaricus Beneventanus, Petrus Amalfitanus Salernitanus, Sergius Neapolitanus, Joannes Surrentinus Archiepiscopi, Hieronymus, Albertus, aliique quamplurimi Episcopi; Landulphus Beneventanus Princeps, Robertus, Petrus, Gerardus Comites, & alii quamplures; assurgens Joannes præfati Monasterii Abbas conquestus est super denominatum Albertum Monachum dicens. Obsecro Domini misericordiam vestram, & omnium qui huic sanctæ Synodo intersunt ut faciatis mihi justitiam de Alberto Monacho, qui Cellam S. Vincentii S. Mariæ in Castanieto Monasterio nostro subripuit, ibique sibi nomen, & specimen officii Abbatis usur-*

patum, & in præsentia Papæ Leonis refutatum, ac sub interpositione perpetua anathematis contradictum testantibus venerabilibus viris Umberio Cardinali, Petro Amalfitano Vooldarico Beneventano Archiepiscopis, nunc iterum temerario ausu usurpavit, & ipsam Cellam jam dicto Monasterio violentee contendit, ipso vero Alberto assurgente, & si per Comitem, cujus ne hoc egerat defendere nitente, dum multa pars justitiæ sibi faveret, litteris distinctionis, & constitutionis sæpe dicti imperii dicendi Beatæ memoriæ Domini Papæ Leonis recitatis, & sacro sigillo munitis, atque testimonio prædictorum Venerabilium Archiepiscoporum confirmatis judicio totius synodi est diffinitum præfatum Albertum debere nomine, & officio male acrepto privari, & Monasterium Beati Vincentii perpetualiter investiri de jam dicta Cella omnibusque suis pertinentiis, quod & factum est, ipse namq; Albertus Monachus dictus Abbas, nomen, & officium Abbatis, atque Cellam per virgam in manu Papæ refutavit, & quia erat anathematicus ab omni alteris ministerio depositus, in potestate Abbatis est ad regulandum, & corrigendum datus. Prænominatus Iam Roffredus Comes, dum vellet sibi jus supradictæ Cellæ vendicare, relatis litteris Dom. Iam Papæ Leonis anno nuntiorum Imperatoris Ottonis testimon..... prædictorum Archiepiscoporum, Humberti videlicet Petri, atque Vandalrici convictus, nec non & anathematis mille aureorum nummulorum adjudicatur præfatam Cellam in manu Papę refutavit, seque suosque hæredes, quod per ea nunquam contra Monasterium B. Vincentii aliqua modo agerent perpetualiter suprapædicta pæna obligavit. His itaque gestis Reverendissimus Papa Ioannem Abbatem S. Vincentii eundem S. Marię Cella in perpetuum instituit. Omnes hujus investitionis, aut constitutionis violatores cum prænominata pęna perpetuo anathemate obligavit. Quod ut verius videatur, huic pagiaæ manu propria subscripsit, sua bulla insigniri jussit:

† Ego Nicolaus S. R. & Apostolicæ sedis Præsul confirmavi.

Ego Humbertus dictus Episcopus S. Ecclesiæ Sylvæ candidæ interfui, & subscripsi.

Ego Alfanus gratia Dei Salernitanus Archiepiscopus interfui, & subscripsi.

Sergius Archiepiscopus Neapolitanus.

Ego Joannes Archiepiscopus Surrentinus.

Ego Bonifacius dictus Episcopus S. Ecclesiæ Albanensis interfui.

Ego Vualdaricus Dei gratia Beneventanus Archiepiscopus interfui.

Ego Petrus gratia Dei Amalfitanæ Ecclesiæ Archiepiscopus interfui.

Hoc eodem anno 1059. Uldaricus item Concilio Romæ celebrato ab eodem Nicolao Papa II. interfuit, ac scriptus invenitur in codic. Vatic. signat. num. . . . .

Uldarici præclaram memoriam exhibet nobis ejusdem documentum ad favorem Abbatis s. Sophiæ contra Leonem Episcopum Dragonariensem de Ecclesiis s. Mariæ & s. Benedicti scriptum in Synodo ab eodem congregata in Cathedrali Ecclesia anno salutis 1061. anno Archipræsulatus Vldarici IX. in eo plura continentur scitu digna, adeoque dignum ut hic exscribamus ex Chron. ejusdem Monasterii s. Sophiæ p. 6. cap. 3.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi Domini æterni, & in nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Ego Uldaricus Domini gratia S. Beneventanæ Sedis Archiepiscopus, notum facimus omnibus fidelibus Catholicæ Ecclesiæ in nostra residentibus præsentia, cunctisque in gremio Ecclesiæ manentibus, Quoniam dum in sancta Ecclesia Catholica Dei Genitricis, & Virginis Mariæ nostri Episcopatus resedissem simul cum Dodone Episcopo, ac Vicario Domini nostri Summi Pontificis, & Universalis Papæ nostri Sanctissimi namine Nicolai, & Bernardo Coepiscopo, & Cancellario prædicti Domini nostri Papæ gloriosissimi, ibiq; residentibus cæteris Episcopis, scilicet, Civitatense, Florentinense, Garinense, Monte-corbianense, Bubianonse, necnon & Telesinense, & Alifaense, Bibinense, Frequentinense, cum Abbatibus, Sacerdotibus, cæterisque gradibus Ecclesiæ simul cum aliquibus laicis, ibique proficiscentibus ad sanctam Synodum, inter cætera, quæ in eadem Synodo dicta, & emendata sunt, Dominus Amicus Abbas Monasterii S. Sophiæ surrexit de sede sua, prostratusque humi humiliter, & reverenter cœpit reclamare, & quæstionem facere adversus Leonem Episcopum Dragonariensem, quatenus ipse contra Catholicam auctoritatem teneret duas Ecclesias: Unam, quæ nominatur ad S. Mariam constructam intra mœnia ejusdem Civitatis Dragonensis, unà cum juribus, & possessionibus earum Ecclesiarum, quoniam ipsas Ecclesias dicebat esse pertinentes, jam nunc nominato Monasterio: tunc ipse Leo convocatus, humiliter, & patienter adoravit eandem sanctam Synodum; interrogatusque quid inde diceretur, ipse Leo Episcopus cępit manifestare, & dicere, quatenus prænominatas Ecclesias cum omnibus illarum juribus legaliter, & justè prænominatum Monasterium S. Sophiæ debet tenere, & possidere, & rectè debent esse subjectę præfato Monasterio, & sibi Leoni Episcopo, & Dragonariæ Ecclesiæ dicebat nequaquam pertinere debere; nec ipse inde quicquam tollere, nec ullam invasionem contra præfatum S. Sophię Monasterium, aliquando, nec ullo tempore ipse fecisset, sed ab aliis invasoribus, atque raptoribus hoc nefarium facinus, atque sacrilegium operatum esse: Hoc audito placuit nobis, & sanctæ Synodo, ut ipse Leo Episcopus per pastorale pedum, quod ille suis propriis tenebat manibus renueret prædicto Abbati ad partem prædicti Monasterii jam dictas Ecclesias cum omnibus rebus, ac possessionibus ipsis Ecclesiis pertinentibus, & mox secundum nostrum, & sanctæ Synodi præceptum præfatas per pastoralem baculum renuit Ecclesias unà cum omnibus illarum pertinentiis, & dicens, manifestavit se: Ut neque Leo Episcopus, nec sui successores, neque pars ipsius jam dicti Episcopi aliquanto tempore de jam dictis Ecclesiis, & de illarum rebus, ac pertinentiis cum parte jam dicti Monasterii non causarent, atque contenderent, per nullam quamlibet inventam rationem: Veruntamen omodo, & perpetuis temporibus tam ipse Amicus Abbas, quàm ejus successores, seu & pars jam dicti Monasterii, jam nominatas Ecclesias cum omnibus earum possessionibus, & rebus, tam quæ modo habere, & possidere videntur, seu quam & omnia illa, quæ in antea per illos, & suos fideles ipsis Ecclesiis dederit, firmiter habeant, necnon & possideant, juxta textum de nomine illius Monasterii, & de jam dictarum Ecclesiarum continentiis & pertinentiis, unà cum infestus, atque superius, & cum aquis, & cum viis, & anditis suis, omnibus suis pertinentiis sine aliqua contradictione, jam nunc dicti Leonis Episcopi, ejusque successorum, seu à parte jam dicti sui Episcopi, sed sine cujuslibet requisitione ab illorum partibus. Propterea per consensum omnium, qui in ipsa sancta Synodo resederunt, confirmavimus juxta institutionem sanctorum Canonum jam dictas Ecclesias cum omnibus earum rebus, & pertinentiis, ut præfatum S. Sophiæ Monasterium habeat, atque possident, nulla violentia ab aliquo sibi ingerenda: Et ut cuncta, quæ superius leguntur in perpetuum recordentur, & conserventur, annulo nostro hoc præceptum insigniri jussimus, nostrisque manibus ibidem annotavimus, & subscripsimus; Datum per manus Joannis Clerici in Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1061. & nono anno Pontificatus Domini Udalrici pissimi Pontificis, Mense Junio Indict. 14. feliciter admodum: Ego qui supra Uldaricus. Ego qui supra Dodo Rosselinus Episcopus interfui, consensi & subscripsi. Anno sequenti 1062. Mense Julii, Uldericum alteram Synodum suorum suffraganeorum congregasse docet documentum ejusdem Chronc. S. Sophiæ ad favorem Sophiani Monasterii, contra eundem Leonem Draconariensem Episcopum quod infra integrum damus in Draconariensium Episcoporum serie. Ad.

hucusque annorum Ulderici memoria extat, quo autem anno mortalitatem expleverit, incertum, tametsi, ex Aurelii successoris, qui florebat anno 1071. ante annum hunc creditur obiisse.

Nec prætereundum, quo Vuldarico Præsule ad cœlum evolavit Leo IX. Pontifex Max cui post obitum cum multis claruisset miraculis Beneventanus Populus sanctissimo viro, & de ejus Civitate benemerito ejus nomini intra Civitatis mœnia Ecclesiam ædificarunt, & quolibet anno solemni ritu ac fastu eam incolere cœperunt, cujus & causa ejusdem & miracola aliquot in Beneventana regione meritis illius patrata literis consignari fecerunt, quæ cum in antiquissimo codice literis Longobardicis exarata in Biblioth Beneventana invenisset noster Cœlestinus fideliter transcripsit, mihique transmisit, ut ad augendam pietatem hoc in loco lectoribus exhiberemus, quod libenter fecimus cum in iis aliqua contineantur, quæ ab aliis, qui vitam sanctissimi Pontificis literis demandarunt omissa fuerint. Auctor Anonymus est, & Leonis Sinchronus.

Vita, & obitus S. Leonis Papæ IX.

Ex codice antiquissimo Bibliothecæ Beneventanæ litteris Longobardicis exarato.

Anno millesimo quinquagesimo quarto ab Incarnatione Dom. nostri Iesu Christi indictione 7. secundum Arnicam 13. Kal. Maias. Depositione exultemus B. P. nostri Leonis Papæ IX. regnante Henrico Imperatore Filio Conradi Imperatoris Romæ.

Ad laudem, & gloriam Domini nostri Salvatoris Jesu Christi, & Leonis Papæ certamus hunc intimare laborem certaminis, quod oculis nostris vidimus, omnis Presbyter, & Diaconus, & cuncti Catholicis Romanæ Ecclesiæ. Sæpe vidimus in ejus vita multas eleemosynas largientem hospitibus, pauperibus, civibus, & peregrinis, itaut thesauros Ecclesiæ, & cuncta quæ habere poterat, plurimam partem viduis, & orphanis & Deum timentibus erogaret, propterea Romanorum perfidia, contra eum murmur, & bella suscitabant.

Verum ut inexpugnabilem murum suæ Ecclesię Dominus contra dementes hæreticos erigeret huic viro in litterarum studiis . . . . . Iste almificus Pręsul Leo humilibus suaviter blanditus est. Iste superborum colla confringens, iste derogatoribus suæ vitę necessarium victum subministrans, virginitatem prędicans, matrimonia casta defendens, ubicumque exemplis omnium studia erga se etiam gentilium convertit. Ex multis tamen pauca hujus sancti viri in medium proferamus, & præcipuè ea quæ imminente ejus morte acciderunt.

Post multos igitur labores, & ærumnas post periculosa bella, terroresque, & insidias, quæ cum matris Ecclesia persecutoribus pro ovibus sibi commissis gesserat, quinto sui Pontificatus anno gravi detentus infirmitate, convocatis ad se diversarum diœcesum Episcopis, diversisque Ecclesiastici ordinis viris, ait ad eos. Fratres coepiscopi inquit, mei, & matris filii Ecclesiæ, ac corporis mei intima viscera quibus Dominus Ecclesiam suam regendam tradidit, & ligandi, atque solvendi dedit potestatem. Vobis Dominicus grex commissus est, quamobrem vos enixe deprecor, quatenus memores evangelici sermonis, qui ait, Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit, scientes quod talentum suum multiplicatum fœnerator ipse non dimittet super gregem suum sagaciter vigiletis, ovesque vestras ab incursibus luporum viriliter defendatis. Quã excusationem ergo fratres charissimi habere poterit qui Dominicam ovem, quam ipse Dominus humeris suis dignatus est ponere, negligenter perdiderit. Vigilate, itaque precor, & cujus estis dispensatores ostendite, me quoque quem Dominus indignum suæ Ecclesię B. Petri Vicarium fecit, vestræ fraternitati commendo; nam meæ resolutionis prope est tempus, Dominus enim me de hac vita vocare dignatus est. Nocte siquidem præterita celestem patriam in visione vidi, cumque obstupescerem, ostensi sunt mihi inter cætera fratres illi, qui in Apuliæ finibus pro Christi Ecclesia occisi sunt inter martyres coronati, qui cum mihi una voce dicerent Veni, & mane nobiscum, per te enim hanc recepimus beatitudinem: ex alia parte vox quædam intonuit dicens, Nequaquam nunc, sed infra triduum huic sociaberis collegio, hic est locus tuus, & sedes parata. Dum hæc, & his similia persequerentur cives superni, sancta visio recessit, quamobrem triduo me fratres precor sustinete; & quod dico indubitanter de me videbitis. His dictis præcepit cunctis, ut recederent, suisque necessitatibus providerent, erat enim prope non. Accepta itaque licentia quidam abierunt, alii vero quibus ferventior inerat amor eadem nocte cum eo perseverantes permanserunt, qui postea cæteris referebant dicentes, illum per totam noctem solo tenus prostratum in oratione permansisse; mane autem facto convenientibus cunctis vir venerabilis sarcophagum quod sibi præparaverat, & se quoque in loco deferri in Ecclesiam B Petri præcepit. Quod videntes Romani æstimantes illum mortuum esse Lateranense adeunt Palatium, quatenus more solito omnem illinc diriperent supellectilem. Sed tanta fuerunt sancti merita, ut nulli quidem intrandi permitteretur facultas. Interea Venerabilis vir cupiens jam dissolvi, & esse cum Christo, cunctis qui aderant salutifera verba, & omni dulcedine plena non cessabat proferre. De quibus disputare per singula, quia ad alia festinantes tendimus miracula enarranda, abstinemus. Cumque finem fecisset loquendi intuens signum salutis magis quàm antea, precibus effusis, omnibus qui aderant absolutione facta delicta dimisit, si tamen ejus præcepta quæ superius dederat observare curarent.

His ita peractis intuens in cælum iterum fudit orationem. Domine, inquit, Jesu Christe, qui solus es pastor bonus, & cui omnis creatura deservit, tu dixisti quærite, & invenietis, petite, & accipietis, exaudi me propitius famulum tuum pro Ecclesia tua cui indignum me vice Apostoli tui Petri præesse voluisti. Tibi Domine eam commendo, illam defende inexpugnabili muro tuæ protectionis, & ab ea repelle omne schisma, omnemque hæreticorum perfidiam, quatenus tibi vero Deo fideliter serviant: custodi & protege eam ab omnibus inimicorum insidiis ne dedigneris pro qua sanguinem tuum pretiosissimum fudisti. Si quos etiam pro tua fide ligatos, vel excommunicatos ab ea crudelius separavi, tu clementissime precor absolve.

Cumque complesset orationem, tantæ suavitatis odor de B. Petri altari exire cœpit, ut cuncta superare viderentur aromata. Transacto deinque unius horę spatio præcepit sibi panem, & vinum afferri, quibus oblatis gratias agens benedixit, & comedens quantum tribus vicibus potuit ore suscipere, reliquum cæteris pro benedictione distribuit. Quo facto pervenit ad tumbam quam in Ecclesiam deferri præceperat, quam intuens lacrymabiliter: Videte, inquit fratres mei, quam vilis, quamque fragilis, & transitoria sit humana gloria. Videte inquam, & unusquisque vestrum, qui in fragilis mundi fulget honoribus, me semper in exemplum, & præ oculis habeat. Considerate omnes quam versatilis sit humanæ sortis conditio. Ego qui ex nihilo propemodum ad humanæ gloriæ fastigium evectus, ab hoc nunc iterum fere ad nihilum sum redigendus, Cellam quam Monachus incolui in spatiosissima palatia jamdudum vidi conversam, modo ad hujus sarcophagi angustias iterum est remeandum. Respicite inquam quomodo post splendidas vestes aranearum telis sim cooperiendus, & jam jam in vermium escam destinandus. Hodie vobiscum caro, & sanguis sum, cras convertar in cinerem. Deinde ad sepulchri lapidem conversus flebili admodum voce hæc verba protulit. Benedictus sis inter lapides. Benedicat te qui te ex nihilo fecit, & meæ terrę ac corporis voluit esse custodem Sis precor mihi fidissima Petra, ut quemadmodum supra Apostolicum lapidem suam firmavit Christus Ecclesiam, sic mihi contingat usque ad diem judicii te meorum ossium fidum habere custodem, ut in die illa cum districtus Judex venerit,

nerit, meo at tuo me reddas creatori. Hæc illo dicente omnis quæ adſtabat multitudo converſa eſt in planctum. Quibus ille ait: Sufficit inquit fratres mei quod hucuſque hodie mecum perſeveraſtis; Ite jam unuſquiſque ad veſtra, & cras mane ad me venite, ut quid futurum ſit videatis. Dictum factumque eſt. Ipſe verò nocte in oratione proſtratus totam duxit inſomnem. Hora autem appropinquante matutinali, cadentibus de cælo jam ſtellis, ipſi qui aderant labore, ut in tali negotio fatigati, & vigiliis ſomno irruente partè dederunt membra quieti. Quibus nec vere vigilantibus, nec omnino dormientibus apparuerunt duo viri in veſtibus albis cum eo loquentes, & neſcio quid ſcribentes. Cum autem illi qui aderant ſubtiliter perquirerent quinam eſſent illi qui in tali hora ſuo moleſti eſſent Domino, in ipſa oſtenſum eſt eis viſione illos Apoſtolos Petrum, & Paulum fuiſſe.

Interea ſol apparuit terris, & delectabilis viſio recepta eſt in cælis. Mane igitur facto convenientibus cunctis, venerabilis vir diem præſtolans extremum in Eccleſiam Beati Petri ſe iterum deferri præcepit. Quod cum factum eſſet proſtratus ante altare diutius cum lachrymis ſecum oravit. Completa igitur oratione ſuum rediens ad lectum, commonere populum prout poterat non deſinebat, ſed quia hora extrema jam appropinquabat, convocatis ad ſe Epiſcopis confeſſionem fecit, ac ſignum crucis ſibi imponens, cæleſtibus Sacramentis ſe munivit. Qua facta, ſilentium petens ut parum quid ſomni acciperet in lectum caput declinans, hora quaſi dimidia quievit, atque in ipſo pacis ſomno illa ſanctiſſima anima carne ſoluta eſt. In cujus obſequio Beati Petri cymbalum à ſemetipſo, nullo cogente, ſonare cœpit.

Altera igitur poſt ejus abitum die quædam mulier Dæmonio plena de longinquis partibus ad limina B. Petri & Pauli adducta eſt, cumque ad Beati Leonis tumulum duceretur, inter cætera per os ejus Dæmon clamavit dicens, O Leo, o Leo cur me de ſede mea catenis igneis retrahis? Unde unus de circumſtantibus Epiſcopis ait ad eum, adjuro te per verum æternumque Deum ac Judicem, ut dicas mihi ſi Leo de quo dicis, cum Sanctis veraciter ſanctum poſſideat locum. Cui Dæmon tanto contriſtatus ſacramento mentiri non audens licet invitus, reſpondit: Verè inquit inter Sanctos coronatus ſanctum, ac venerabilem obtinet locum, per quem de hac quam novem annis, & menſibus duobus poſſedi domo vobis videntibus ſum ejiciendus.

Cumque hoc dixiſſet una de circumſtantibus mulier audacior cæteris, ut mos eſt fœminarum, dedita verboſitati in hujuſmodi ferè deridens prorupit verba. Quacunque hora Leo ejecerit de corpore iſto Dæmonia, ego Regina ero, & inſuper eos quos ipſe interficere fecit ad vitam revocabo. Mira Dei virtus! vix hæc locuta fuerat cum Dæmon altera dimiſſa eam crudeliter vexare cœpit. Sicque factum eſt, ut quæ ad Sancti corpus ſupplex venerat, recepta ſanitate ſoſpes ad propria remearet, quæ vero verba deriſoria proferre eſt auſa, meritam incurreret pœnam, & juſto Dei judicio alterius jam liberatæ inde aſportaret mala. Ex eo tempore Leonis nomen claruit, & ingens timor univerſos invaſit. Sed quis Beati Leonis cuncta voleat evolvere miracula, qui hoc perficere connbitur, prius eum tempus deſinet, quam materia. Hoc tamen unum quod dicturus ſum de multis reticeadum eſſe non arbitror.

His igitur peractis populus perſeverans jam aſſueta Leonis expectabat miracula, & quod devota præſtolabatur mente perpetratum ſine mora conſpiciebat in opere. Nam eadem fere hora Dæmon per os mulieris, de qua jam dictum eſt, clamare cœpit, ac dicere: Heu heu Leo, cur iterum de hac domo me ejicis, nonne te eam mihi donante poſſidee? Cur tamen cito mutaris? nimis turpe eſt, quam jam dudum dediſti tam cito mutare ſententiam. Tunc unus de Epiſcopis adjurans eum ait. Quomodo ſcelerate ſcis quod hodie ſis ab hac muliere revocandus, & ejiciendus? Cui Dæmon reſpondit, Qua hora inquit heri muti linguam reſolvit cum Marco, & Martino Frequentinenſis ſedis Epiſcopo Beneventum perrexit, atque eiſdem comitantibus Apuliam petens in locum quo pugnatum ab eo jam fuerat cum inimicis devenit: nunc autem huc properat, quatenus me hinc ejiciat: tunc Epiſcopus nihil indiſcuſſum relinquens ſubjunxit. Quonam igitur ſigno eorum poterit deprehendi adventus? Cui Dæmon, in ea quam ad altare pendere videtis lampade, & his dictis conticuit. Tranſactis itaque duarum ferè horarum ſpatiis odor mirus factus eſt per totam Beati Petri Eccleſiam, ac videntibus cunctis, supramemorata lampas altius ſolito ex ſe aſcendere cœpit, & in ea tria luminaria apparuerunt ardere. Quo facto Dæmon ejulans, mulierem aliquantiſper vexare cœpit, & ut prædixerat adveniente Leone ſuum in ſe retorquens furorem nuſquam comparuit.

Longe itaque divulgata fama miraculorum Beatiſſimi Leonis, Beneventi cœpta eſt ædificari ad ejus honorem Eccleſia, ut quem Beneventani cives vivum à Normannis carcere detentum adſpexerant, jam mortuum, & ſpatiis cæleſtibus perfruentem venerarentur. Interea accidit ut Nicolaus quidam de Caſtello Mollintana, & Berardus de loco Carrara, quorum alter perdito brachio dextro, retractis poplitibus, & nervis, alter vero frigus, & febrim uſque ad dyſenteriam paſſus, cum uterque ſe deferre feciſſent ad prędictam Eccleſiam, quæ conſtruebatur Beneventi, illico omnium judicio deſperatam recuperarunt ſanitatem.

Ruſticus quidam ex oppido Ordonum cum annualiter votivè feſtum Beati Leonis excoleret, contigit ut præ nimia oppreſſione laborum quos in agro gerebat, die Dominico quando feſta annunciantur populo minimè Eccleſiam adierat. Erat autem dies feſtus S. Leonis in quinta feria ſequenti, quod præd. ruſtico erat incognitum. Ille itaque valde mane ſurgens ſumpſit ſecum unum puerulum quem filium unicum habebat, & ſecurem noſtrumque foſſorium, mox ut applicuit ſuo agro, dimiſit prædictum puerulum filium ſuum ad ſarcinam, illo vero fodere animi cœpit, ex alia parte lupus ore aportatulit filium ejus puerulum, & fugam arripuit; quod à longè cernens pater, currere poſt lupum cœpit hæc clamitans: O ſancte Leo Patrone mi, adjuva me nunc in præſenti, & redde mihi unicum filium meum, quæ via loquutus fueras cum ecce lupus dimiſit puerum ita illæſum, ut in veſtimentis nec veſtigium quidem appareret dentium lupi in ea parte qua eum lupus arripuerat. Reverſus itaque Ruſticus ad oppidum hæc omnia narravit, ſentienſque eam ipſum diem eſſe anniverſariam in memoriam Beati Leonis, voto ſe adſtrinxit vota ad eam quotannis ſolemniter cuſtodiendam, ſicque nedum Beneventi, ſed per totam Apuliæ oram celeberrimum evaſit Leonis nomen, Deo ſic diſponente, ut hi in eiſdem locis in quibus paucis ante annis profligato ejus, & Eccleſiæ exercitu ipſe captivus detentus fuerat, poſtmodum ingruente miraculorum ejus fama iidem qui adverſus eum ſteterant in prælio ſupplices, & venerabundi ejus memoriam excolerent, & magis ac magis erga ſanctam Eccleſiam fideles ſe præſtarent ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, cujus nomen per cuncta ſæcula ſit benedictum. Amen.

6 AURELIUS Beneventanus Archiepiſcopus VI. quem vixiſſe ann. 1071. conſtat ex inſtrumento à Vipera relato Bibliothecæ Beneventanę faſc. 5. inſtrumentorum num. 23. licet ab eodem citetur num. 15. in eo ſiquidem leguntur inter cætera hæc verba. *Quam . . . & ortum ipſe bonuſomo ſa Beneventana civitate tenet à parte Aurelii Archiepiſcopi hujus ſanctæ Beneventanæ ſedis.* Unicum hoc monumentum de Aurelio invenitur, ex quo habetur eum circa hæc tempora vixiſſe. Eſt tamen notandum in hoc inſtrumento præfigi annum Dominicæ Incarnationis 1071. & annum itidem Principatus Pandolphi Capuani, & Benevent. Principis, cum prius omnia inſtrumenta notarentur ex anno Principatus regnantium Principum. Cum itaque jam dictum documentum prænotetur factum in anno trigeſimo quarto Principatus Landolphi, & decimo Pandulphi ejus filii, libuit hic tranſcribere LVII

A Privilegium quoddam ab iis Principibus concessum Abbati, & Monasterio sancti Lupi. & Zosimi Ordinis sancti Benedicti intus civitatem Beneventanam; quod ipsi Principes promulgarunt anno vigesimo nono, & quinto eorum Principatus, qui, ut ex supputatione liquet, fuit salutis 1066. tametsi hoc privilegium sit adeo lacerum, ut vix pars parti cohæreat; tamen quia existimo illud fuisse ultimum, quod Beneventani Principes concesserunt, veluti monumentum pietatis. qua religiosissimi Beneventani Principes erga D. Benedicti institutum mirifice præluxerunt omni adhibita diligentia illud suppositis chartulis glutinatis, quoad potuit in meliorem formam redactum, ut commode legi possit, etsi, ut mos erat illorum temporum, latinitatem rudem dissonamque præ se ferat. Utcumque illud sit hic subjicio.

In nomine Domini Salvatoris nostri Jesu Christi Dei æterni

B *Landulphus, & Pandulphus filius ejus Divina ordinante Providentia Longobardorum gentis Principes.*

Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum suorum omnibus justa petentibus clementer faveat. Igitur omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet ac futurorum agnoscat solertia Azzonem Venerabilem Abbatem Monasterii sanctorum Confessorum Lupuli, & Zosimi quod constructam esse videtur intus novam Beneventanam civitatem per Roffridum Comitem dilectum nostrum parentem, nostram adiisse à Deo protegendam principalem dignitatem, deprecans ut pro augmento prædictæ scilicet Ecclesiæ, nostræque patriæ salvatione concederemus, atque confirmaremus in præfato Monasterio in quo ipse constitutus est Abbas, atque regimen tenere videtur ad perpetualiter habendum, ac possidendum cuncta qualiter hic inferius declaratur jure quieto, de quibus etenim requisivit nostram Celsitudinem, ut in eodem Monasterio pro perenni cuistione, ut mos est antecessorum nostrorum Principum munitionem exinde fieri juberemus; Denique ne quando invalida fieret postulatio, ejusdem petitionibus usquequaque assentientes ex ipsis petitionibus in

C *ipso sacro Cœnobio hos nostræ munitionis apices fieri præcepimus, per quos videlicet omnino sancimus & principaliter per præsens hoc nostrum roboratum præceptum concedimus, atque confirmamus eidem Monasterio sanctorum Confessorum Lupuli, & Zosim. omnia quæ à Regibus, vel ab antecessoribus nostris Principibus, vel à Ducibus in eodem sacro Cœnobio concessa sunt, vel confirmata, sive per præceptum, aut per monimina vel rationes, aut undecunque, vel quomodocunque in eodem Monasterio pertinentia esse videntur totum, & in integrum illud in eodem vener. loco concedimus, & confirmamus, & ad semper habendum, atque possidendum iterum concedimus. & confirmamus in eodem sancto, ac Venerab Monasterio omnes res, & fundationes quæ fuerunt de hominibus, qui ex hoc sæculo absque hærede migraverunt de quantum conjunctum est cum hæreditate prædicti Cœnobii, & de quantum infra fines de jam dicta hæreditate prædicti Monasterii esse videtur una cum ipsa monimina, & hæreditates, cum quod supra in eundem locum confirmavimus, quam & illas res, &*

D *fundationes quas ipsa munimina ejusdem Ecclesiæ continent, unde pars ejusdem Monasterii . . . . . non habens, ut licentiam, & potestatem ab eorum Rectore ipsius Monasterii cum ipsa munimina causare, & ad legem ostendere, & omnem definitionem cum ei facere absque cujuslibet molestatione, & rebus ipsis ad partes ipsius Monasterii. . . . . . concedimus, & confirmamus in eundem Venerab locum integram Ecclesiam vocabulo sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, quæ constructa est foras hanc Benevent. civitatem, quæ vocatur Bujanum propinquo ipso vivarium quod in eundem . . . . Maghenolfus Comes, atque puerulus filius Tudoaldi una cum ipsum molinum, & locum de . . . . molinum qui ibidem ædificatum fuit, & cum aqua de eodem molino, & omnem ordinem de eodem molino . . . .*

. . . . .

Necnon & concedimus, & confirmamus in eodem Monasterio integram Ecclesiam vocabulo sancti Marciani, & S. Bartholomæi, quæ ædificatæ sunt in Monte qui dicitur

A *Macela Godini in finibus de supradicta civitate Bujano, una cum omnibus ipsis rebus, & molino qualiter prædicto Monasterio sunt pertinentes . . . .*

. . . . .

. . . . .

. . . . . ejusque Rectoribus illa omnia habeant. ac possideant sine alicus Comitis, Gastaldei, seu judicis Reipublicæ, vel cujuscunque hominum aliqua contrarietate, & ut nullus ex prædictis omnibus quippiam invasionis, aut contrarietatis in supradicta nostra concessione, atque confirmatione parti ejusdem Monasterii ullo unquam tempore præsumat, sed à præsenti, & deinceps perpetuis temporibus prædicta omnia partem ejusdem Monasterii, ejusque Rectores illa omnia habeant, ac possideant præsentes apices scribi mandavimus, & anulo nostro sigillavimus.

B

L
A
I
Signum ND — O — L *Domini Landolphi gloriosi Principis.*
I
F
V
S

Ego . . . . . . & scriba ex jussione prædictæ potestatis scripsi.

Datum . . . tertia mensis Septembris in anno vicesimo nono Principatus Dom Landolphi gloriosi Principis, & quinto anno Principatus Dom Pandolphi magni Principis filii die sabbati quartæ Indictionis.

Hoc diploma expeditum fuisse a Landulpho ultimo Beneventano Principe liquet ex eo quod nullus alius hujus nominis Princeps viginti, & novem annis regnaverit, filium ejusdem nomine Pandulphum sibi associaverit in Principatu, quem tamen necesse est ante patrem obiisse cum ob successionis defectum extiterit ipse ultimus Beneventanorum Princeps. Regnare cœpit Landulphus hic ultimus anno Dominicæ Incarnat. 1037. & vixit usque ad 1079. &

C sic in totum regnavit annis 39. ex quo numero facile erit colligere quonam anno hoc privilegium concesserit, nimirum anno 1051. cui anno æquè correspondent anni 29 sui principatus, & quarta Indictio ut videre est apud Baronium hoc eodem anno.

Hodierno vero tempore hæc Abbatia est unita Capitulo Beneventano prout eam univit Nicolaus V anno 54. ut ex ipsius bulla, quæ servatur in Bibliotheca Beneventana in fasciculo.

Quo vero anno obierit hic noster Aurelius ignoratur; potest tamen probabiliter credi usque ad annum 1075 vitam protraxisse, cum anno sequenti sanctus Milo successerit.

7 S. MILO VII. Beneventanus Archiepiscopus LIX.
ex Arvernis in Gallia oriundus, ille idem qui literis, & pietate sanctum Stephanum Grandimontensis Ordinis Fundatorem erudivit. adlectus est Archiepiscopus in fine anni 1074. vel initio subsequentis 1075. ut liquet ex monumento ad favorem Monasterii S. Sophiæ scripto in Synodo ab eodem Milone

D in Cathedrali Ecclesia Beneventana habito anno 1075. sui Præsulatus primo, mense Maii Documentum nobis exhibuit sæpe citata Chronica S. Sophiæ part. 6. cap. 4 hoc modo conceptum.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi Domini æterni, & in nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis

Anno Dominicæ Incarnationis 1075. Domino Gregorio VII. Summo Pontifice Romano, secundo anno Pontificatus sui feliciter præsidente.

Cum Ego Milo Domini nutu Beneventanæ provinciæ Archiepiscopus, primo anno nostri Præsulatus more Ecclesiastico solemniter Synodali auctoritate in Basilica sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ agerem, una cum Godefrido Terosano Episcopo, seu cum Episcopis & Abbatibus ad nostram Diœcesim pertinentibus, pariter nobiscum venerabiliter residentibus, scilicet, Bernardo Agathensi, Alberto Bobianensi. Petro Guardiensi, Rutgero Civitatensi, Gilberto Telesinensi, Maanardo T. . . . Je-

ann:

anne nostræ Ecclesiæ Archipresbytero, Alberto Abbate S. Modesti, Laurentio Neapolitano, Savino Abbate sancti Lup.; nec non Domino Landulpho Principe, & Stephano Schuldachis, cæterisque nobilibus Beneventanis, cum pluribus pondus testimonii habentibus. Inter alia vero quæ hinc inde agebantur, & reservabantur, Madelmus Cœnobii sanctæ Sophiæ Abbas surrexit in medio conventus, & proclamavit super Episcopum Draconaris nomine Campo pro duabus Ecclesiis ad prædictum Monasterium sanctæ Sophiæ pertinentibus, quarum altera dicitur sancta Maria in Alcino; altera vero sancti Benedicti in eadem civitate sita: Ad hæc Episcopus Campo de hoc negotio requisitus, respondit; olim quidem majorumque nostrorum tempore illas prædictas Ecclesias duas ad præfatum Monasterium vere pertinuisse per quædam munimina; sed postea fuvata fuisse, & taliter jam dictas Ecclesias ad suum jus redactas fuisse, & usque modo iure tenuisse. Tunc prædictus Abbas protulit præceptum sigillatum, in quo continebatur, quomodo à nostro prædecessore beatæ, piæque memoriæ Vldarico Archiepiscopo confirmatum, ac testatum fuisse de illis duabus Ecclesiis ad prædictum monasterium sanctæ Sophiæ, ipsius monasterii Abbate Amico, nostræ, adversus Leonem tunc temporis Draconariæ Ecclesię Pręsidentem, in præsentia quidem Archiepiscopi Vldarici; & Dodonis Rossellani Episcopi, sed & Bernardi Episcopi, & Cancellarii sanctæ Romanæ Sedis Domini Nicolai Papæ Legati, aliorumque Episcoporum, seu Abbatum, qui Synodali tunc Conventui intererant. Cumque præceptum perlegeretur, Mainardus T. . . . Episcopus, & Adelphertus Archidiaconus, & Rofridus Diaconus, & Bibliothecarius nostræ Ecclesiæ, sed & plures alii boni testimonii viri responderunt, & consenserunt, & confirmarunt in præsentia nostra, ita verum esse, quemadmodum in principio legebatur, eo quod salva fide, sine ulla falsitate ita feliciter reminiscerentur esse: itaq; Episcopus jam sæpe dictus Campo præter suam existimationem, audiens, atque intelligens veritatem, & scriptis, & bonorum virorum testimoniis, nolens alia pro aliis obiicere, maximè in tali conventu, & quod non decet Episcopum, vel aliquem Catholicum virum in re vera, ubi non sunt quærere, ultra nihil habens, quod responderet, junctis audientibus, sicut justitia decebat Episcopum, vel aliquem catholicum virum; reticuit, ea se deinceps exturrem fieri pręcepit, atque promisit nunquam se amplius inde agere cum præd. Abbate, & successoribus, tantum reservata sibi Canonica, & Parochiali auctoritate. Præterea ergo nostra benevolentia omnib. quidem obnoxia, sed maximè Dominum timentibus, & domesticis fidei Comes in re mota decrevit in eadem Synodo cum omnium assensu secundum Canonum auctoritatem fieri præceptum ad partem prædicti Monasterii, & nostro sigillo corroborari, & propria manu signari, ac confirmari, simul cum prædictis Episcopis, & Abbatibus, omnique synodali conventu, ita ut in posterum sine ulla contradictione præsentium, vel etiam futurorum habeat, ac possideat prædictus cum suis sequacibus jure perpetuo prędictas Ecclesias cum omnibus hodie earum pertinentiis, & deinceps in futuro juxta textum, & auctoritatem præcepti à nostro prædecessore bonæ recordationis Vldarico Archiepiscopo de iis Ecclesiis ad idem Monasterium Canonico jure confirmati: nulla ratione Campo sæpradicto Episcopo, vel successoribus suis, vel quibuslibet personis calumniantibus deinceps, vel refragantibus.

Scriptum autem per manus Joannis Clerici, & Cantoris nostræ Ecclesiæ, mense Martio, Indictione decima quarta.

Datum vero per manus supradicti Rofridi Diaconi, atque Bibliothecarii, die videlicet Kalendarum Aprilium.

† Signum Milonis Archiepiscopi.
Ego qui supra Godefridus Teresanus Antistes.
Ego qui supra Bernardus Agatensis Episcopus.
Ego qui supra Albertus Bobianensis Episc.
Ego Meinardus T. . . . Episcopus.
† Signum crucis factum per manum supradicti Petri Guardiensis Episc.
Ego qui supra Joannes Archipresbyter.
Ego Sabinus Abbas.
Ego Rutgerus Civitatensis Episc.
† Signum crucis factum per manus supradicti Gilberti Telesini Episc.
Ego Robertus Florentinus Episc.
Ego Nicolaus Termolensis Episc.
Ego Azzo Lucerinus Episc.
Ego Vuilhelmus Larinensis subscripsi.
† Signum crucis factum per manus Abbatis Leopoldi Monasterii Domini Salvatoris de Telesia.
† Signum crucis factum per manus supradicti Alberici Abbatis.

Cæterum Milo, quem Vipera sanctitatis titulo illustrat brevis Pontifex fuit, ac piè obdormivit in Domino anno 1076. 23. Februarii, qua die colitur Beneventi, non tamen Ecclesiastico officio. Annus Milonis obitus elici potest ex documento Rofridi successoris mox exscribendo. De Milone pauca habet Joannes Bollandus tom 3. Vitæ sanctorum ad 23. Februarii in notis ad vitam sancti Stephani Grandimontensis, quæ aliqua indigent castigatione.

8 ROFFRIDUS ex Principibus Longobardorum patriæ sede nobilitatus est anno 1076. ut clare LX.
ostendit nobis ejusdem documentum pro monasterio S. Sophiæ scriptum in Chronic. 1078. ab Incarnat. 7. Idus Januarii, Indict. 15. (melius prima) sui Pontificatus secundo; ita in sæpe citata Chron. p. 6. c. 5. legitur.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Nos Roffridus humilis Archiepiscopus hujus sanctæ Beneventanæ sedis: Nostræ sedis enim auctoritas nos de Ecclesiarum statu sollicitos esse, quæ prava, atque obscęna sunt, emendare: quæ autem recta, & justa sunt confirmare: Constat igitur Comitem Gerardum in præsentia Domini Maynardi Tranensis Episcopi, & Herberti, ac Roberti filiorum ejus, unam Ecclesiam vocabulo sancti Benedicti, quæ intra nostram Diœcesim sita est, non longe à civitate Mabiona, pro redemptione animæ suæ, parentumque suorum monasterio sanctæ Sophiæ obtulisse, in quo Monasterio Madelmus venerabilis Abbas præesse videtur: Nos autem providentes quod melius ipsa Ecclesia, quam hactenus proficiat, ideo placuit nobis per hoc nostrum roboreum præceptum, eandem Eccl. cum omnibus suis pertinentiis, quam jam dictus Comes obtulit præfato Monasterio concedere, atque confirmare; ea ratione, ut amodo, & deinceps, & in perpetuis temporibus ipse venerabilis Abbas ejusdem Monasterii, & ejus successores potestatem habeant jam dictam Ecclesiam, una cum omnibus ejus pertinentiis tenere, & dominare, & Rectores deinde, ibidem ordinare, & amovere, & omnia ibidem agere quæcunq; voluerint ad commodum, & profectum sive utilitatem ipsius monasterii, & præfatæ Eccl. absque mea, vel meorum successorum, aliorumq; hominum aliqua contrarietate; Si quis autem hanc nostram concessionem irritam facere voluerit, volendo ipsam Eccles. vel de ejus pertinentiis eo eodem Monasterio subtrahere, eundem anathemate condemnamus, quatenus in futuro judicio æternæ pœnæ subjaceat: & in eodem Cœnobio sacro bonum facienti justus Judex æterna præmia largiatur: & ut hoc perpetualiter, & stabile permaneat, & ab omnibus observetur immobiliter, nosmetipsi propria manu subscribendo signo sanctæ Crucis illud corroboravimus, & sigilli nostri impressione insigniri præcepimus, & demandavimus, & sigilli nostri insignia appendi volumus, ac tibi Joanni Clerico, & Notario, atque advocatori sanctæ nostræ Sedis scribere ego quamvis indignus Archiepiscopus Roffridus taliter jussimus.

In anno scilicet Domini Incarnat. 1078. & secundo pontificatus mei anno, & 7. Idus Januarii, Indict. 15.

Ego qui supra nominatus Roffridus Archiepiscopus feliciter admodum.

Anno ab electione Roffridi primo, hoc est anno 1077. obiisse fertur Landulphus Princeps Beneventi absque liberis, ultimusque Princeps Beneventi fuit: Landulphum istum Principem fuisse filium Roffridi Archiepiscopi, docet ejusdem confessio in concessione facta ad petitionem Roffridi Archiepiscopi genitoris sui, ut in documento, quod refert Chronic. sanctæ Sophiæ par. 6. tenoris sequentis.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi Domini æterni, & in nomine Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis.

Landulphus divina ordinante Providentia Longobardorum gentis Princeps

Cum principali excellentia petitionibus dilectorum suorum, omnibus justa petentibus clementer admodum favet: quamobrem noverit omnium, scilicet præsentium, ac futurorum sagacitas, quoniam Dacomarius noster fidelis filius cujusdam Petri Clerici per Roffridum Archiepiscopum nostrum dilectissimum (1), amatissimumque parentem, ac genitorem, nostram accessisse à Domino protegendam principalem dignitatem, petendo, precandoque, ut concederemus, ac confirmaremus sibi, suisque hæredibus, amicis, atque cognatis omnia, & in omnibus, quæ, & qualia hic infersus declarantur, habenda, ac in perpetuum possidenda jure quieto; de quibus etenim à nobis petiit sibi fieri munitiones exinde à nobis, ut consuetudo, seu mos est ab antecessoribus nostris: cujus petitionibus usquequaque libenter assensum præbuimus, & hos nostræ munitionis apices inde eis fieri jussimus, per quos omnino sancimus perpetualiterque per præsens hoc nostrum coborem, firmatumque præceptum concedimus tibi ipsi Dacomario, tuisque hæredibus, ut licentiam, firmamque potestatem habeatis quantum esse volueris in Ponte marmoreo, quod dicitur de Leprosis, tam subtus eodem ponte, quam desuper eundem pontem, rumpere, ac confringi facere, & omne ædificium, ac laborem, omnemque vestram utilitatem, quam vobis utile, atque necesse fuerit in eodem ponte, tam de subtus, quam desuper facere faciatis, semperque illud ibidem habeatis absque ulla cujuslibet molestatione. Verumtamen, ut pro eadem ruptura, atque ædificio ipse, pons non decidat, & ædificium, atque labor ipse quem desuper ipsum pontem facitis, non sit contrarium ad carros oneratos cum lignis omnibus, & feno, qui inde transituri sunt; ac concedimus vobis habendam quomodocunque ad partem nostræ reipublicæ evenire debet de omni negotio per eundem pontem transituro: sed & concedimus vobis ipsi Dacomario, tuisque hæredibus viam illam publicam, quæ pergere videtur ab eodem ponte inter terram tuam, & terram Archiepiscopi hujus Beneventanæ civitatis, atque erga murum ipsius nostræ Beneventanæ civitatis, atque secus vallonem, unde aquæ de molendinis suis, & de aliis molendinis modo decurrunt, ut licentiam firmamque potestatem habeatis viam, ubi atque quantum volueritis cavare, ac cavare facere, necnon aquæductus inde derivare ad utilitatem de molinis suis secundum vestram voluntatem, liberumque vestrum arbitrium: omne prætenea ædificium, omnemque laborem, quem necesse habueritis, absque alia cujuslibet contrarietate, & pro eadem via, quam pro ipso vestro ædificio, atque labore juxta eadem, sicut sit catena, & murus, aut mœnia illa aliquando destinantur, liceat vobis inter ipsam catenam, & murum in eadem turri rumpere in terra in altitudinem, & latitudinem, in laxitudinem, & transforatum quantum volueritis, ut homines illi, qui de die in diem, singulis horis inde transituri sunt bene, necnon commode possint cum suis animalibus, cæterisque rebus quas habent, aut transtulerint, ac eorum omnibus utilitatibus transire; & eandem turrim, quæ jam nunc ad cadendam quasi posita est, liceat vobis restituere antiqua forma, ac statui, omneque ædificium, omnemque laborem, qui vobis placuerit ad vestram utilitatem, & commodum, & pro vestro libero arbitrio ibidem habeatis, & faciatis, & semper habeatis, cum via, & andito cum omnibus vestris utilitatibus, tam per scalas ipsius muri, quam & per andita illius muri; tantummodo sic habeatis eandem turrim omni tempore conciatam, ut ex ipso vestro ædificio, ac labore eadem turris non cadat: ea etenim sanctione cuncta hæc, quæ supra leguntur, nostra concessione, ac confirmatione tibi ipsi Dacomario, & hæredibus tuis illa omnia concedimus, & confirmavimus, quatenus amodo, & semper tam tu, quam hæredes tui, & quibus à vobis data paruerit, illorumque hæredibus illa omnia habeatis, ac possideatis, omniaque exinde faciatis quæcunque volueritis, vobisque placuerit sine ullius Comitis, Gastaldi, seu Judicis, vel Schuldachis nostri, aut cujuscunque personæ hominum aliqua contrarietate, vel molestatione, aut inquietudine à nemine ex hoc vobis in aliquo ingerente contrarium. Si quis vero contra hæc quæ supra legimus, lectitavimusque, quoquomodo agere, aut irritum facere præsumpserit, sciat se compositurum esse auri purissimi libras centum quinquaginta, medietatem nostro sacro Palatio, & alteram medietatem vobis, vestrisque hæredibus, & inposterum semper omnia illa, quæ suprascripta sunt in prænominata ratione vobis firma, & stabilia permaneant. Ut autem hæc nostra concessio, ac confirmatio ab omnibus verissime credatur, atque immobiliter observetur, scriptura propriarum manuum ea subter confirmavimus, annulique nostri impressione jussimus insigniri.

Carus Clericus, ac Notarius atque scriba ex jussione supranominatæ potestatis scripsit, in anno Dominicæ Omnipotentiæ Domini nostri Jesu Christi Incarnat. 1077. & 4 anno pontif. Domini nostri Summi Pontificis, & Universalis VII. Papæ Gregorii in sanctissima sede B. Petri Apostolorum Principis, & trigesimo nono anno principatus Domini nostri Landulphi gloriosissimi Principis de mense Januar. Indict. 15.

Actum in sacro Beneventanorum palatio, feliciter admodum.

Per mortem Landulphi Principis filii Roffridi Archiepiscopi, Principatus Beneventanos extinctus est, & serenissima Longobardorum Principum prosapia anno postquam sub Zotone primo Beneventanorum Duce regnare cœpit circiter quingentesimo. Ne pigeat quæso hic aliquantulum immorari, & veluti ex alta specula vicissitudines prospicere rerum, qualiterque ille Rex Regum, ad cujus nutum conceduntur, ac transferuntur imperia, sit suæ Ecclesiæ vigilantissimus custos, & suavi dispositione faciat cum fine collimare principium, quæ omnia quam concinne disposuerit in Longobardorum Principum serie, haud pigebit breviter demonstrare. Quid namque immanius e audiri potest illa devastatione Monasterii Casinensis à Zotone primo Beneventano Duce facta, cum etiam ipse sanctissimus Monachorum Pater Benedictus eam in spiritu prævidens ab immanitate, feritateque absterritus, vix salvationem animarum suorum Monachorum ab Omnipotenti Deo impetraverit, & tamen vix elapso sæculo certatim Longobardorū Proceres, & Magnates omnia eorum bona eidem Monasterio contulerunt. Quidni? & ut ita dicam omnes Monachi in Beneventana regione degentes sanguine erant Longobardico progeniti, ut ex eorum nominibus conjicere licet. Quot Monasteria Beneventi nedum, sed per totam circumjacentem oram funditus à Longobardorum Principum pietate sunt excitata? Sed omnibus aliis omissis ob oculus veniat omnium Monasteriorum in ea regione antesignanum sancti Vincentii scilicet ad fontes Vulturni amnis à tribus illis fratribus nobilibus Beneventanis Pado, Tato, & Taso ædificatum, de cujus magnificentia, amplitudine, jurisdictione (& quod omnium caput) sanctitate alibi plura enarravimus; ex unde-

(1) Ex hac Landulphi enunciatione filium fuisse istum Principem Roffridi Archiepiscopi asserit Ughellus, & ab Ughello desumens Sarnellius consentit. Nos vero, qui genesim Beneventanorum Principum tum apud Ughellum, tum apud Sarnellium observamus, ex ea clarissime apparet hujus Landulphi VI. patrem, genitoremque fuisse Pandulphum III. qui sceptri consortem filium adscivit an. 1038. cuique una secum adjunxit Pandolphum nepotem hujus nominis IV. an. 1056. qui anno 1059. in Monachum attonsus vale dixit sæculi pompis, mundique omnibus illecebris. Tertius inquam Pandulphus, genitor Landulphi, & Pandulphus IV. cum patre suo Landulpho cum imperasset usque ad an. 1074. in bello dimicans contra Saracenos gloriose occubuit, & solus Principatum tenuit Landulphus usque ad an. 1077. quo sine liberis mortuus est. Quid igitur Roffridum dicere parentem, genitoremque suum? Quid si constans ex allegati documenti textu de spirituali paternitate, spiritualique filiatione verba intelligenda esse censemus. Nec tamen in naturalem relicere; cum enim sexti Landulphi principatus exordia enumerentur ab an. 1019. & Roffridus vitam produxerit usque ad an. 1059. judicent modo cordati omnes; quid ambigendum facile est de tam lato, longoque [illegible]? [illegible]

ruderibus etiam, quæ hodie supersunt, coniici potest præclarissimi illius Cœnobii amplitudo, & priscæ fortunæ magnificentia: vix à lachrymis abstineri possunt illi, quibus datum est sacra illa rudera invisere, & vix pede calcare audent sanctum illud, ut vocant, Claustrum recenti adhuc post tot sæcula sanguine respersum sexcentorum Monachorum, quos una dies truculentia Saracenorum Martyrio coronavit. Sed proh dolor! omnia sunt diruta, vepres, serpentumque catervæ reddunt impervia. At ne in luctum vertatur cithara nostra, ad alia pergamus conceptum sermonem, & tanquam observatione dignum perpendatur illa divini numinis dispositio, qua evenit, ut quemadmodum Longobardi paulo post eorum in Italiam ingressum sanctissimum Pontificem Gregorium in urbe Roma obsederunt, variisque eum incommodis affecerunt, cunctaque Romanæ Ecclesiæ patrimonia deprædati sunt, sic postmodum quinto recurrente jam sæculo, sub alio Gregorio hujus nominis Septimo, id quod supererat Longobardæ dominationis sit extinctum, & civitas Metropolis Beneventana in potestatem Gregorii sit redacta; & ut miremur successorum conniventiam, uterque Gregorius Monachus fuit sancti Benedicti, & S. R. E. Archidiaconus. Verum extinctis Principibus tantum abest, ut civitas Beneventana antiquæ magnificentiæ cesserit, quin potius nova celebrique gloria sit adaucta, cum ad eam veluti ad tutissimum fidumque asilum inter sequentium temporum calamitates convolaverunt Romani Pontifices, adeo ut à Gregorio VII. usque ad Innocentium IV. vix duos, vel tres reperias, qui diversis ex causis Beneventum non adierint, ut suis in locis bene observat Vipera. Sed ad nostram seriem redeamus.

Roffrido Præsule anno 1087. Victor III. Beneventi Synodum celebravit mense Augusto, qua tempestate idem Roffridus Ecclesiam sancti Dionysii sitam extra castrum pontis sancti Anastasii Comitatus Thelesini solemni ritu dedicavit, & an. 1091. Urbanum II. excepit in Episcopio, ubi Synodum collegit adversus Guibertum hæresiarcham: eodem modo post aliquot annos Paschalem II. Beneventum venientem est veneratus, sub quo Vastallensi Concilio interfuisse Pandulphus Pisanus scribit in vita Paschalis: denique anno 1107. Indict. 1. die 7. Septembris cum sedisset ann. triginta unum, menses duos, & dies viginti, teste Falcone Beneventano in Chron. ex hac vita discessit. Quo anno Falconem suam describere historiam ab exordio novi Archiepiscopi, Roffridi successoris, convenientissimè suscepisse arbitratur Camillus Peregrinus in castigatione ejusdem Falconis.

LXI. 9 LANDULPHUS hujus nominis II. ad pastoralem hujus Ecclesiæ curam vocatur anno 1108. quem ordinatum scribit Falco à Paschale II. mense Decemb. Ind. 2. dum Beneventi Synodum celebraret: quod benè convenit cum donatione Landulphi facta Monasterio sanctæ Sophiæ, & alii Monasterio sancti Onuphrii, in qua an. 1113. salutis recensetur sextus pontificatus ejusdem. Donatio sic se habet in Chron. Sophiniana part. 6.

In nomine Domini Dei æterni Salvatoris nostri Iesu Christi, Domini æterni.

Cunctis omnibusque Catholicis viris Beneventanæ Diœcesis, Landulphus divina concedente misericordia Beneventanæ provinciæ, civitatisque Archiepiscopus, benedictionem.

Noverit omnium vestrum dilectio, fratrem venerabilem, honoreque dignum Abbatem, Prioremque Monasterii Beati Onuphrii, quod situm est in loco valdo de Mazocca una cum confratribus suis ejusdem loci per licentiam à nobis acceptam, ac consecutam, pro auctione, seu defcasione ipsius Monasterii obtulisse Domino in Monasterio sanctæ Sophiæ, quod locatum, atque situm est infra civitatem nostram Beneventanam, quodammodo gubernante Domino, quod & regere, necnon moderare videtur Bernardus Abbas venerabilis: integrum, videlicet, Monasterium ipsum, Bea-

A *ti Onuphrii, pariter, & cum Ecclesia sancti Michaelis Archangeli ibi propinquè sita, una cum omnibus tam Ecclesiarum, quam & aliarum rerum mobilium, ac immobilium ad supra nominatum locum pertinentibus, necnon & hominibus, & in eodem loco morantibus, & manentibus, secundum textum ejusdem oblationis, quam præfatus Abbas inde habet. Itaque ad rogum ejusdem venerabilis Abbatis, & religiosorum Fratrum Monasterii præfati S. Sophiæ virginis per præsentis scripti paginam (salva quidem nostræ sedis reverentia) concedimus, & confirmamus in eodem venerabili monasterio sanctæ Sophiæ integram oblationem præfati Prioris, cum omnibus suis adjacentiis, ea videlicet sanctione, ut amodo, & deinceps omni tempore, tam tu ipse prænominate Abbas, quam & tui successores eandem oblationem jam nominati Prioris integram habeatis, & possideatis in omnibus, secundum scriptæ oblationis continentiam sine ulla inquietudine nostra, vel nostrorum successorum (in hoc Benevent. Antistitis salva semper reverentia) Verum-*
B *tamen statuimus, ut in omni tempore venerabilis ille locus in ea religione, & habitu Fratrum semper conservetur, & permaneat, quemadmodum moderno tempore custoditur: Defuncto etiam Priore de Confratribus ejusdem Monasterii, ac loci, quem Fratres sibi voluerint Priorem habeant; quod si autem in eadem Congregatione talis qui dignus est non inveniatur, tunc de Confratribus S. Sophiæ Prior ibidem ordinetur, sic tamen ut eundem habitum, eandemque religionem, ac statutum suscipiat: si qua vero Ecclesiastica, sæcularisve persona contra hoc nostrum roboreum firmitatis præceptum egerit, aut agere attentaverit, à Christianorum fidelium congregatione segregetur, conservantibus autem sit pax, & tranquillitas Domini, ac Salvatoris nostri Jesu Christi. Quod Fransoni Clerico, necnon & Notario nostro scribere jussimus.*

Anno Dom. Incarnat. 1113. Pontificatus nostri Domini Papæ anno 15. Præsulatus autem nostri anno sexto mens. Junii, Ind. 6.

C *Ego Landulphus Beneventanus Archiepiscopus subscripsi.*

Ego Roffridus Diaconus, necnon & Biblioth. & Archipresbyter.

Ego Joannes Cardinalis; Ego Constantinus Cardinalis; Ego Hermannus Cardinalis: Ego Joannes Primicerius. Anno secundo Landulphi, salutis 1109. die 2. Novembris Thesaurus Ecclesiæ S. Mariæ nunc Metropolis igne consumptus est, & Comes Robertus 3. Kal. Sept. Ind...... concessit Landulpho & Beneventano Capitulo Ecclesias S. Vincentii in Oppido, & S. Petri in Communitate S. Agathæ. Concessionis exemplar extat in tabulario Biblioth. Beneventanæ, quod hic subjicio.

Divina ordinante Clementia Ego Rotbertus Comes, & filius Piæ memoriæ Ranulfi Comitis,

Domno Landulpho secundo Dei gratia Beneventanæ sedis Archiepiscopo.


in P. P. M.

D *Quia fraternam Charitatem, & pii amoris respectum circa Religiosa loca te habere decenter cognovimus, & Religiosorum Principum precibus paterna benignitate favere, ideo factum est, ut Ego præfatus Robertus Comes precum instantia, & supplicatione sedula requisitus tibi confirmare Ecclesiam sancti Vincentii in Oppido cum nonnullis aliis Ecclesiis, & hæreditatibus, suisque pertinentiis, sicut in nostro Privilegio obtento ab Antecessore vestro Venerandæ memoriæ Roffrido concessimus pertinentiam Ecclesiæ Beati Petri infra munitionem Civitatis S. Agathæ, & et dedimus pertinentiam quoque ejusdem Oppidi de Dominio Com. Rotberti, & militum, qui dant decimam Ecclesiæ sancti Vincentii, ea videlicet ratione, ut Abbas supradictæ Ecclesiæ obedientiam inde exhibeat exclusa quarta parte decimarum, & oblationum quas Sacerdotes ipsius oppidi, & casalium colligunt, & Synodalibus causis concessit omnia, ac confirmavit præfatus Archipræsul quæcumque eidem Ecclesiæ B.*

Petri

Petri ab Ecclesiastien, vel sæculari persona justè sunt oblata vel fuerint, & ut ista concessio præfati Archipræsulis firma, & illibata in perpetuum maneat, ipse ego Comes meo bona voluntate, & remedio animæ meæ, remitto Subdiaconos, Diaconos, Presbyteros qui uxores, vel concubinas publicè non habent quietos ab omni datione, vel publica exactione, & centum canistra hordei quæ de sylva mea dabantur ab hominibus de Monte sarculo, & ipse præfatus Archipræsul auxilium suæ protectionis circa Canonicos præfatæ Ecclesiæ tanquam circa dilectos filios paternæ charitatis affectum exhibere promisit.

Datum Beneventi anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MCIX. Pontificatus autem D. Paschalis II. Papæ 10. & Domini Landulphi sedis Archiepiscopo primo, & 21. anno Comitatus præfati Roberti Com. & 2. anno Comitis Rannulfi filii ejus bonæ indolis pueri Indict. 3. 3. Kal. Septemb.



Anno autem 1112. civilia bella Beneventi insurrexisse idem scribit Falco ad annum 1113. ob quæ multa, tam ipsi Civitati incommoda, tum ipsimet Landulpho Archiepiscopo obvenisse veraciter narrat, quæ digna sunt ut hæc verbatim recenseantur. *Anno, inquit, 1113.* (melius 1112.) *ut exigit temporum ratio, & 14. Pontif. supradicti Domini Papæ mense Martio 6. Ind.* (melius 5.) *Dominus ipse Apostolicus Civitatem Beneventanam variis prædatum persecutionibus ex omni parte oppressam aspiciens, & Civium bona à Normandis undique vicinantibus quotidie distrahi, & confundi cognoscens, consilio habito, Landulphum de Græca militem præstantem, & solertem Comestabulum Beneventanorum instituit, quatenus Deo adjuvante, & ipsius prudentia, Civitas à prædarum solita confusione, quæ sæpissimè imminebat, & à conspirationum seditione contra Dominum Papam crebrò erecta, secum in progenie, & progenie consisteret; cognoverat enim eum prudentem, & animosum, sagacisque ingenii virum, cujus auxilio & solertia necdum Beneventanorum populus sibi ad regendum commissus, verum etiam pleraque Longobardorum habitatio à Normandorum servitute affligentium eripi, & liberari confidebat; Erat quippe Landulphus ipse bellicosi spiritus, & minorum injurias non patiens, inimicis omnibus quotidie minabatur; Nam si quis inimicorum illi injuriam, vel prædam inferret, mori prius velle desiderabat, quam impunitus aliquo modo inimicus recederet. Quid plura? Landulphus ipse Comestabulus ex omni parte, virtute, & scientia redimitus colla nulli minantium flectere dignabatur. Cumque sicut prædictum est, Landulphus ille Comestabiliæ honorem à supradicto Domino Papa Paschali acciperet, videns Castellum, quod quidam Robertus, qui Flavus cognominabatur in monte Sabiesu construxerat, vir omnis malitiæ, & nequitiæ studio repletus, annuendo cum eo loquutus est, ut Castellum illud destrueretur. Ob Beneventanorum enim guerram, & inimicitiam Civitatis, Castellum illud Robertus ipse construxerat mirabile, valdeque laboriosum. Ex cujus Castri residentibus multa cives opprobria, damnorumque copiam perpessi fuerunt, ita quidem, quod quidam Concivium pro ipsius Castelli ædificio prædia, & possessiones, quas circa eundem montem habuerunt, perdidere. Castello itaque mirabiliter constructo illic residentes cum ipsius Roberti servientibus quandoque Beneventanos capiebant; quandoque, quod crudelius est, peregrinis vita cum eorum bonis auferebant. Prædictus igitur Apostolicus hæc Romæ audiens Robertum illum excommunicavit, donec Castellum illud Civitati contrarium delevisset, quod facere ipse Robertus contempsit; Quid plura? Landulphus ipse de Græca Comestabulus ordinatus, cum prædicto Roberto pactum incipiens ipse quod cum prædicto Papa facere noluerat, Castellum illum destruxit, & funditus delevit, duobus videlicet equis optimis, & ducentis solidis datis. Deinde Landulphus ipse Comestabulus pactum cum Comite Jordano sacramento affirmans, quotidie virtutibus, & laudis præconio attollebatur.*

Robertus itaque princeps, & Robertus, & Jordanus Comites Castellum illud sic destructum, & Landulphum illum Comestabulum de die in diem virtute, & divitiis repleri aspicientes, invidiæ zelo ex odio Longobardorum percussi, putantes se illius prudentia exhæredari, cum omnibus Normandis ex omni parte vicinantibus conjuravere, affirmantes se guerram Beneventi facturos, & prædam, donec Landulphus ipse Beneventanorum Comestabulus videretur. Sacramento ipso taliter confirmato innumeris cum militibus, & peditibus super Beneventum venerunt, duodecimo die intrante Mensis Augusti, & in monte, qui Guardia dicitur, die una tantum, ac nocte castrametati sunt, credentes, & illum ejicere, & Civitatem omnino depopulari, sed die ipso quo applicuerunt, bellum inchoantes, & superati sunt, & quidam eorum capti: Nocte autem insecuta, timore celesti, & Beneventanorum terribiliter commoti, more latronum per devia fugientes, existimabant se nocte ipsa à Beneventanis capi, & turpiter teneri. Ita quidem ut sicut ex ore eorum complurium narrantium auditum est, si Comestabulus ipse cum Beneventanorum, & militum caterva Ecclesiam S. Angeli ad Crucem transcenderet, vel vocis alicujus sonitus audiretur, & hostes, & hostium apparatus stipendia Beneventanorum in manibus proculdubio traderentur.

Illis autem Normandis sic abeuntibus, Landulphus ipse de Græca Comestabulus inimicorum non ferens impugnationes vicem reddens pro acceptis, haud mora, militum trecentum, & octuaginta numero armatorum collecto, & Civium unitæ quatuor millia multitudine congregata, Castellum, quod Terrarubea dicitur, adivit, quod igne ferroque terra tenus prostravit: ipsiusque Castri incendio Robertus quidam de Sicilia dictus, combustus obiit, sicque innumerabilem animalium, & aliarum rerum substantiam Beneventum magno cum gaudio perduxere. Non post multum vero temporis iterum collecta Equitum, & Concivium coborte, Landulphus ipse Castellum Apicem insilivit, cujus Castri, & molendina destruxit, & prædam animalium secum gaudens asportavit.

His omnibus ita perfectis, Guerra Normandorum, quorum mentionem fecimus durius incœpta est; in qua Landulphus innumerum auri, & argenti copiam, & equorum distribuit. Interea dum Comestabulus ipse cum militum caterva prope pontem Servetellæ pro inimicorum insidiis custodisset, en adsunt equites Roberti Comitis fere quinquaginta, qui, & pro dolo Civitatis inter fruteta morabantur. Quid dicam? insidiis ex utraque parte propalatis, conflictus inter eos habitus est. Tandem Dei misericordia superveniente, pars inimicorum terga vertens, in fugam conversa est, adeo quod de eorum equitibus duodecim captivos Comestabulus ipse cum armis omnibus eorum duxit. Præterea sicut diximus, guerra ex utraque parte fortiter inchoata, sæpissime hinc, & inde deprædatum est. Contigit autem die quadam, Rao, qui erat Dominus Castelli Cappaluniis cum Landulpho Burrello, & aliis ferè centum quinquaginta militibus, & peditum multitudine ad frangendum, ut ita dicam, arcaturiam ivit; Cumque Comestabulus sic frangentes eos flumen Sabbati vidisset, tantam non ferens audaciam, in medium campi ad Ecclesiam Sanctorum septem fratrum, stipatus militum collegio exiit; ubi ad invicem decertatum est; sed peccatis supervenientibus pars Comestabuli ab insidiis inimicorum decepta, per plantitum illam perse-

ruta corruit; ita quod duodecim milites Civitatis nobiles cum omni armorum apparatu, retenti sunt.

Istis omnibus, & aliis sic decursis, inimici omnes, qui pro guerra conjuraverant, videntes Comestabulum ipsum colla eis non flectentem, eis potius minari, & Beneventanos eum, & ejus præcepta jugiter sectari, cœperunt Civitatem plus solito distringere, præcipientes, ut omnes, quæ possent vineæ circumstantes inciderentur: Quod & factum est; Insuper pauperes, aliosq; viros quos invenirent caperent; sententia quorum divulgata, plerique hominum capti sunt.

Anno 1114. Mense Martio 7. Indictionis, dum vineæ sic incidebantur, & capiebantur homines, Beneventanorum quidam invidiæ gladio compulsi, miserunt ad prædictum Papam Landulphum Archiepiscopum, & Rachisium S. Modesti Abbatem, ut ei necessitatem ex omni parte, quam patiebantur, intimarent: ipsi autem abeuntes, quam viderant afflictionem Dom. Papæ patefecerunt, lacrymando precantes, ut gregi commisso, sicut pastor bonus subvenire dignaretur: Necessitate autem Domino Papæ ostensa, eis præcepit, ut pacem Civitati prout melius potuissent, facerent, & pauperibus subvenirent, ne Petrus Apostolus civitatem acquisitam occasione perderet: Quicquid autem de pacis consilio invenissent, ipsi remitterent; Archiepiscopus vero Romam reversus aliter quam acceperat faciens, misit Landulpho Comestabulo dicens, ut condolens necessitati pauperum Comestabilitam deponeret, quoadusque Dominus Papa Beneventum veniret. Postea vero, aut pretio, servitiisque seu civium precibus Papam ipsum precarentur, cumque honori pristino redderent; dummodo Normandi pacem facere nolint; sacramento, ut dictum est eorum interveniente: Landulphus autem Comestabulus hoc audiens in sacro Beneventano Palatio coram Beati Petri fidelibus respondens ait, se nunquam Comestabilitam dimissurum, nisi manu ad manum captus esset, & per vim retentus. Insuper videre vellet, quam Normandi pacem Beneventanis facere voluissent, & Domino Papæ pacem ipsam descriptam delegaret, quicquid autem de pace præciperet, vel de Comestabilia ponenda ipse Dominus Papa coram omnibus faceret se executurum. Qualiter autem in sacro Beneventano Palatio Comestabulus ipse affuerit, retexam: Cum sicut prælatum est, Archiepiscopus Romam reversus fuisset, cumque & Petrus Portuensis Episcopus, & Romualdus Diaconus, sanctæ Romanæ Sedis Cardinales ab ipso Papa missi pro pace invenienda fuissent, absque mora, in ipso eorum adventu, eisque nondum hospitatis, populus ferina mente commotus Palatium Dacomarii, in quo Comestabulus habitabat, ascendens, vociferabatur, dicens, quod pacem desideratam nisi cito feceritis, omnino gladiis acceptis per plateas moriemini; Insuper minas, & opprobria Comestabulo inferebant, dicentes, eos pro unius hominis comestabilia guerram passuros non esse, & sic turpiter vitam finire; Aliqua alia die surgente, pars Archiepiscopi arma, & belli apparatus super Campanili imposuit, quatenus Landulphum armis, & Lapidibus debellatum ejicerent: Seditionem itaque populi Portuensis Episcopus deprehendens cum eodem Comestabulo, & fidelibus B. Petri curiam Principis advenit, ibique in conspectu omnium, taliter allocutus est: Afflictionem, & famis penuriam, quam diù pro fidelitate Beati Petri passi estis, & patimini, Dominus noster Papa & à quibusdam audivit, & ab Archiepiscopo deprehendit: Unde sciatis eum toto mentis affectu contristari, & super audita mirabiliter dolere: Idcirco nos, & Archiepiscopum vestrum delegavit, quatenus, Deo adjuvante, pacem consequi valeatis. Proterea fidelitatem vestram monemus orando, ne superbia, aut furore moveamini, dum nos cum aliis sapientibus viris, pacis consilium vobis necessarium invenire possimus; tam enim grave, & laboriosum negotium nemo præcipiti animo agere poterit. Ideo nemo armis superveniat, quatenus, si Deo placuerit, pacem omni furore deposito invenire mereamur. Hæc & alia hujusmodi eo loquente, vox populi ad sidera tollitur dicentis:

A *Orationes istas, quas funditis, nos ullo modo audire nō possumus, nisi pacem citissimè nobis dederitis. Tunc alio die adveniente, populus dilationes, & inducias, quas ponebant, non ferens, domum Persici Judicis aggreditur, quam ex toto destruxisset, sed quorumdam amicorum auxilio evasit. Portuensis igitur Episcopus seditionem populi placare non valens, aurora alterius diei surgente, recessit, Comestabulo præcipiens ut Palatium Principis ascenderet, & sic populi sævientis rumorem evaderet, qui jussui ejus favens, taliter sacrum Palatium habitavit. Sed redeamus ad causam.*

Archiepiscopus autem dicti Comestabuli audiens pacis firmamentum ordinatim describens, sicut postulaverat, ei mandavit. Audita namque serie scripturæ pacem continentis, ait, Comestabulus; Id pacis firmamentum optimum est, nunc Domino nostro mittatur, ut sicut imperaverit, assequamur. Interea Archiepiscopus ipse, & vir quidam nomine Fulco, in Episcopio sæpe complures Civium convocans
B *dicebat: Nos Domino Papæ vestram patefecimus necessitatem, à quo & accepimus, ut finem cum Normandis faceremus; idcirco superfluum videtur pacem descriptam ad eum remitti. Civium vero quidam aliarum inimicitiarum odio repleti, animos aliorum incitantes palam exclamabant, se pro illius Comestabilia guerram passuros non esse. Consilio habito conjuraverunt intra Episcopium, quod Landulphum illum de Græca Comestabulum esse non consentient: enim, & dum Dominus Papa cum consilio Normandorum illum honori non reddidisset. Sacramento taliter eo invento, Archiepiscopus prædicto Comestabulo Episcopum Abellinensem & quosdam Presbyterorum misit, ut honorem dimitteret, sicut dictum est, qui & similiter respondit. Deinde alia die Sabbati 14. die intrante mensis Martii Comestabulus cum suorum caterva armatus in medium plateæ exivit dicens; quod videre vellem eos, qui me de palatio, & honore ejicere minantur. Laudabilius quidem est sic animam reddere, quàm ita turpiter, aut auri pondere pro-*
C *misso obstrictum, honorem acceptum dimittere: Audito igitur Archiepiscopus belli apparatu, & campana Palatii tristiter sonante, suos jussit vocari fautores, ut cum Normandis quam posuerant pacem firmarent; Si autem Comestabulus ipse resistere vellet, paratos eos haberet. Interim pars Archiepiscopi domum cujusdam fidelis Comestabuli aggreditur, quia eis non consentiebat; Quod Comestabulus audiens, ut domum aggressam defenderet properavit, sicq; eo viso bellum incœptum est civile, intantum quod alii per Campanilia, alii per tecta domorum, atque alii per plateas pugnarent. Postremo pars Archiepiscopi, fortuna conversa, victoriam capiens, Comestabulum illum cum suis usque ad Palatium Principis secuta est, quosdam autem ex utraque parte vidimus vulneratos. Comestabulus itaque se in Palatio recipiens parumper ibi moratus est, donec Archiepiscopus ei fidem dare deberet in persona videlicet sua, & suorum sequentium. Cives interea protelationem hanc non ferentes, & quod sitibundo pectore pacem*
D *quærebant optatam, ei lapidibus minabantur, ut si cito de Palatio non descenderet eum vi caperent, & membratim illum perimerent: Ipse autem Landulphus se circumventum aspiciens, se Archiepiscopo, & Civibus reddidit: insuper jurejurando firmavit, quod Comestabilitam, & Rectorniticum, atque aliam Baliam publicam non acciperet, nisi bona voluntate Archiepiscopi, & Roffredi Archipresbyteri, & Arechisii Archidiaconi, & Roffridi Foligaderisii, & Roffridi à Porta aurea, & Gervasii, & Vitalis filii Joannis Galli, & quod malum meritum Archiepiscopo, & omnibus Beneventanis non redderet, & si aliquis reddere vellet, disturbaret sine fraude, & malo ingenio. Quo facto, & à militibus, qui eum sequuti sunt, hujusmodi fides accepta est, & sic unusquisque ad propria remeavit, & Landulphus ille de Græca domum posita Comestabilia, videlicet eodem mense Martio, quo ordinatus est, descendit, unius solummodo anni spatio in honore perseverans. Alia autem die*

ſurgente Dominica poſtquam hæc peracta ſunt, Comes adveniens Robertus, cum militum, & peditum multitudine in capite pontis majoris ſacramento ipſo, & Rao Dominus Cæppalonis, & Ugo de Caſtellopontis pacem promiſſam cunctis vitæ eorum diebus, confirmaverunt. Id ipſum etiam Jordanus Comes, & Robertus Flavus, & Girardus de la Marra juraverunt. Cumque ſicut ſupra relatum eſt Archiepiſcopus in perſona Comeſtabuli, aliorum, videlicet, militum, peditumque velut ipſe poſtulaverat, ſecuritatis verba dediſſet, domum honore depoſito adiit, ipſo namque Archiepiſcopo, & Beneventanis videbatur, quod pacem diu deſideratam lucrarentur. Deinde Comeſtabulus ſecuritate accepta domi reſidens exiſtimabat nihil aliud proculdubio agere, quàm erga ſuam animam ſecuriter impendere curam. Erat enim ut fati ſumus graviter vulneratus. Amici igitur ejus, & B. Petri fideles, quorum mens ſuper illius contumelias, injuriaſque fideliter contriſtabatur, die noctuque licet non in propatulo eum ſolabantur hortantes, ne animus ejus circa accepta triſtis foret, cum hæc quæ videbant, quæque facta ſuper eo fuerant pro B. Petri fidelitate perpeſſus fuiſſet: Archiepiſcopus autem, ejuſque fautores hæc audientes ſuſpicione quadam repleti, ſperantes Landulphum conſilium pro Comeſtabilia reintegranda accipere, ei ſæpe, ſæpiuſque miſerunt, ut è civitate exiret, & amicorum conſortia deſereret, dum Dominus Papa eum, qualiter præmiſſum eſt, honori ſolito reddidiſſet. Tunc Comeſtabulus verba ferentibus, aliiſque Concivibus palam exclamabat, quod ſuper hujuſmodi verbis miramur omnino, cum ab omni Beneventanorum cœtu coactus Comeſtabiliam dimiſerim, & promiſſam ab Archiepiſcopo ſecuritatem circa nos verſari quoquomodo non viderim. Tandem Comeſtabulus populi ſævientis videns pertinaciam magis, magiſque inflammari, conſilio habito die Dominico in Ramis Palmarum, aurora ſcilicet ſurgente Montefuſcum paucis cum militibus expetivit: Deinde Archipræſulis conjuratio nondum perfidiæ incheatæ fidem tribuens, Joannem, & Perſicum Judices, alioſque Nobilium, & honorum hominum Sacramento perſtrinxit, quo Comeſtabulus ipſe juraverat, alioſque Civium timore omni remoto, putans eos inimicitiarum merita eis retribuere alligavit; Cumque iſtiuſmodi facti, ultra quàm credi poteſt, nefandi, prædicti Apoſtolici aures fama tetigiſſet, tactus dolore intrinſecus ſuper dilecti filii ſui Comeſtabuli expulſione, lacrymis ſicut audivimus manantibus, ſpiritu infremuit, qui confeſtim Archipræſulem Landulphum ab omni, quod acceperat à Sede Romana, officio coram omnibus depoſuit, ſimiliterque omnes ſuos ſequaces anathematis vinculo, donec ſatisfecerint, alligavit. Sed ſi lectoris Charitati aſperum non videbitur, quid poſt illatam excommunicationem actum Beneventi ſit, non prætereundo enarrabo: Deum enim teſtor, nihil aliud poſuiſſe, præter quod viderim, & quod audiverim ſcripſiſſe.

Tali igitur anathematis ſententia in Beati Petri adverſarios longè, latèque divulgata, delegavit præfatus Apoſtolicus Beneventum Anaſtaſium . . . . Albanenſem Epiſcopum Cardinales Romanæ Eccleſiæ idoneos, cupiens, quid Beneventanus populus in animo haberet cognoſcere: Cardinalibus autem ipſis hoſpitatis; triduo poſt cœtus omnis Beneventanorum in ſacro Beneventano Palatio convenit, ibique omnia qualiter Beneventi acciderant, negotia, & guerræ origo ſurrexerat coram Cardinalibus illis, radicitus recitatum eſt. Quibus auditis Anaſtaſius in verba prorumpens, inquit; Ad videnda Domini, & fratres, Romæ, quæ audierat Dominus Papa noſter negotia, & inveſtiganda nos præcepto ſtatis eſſe delegatos. Unde prout melius, Deo annuente, poterimus, circa pacis, & utilitatis veſtræ proficuum nos die, noctuque conſilium, & auxilium præbebimus. Iſtis, & his ſimilibus taliter prolatis, unuſquiſque ad propria remeavit. Diebus autem non multum elapſis, vir ille, cujus mentionem fecimus nomine Fulco, ex hujus ſæculi ergaſtulo, anathematis vinculo irretitus, heu miſer! migravit. His taliter actis Cardinalis, ipſe Romam tetendit, cumque Cardinalis ipſe Anaſtaſius Romam peteret; Dominus Papa Paſchalis, Archiepiſcopis, & Abbatibus congregatis, menſe Octobri poſt primum ejus regreſſum adveniente, Ceperani Concilium conſtituit, ad cujus ſacri Conventus frequentiam. Guillelmus Dux, & Robertus Princeps, mille ferè equitum numero congregato perrexere. Landulphus vero de Græca Comeſtabulus literis Dom. Papæ ſpecialibus ad idem ſacrum Concilium accerſitus honorificè commeavit: qui à Domino Papa officioſiſſimè ſuſceptus eſt: hic namque fraudem devitans Normandorum navigio quodam ſecuriter transfretavit: Jordanus autem Comes, timens multorum ſuorum pondere delictorum oneratus, ad tale, tantumque Concilium pergere, Legatos ſuos direxit. Archiepiſcopus vero Landulphus, ſuffraganeis ſuis convocatis, innumeraque auri, & argenti copia congregata, cum Comite Roberto ad conventum illum tetendit. Talibus igitur, & tantis Patribus, proceribuſque congregatis in medio conventus ipſius, die videlicet Sabbati, Ducatum Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Duci præfato Apoſtolicus conceſſit. Concilio itaque mirabiliter ordinato, Apoſtolicus ipſe coram omnibus ſuper Landulpho Archipræſule lacrymabiliter, & quod Comeſtabulum ſuum expuliſſet Landulphum, & quod literis vocatus ad eum ire contempſiſſet, condolens conquerebatur: ipſe vero Archipræſul nolens, immo timens conventum illum ſine loci, & officii reſtitutione ingredi, apud inſulam Ceperani proximam hoſpitatus eſt. At ubi Apoſtolicum conquerentem ipſe comperit; quoſdam Romanorum, & Præfectum etiam vocari juſſit, ut videlicet, utcunque potuiſſent, miſericordiam à Domino Papa pro eo impetrarent: quin etiam dicebat Archiepiſcopus, ſe Domino Papæ ex omnibus illatis querimoniis ſatisfacturum, dummodo ei locum Concilii, & officium reſtitueret. Hæc Apoſtolicus audito, conſilio habito, & locum, & officium ei reintegravit; cumque taliter reſtitutus fuiſſet, abſque mora, Conventum illum, die videlicet lunæ cum Comite Roberto adivit. Quid plura? eum reintegratum per Diaconum quendam ad faciendam juſtitiam in præſentiarum Apoſtolicus vocari præcepit. Qui continuo ſurgens voce lacrymabili coram omnibus reſpondens inquit; Primitus gratias ago Deo, & B. Petro, & tibi Domino noſtro Papæ Paſchali de reſtitutione loci, & officii: Nunc autem Domine Pater veſtram imploro Paternitatem, & miſericordiam ſuper me, quem Sanctitas veſtra apud Beneventanam ſedem plantavit habeatis: Apoſtolicus autem hoc audiens; Unde vis inquit, ut miſericordiam ſuper vobis habeamus? & Archipræſul: Domine, quia audivi vos erga me indignatos eſſe, quod cum me literis veſtris accerſiri juſſiſtis curiam veſtram non adivi: & Apoſtolicus, Quare, inquit, ut ipſe aſſeris, vocatus curiam non adveniſti? Ad hæc Archiepiſcopus, Domine, inquit, Pater, timore coactus veſtræ indignationis, & quorumdam minantium, non adveni vocatus, & quod Legatos meos Epiſcopos quidem non accepiſti, & alium quendam, quem prius direxeram, adverſarii noſtri verberibus afflixere: Ad hæc Apoſtolicus, Legatos tuos, quos dicis Epiſcopos, idcirco non exaudivi, quia juſtitiæ faciendæ verba non dixerant, immo mercedis cauſa pro vobis venerant. Legatum autem alium, quem verberatum profiteris, nec ejus fama ullo modo ad nos pervenit: Cumque Archiepiſcopus ipſe ex omni parte detentum ſe veris aſpexiſſet reſponſionibus, aliam adinvenit excuſationem, dicens, Domine Pater terminum competentem mihi veniendi non tribuiſti. Unde, venire nec potui, nec, ut dixi, metu compulſus auſus fui, & Apoſtolicus, ſed quia literas noſtras contempſiſti, aſſeris te nunc non procrnicmplu, metu autem ad nos non veniſſe: competentem enim terminum veniendi proculdubio largitus fui, ab Idibus ſcilicet, Aprilis, & ſex menſium ſpatio interpoſito. Unde literas vocationis in medio legi præcepit: vecumtamen niſi aoſſet deliberent, & quam dicit excuſationem canonicam fuiſſe, diſcernant. Et præcepit quibuſdam Cardinalibus quidem, & Archiepiſcopis Romanæ Sedis Judicibus, ut in par-

tem

tem semoti super hujusmodi excusatione Archipræsulis sententiam intenderent: at ipsi in partem euntes sententiam illam diù ventilantes, taliter in conspectu omnium regressi, Judices ipsi protulerunt. Domine Archiepiscope Beneventane, quoniam non pro contemptu, sed metu asseris vocatus ad Curiam te non venisse, dicimus, & judicamus hanc canonicam non esse excusationem: judicio etenim talium, tantorumque Patrum extenso, capitula sanctorum Patrum Prędicatorum coram omnibus exhiberi, & legi Apostolicus præcepit; confirmata scilicet in conventibus, & super contemptoribus ordinata: His ita perfectis, & super tanto, & tali negotio à Cardinalibus, & Episcopis diù ventilatum est; Sed quid plura? Diaconus cum iterato ad justitiam votavit faciendam, qui continuò surgens: Unde, inquit, & de quo accusor? Et Apostolicus: quia suscepisti regalia B. Petri extra nostram voluntatem, & claves tenuisti portarum, & Palatium invasisti, & Landulphum expulisti, & galeam sumpsisti, & clipeum, & Falconem illum ad sacramentum impulisti: Hoc ipse Archiepiscopus audito, respondit: Vere regalia B. Petri, non alia de causa accepi, nisi vestra pro fidelitate: nam cum Beneventi aderas, civitatem mihi commendasti: Portarum vero claves non ego susceperam, hunc sanè, qui eas retinet, fidelem tuum omnino confitemur. Clypeum profectò non acceptum, aut non accepi: galeam quidem tuli capitis pro munitione, ne aliquo lapide opprimerer: Normandos, ut dixistis, non introduxi: Longobardos verò sexdecim pro auxilio populi civitatem ingredi feci. Sacramentum Falconis jussu meo factum fuisse, & populi jusjurandum denego. His omnibus Apostolicus auditis, Cardinalibus iterum, & præfatis Judicibus præcepit, ut super omnibus istis, & super contemptu sententiam exprimerent. Cumq; Archiepiscopus ipse hujusmodi præceptum ut ita dicam, terribile audisset, Gulielmum Ducem supra memoratum, Robertum Principem, & Petrum filium Leonis, necnon & Episcopos exorabat dicens: Domini Proceres, & Episcopi confratres, Dominum nostram Papam Paschalem, precor, orate, ne in conspectu omnium taliter confundat, & dedecoratum dimittat; si vero ejus clementiæ placuerit exilium petam, vel mare transfretabo: tunc Proceres ipsi euntes pedibus D. Papę advoluti sicut Archiepiscopus rogaverat, deprecati sunt, quod minime obtinere valuerunt. At ipsi Judices ex præcepto euntes, licet dolendo, & protelando reversi tale super Landulpho dedere judicium. Judicibus enim ipsis, ut dixi, moram facientibus super sententia præcepit Apostolicus adjurando, ut per fidem, quam B. Petro, & ei deberent, quod Canonicum esset dicendum, dicerent. At Episcopus Portuensis, primus omnium licet ægrè, & tantæ sententiæ dolore turbatus ait: quoniam regalia B. Petri suscepisti, & claves portarum tenuisti, & Palatium invasisti, & Landulphum expulisti, & Curiam venire vocatus contempsisti, judicamus super vos depositionis sententiam, quia contra Beatum Petrum, & Dominum nostrum Papam fecisti: idipsum Capuanus Archiepiscopus, & Gregorius Cardinalis affirmavere. Volentibus autem aliis Judicibus eandem confirmare sententiam, Landulphus ipse è medio Conventus illius timore coactus, & sententiæ talis gladio perculsus, surrexit. O qualem, si interesses, lector fletum videres, & Landulphi illius pallidum aspiceres vultum? cum ea ore tantorum Judicum, qui decoratus Beneventana sede, & prę aliis gloriosus ubiq; fuerat, deponebatur. Quid dicam? subsellio ejus levato, metuendum illud Concilium, ut mente captus, dereliquit.

Hoc anno Ecclesia Beatæ Mariæ de Episcopio ampliata est per consilium Landulphi de Græca. Hoc anno Landulphus Beneventanus Archiepiscopus captus est, & Landulphus de Græca, qui expulsus fuit de civitate Benev. reversus est, accepta Comestabilia.

His omnibus, & aliis ita peractis, Apostolicus ipse 9. kalen. Septembris, Trojam tetendit, ibique Concilium statuit, & firmavit, ad cujus sacri Conventus præsentiam fere omnes Apuliæ Proceres, Archiepiscopi, & Episcopi convenerunt. Conventu itaq; sanctè ordinato, inter cætera, quę ibi composita sunt, treuga Dei statuta est, adeo quod Comes Jordanus, & Comes de Lauritello, & alii Barones Apuliæ sacramento in præsentiarum firmaverunt treugam Dei ex tunc, & spatio annorum trium fore tenendam & custodiendam; sicque confirmato Concilio, & piè finito Papa Beneventum tertio die intrante mensis Septembris reversus est. Deinde Apostolicus ipse civitatis negotia, quæ imminebant diiudicans, Romam reversus est 7. Kal. Octob. qui tunc Monasterium s. Vincentii dedicavit.

Anno 1116. ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, & 17. anno pontificatus Domini Paschalis II. Summi Pontificis, & Universalis Papæ mense Martio 9. Indictionis, Dominus noster prædictus Apostolicus Romæ Synodum statuit: & hoc anno Præfectus Urbis Romæ quidem mense Martio obiit, post cujus mortem civile bellum terribiliter ortum est, eo quod Romani audierant, quod Petrus filius Leonis, Apostolici consilio filium suum Præfectum ordinare vellet. Unde Romanorum populus, Præfecti defuncti filium ad Præfecturæ honorem erexerunt. Quo ordinato ad prædictum Papam Paschalem miserunt, suppliciter postulantes, quatenus eorum ordinationi assensum ipse præberet, & corroboraret: Apostolicus autem nullo modo eis assensum tribuit. Romani itaque hæc agnoscentes conjuratione facta, mirabilia domorum ædificia, & turres quamplures radicitus prostraverunt; eorum quidem, qui ex Petro Leonis ad id faciendum conjurabant. Unde factum est, ut Ptolomæus Præfecti avunculus, & alii Barones Apostolici castra invaderent, & tenerent. Contigit autem die quadam, quod Præfectus ipse militum ferè quinquaginta collegio stipatus ad explorandum milites, quos Apostolicus miserat, extra Urbem perrexit. Comestabulus autem Apostolicus hoc deprehendens ex improviso eos aggreditur, prostravit, & Præfectum comprehendit. Ptolomæus igitur memorati nepotis captionem audiens absq; mora, militibus sumptis, Papæ præfatum Comestabulum invadens, nepotem, qui captivus ferebatur, absolvit, & secum gaudens ad propria perduxit. Dum hæc, & alia Romæ agerentur, præfatus Apostolicus Urbe exivit, qui apud castrum quoddum, Setium nomine, commoratus est; viderat siquidem seditionem illam magis, ac magis inflammari, & Petrum Leonis de die in diem acriter expugnari. Diebus autem non multis elapsis, Apostolicus ipse seditionem illam placari, & minui aspiciens, consilio accepta, militibus collectis, Romam ingressus est, deinde palatium Lateranense ingreditur, ibique Missarum solemnia decantavit. Cum autem ipse Urbem ingressus fuisset, Romanorum cutus, qui ei rebellis extiterat, ferè ad ejus imperium, & voluntatem conversus est, sicque Apostolicus ipse tranquillitate inventa Romam securus habitavit. His taliter actis, prædictus Apostolicus Landulphum, quem deposuerat, undecimo die intrante mensis Augusti reintegravit ad Archiepiscopatum.

Anno 1117 Dominicæ Incarnationis, & 18. pontificatus Domini Paschalis, mense Aprili ipse Papa Synodum Beneventi celebravit. Et paulo post infra prosequitur de Landulpho.

Anno 1119. anno primo Calisti II. Summi Pontificis, & Universalis Papæ, mense Martio, duodecimæ Indictionis ejusdem prędictus Beneventanus Archiepiscopus videns civitatem veris prædarum afflictionibus ex omni parte confundi, & devastari, suæque Parochiæ Ecclesias à captoribus vexari quotidie, Synodum decima die intrante mensis ejusdem Martii celebravit; Ad cujus sacri Conventus præsentiam, Tusculanus affuit Episcopus, ut Ugo supranominatus Cardinalis, & Cardinalis alius, & Beneventanæ sedis suffraganeorum circiter 20. Monasteriorũ Abbates sex affuere. Inter cętera vero quę in ipso Conventu statuta sunt, omnes malè facientes Beneventi, & disturbantes Mercatores, ad civitatem venientes, & redeũtes sub anathematis vinculo alligavit. Conventu itaq; piè, & ordinatè finito unusquisq; ad propria repedavit.

Eodem anno, paulo post prosequitur idem Falco de gestis Landulphi, die intrante mensis Maii Bene-

ventanus Archiepiscopus Landulphus supra memoratus consilio salutis invento corpora sanctorum Martiani, Doni, Potiti, & Prosperi, Felicis, Cervoli, atque Stephani, quæ prisco en tempore non honestæ tumbæ, in qua jacuerant, coram omnibus propalavit. Corporibus namque illis taliter foras eductis ex ossibus eorum duo in conspectum omnium civium Antistes præfatus poni magna cum reverentia ut crederent, præcepit. Fama igitur per civitatem ventilata, concursus magnus factus est virorum, ac mulierum, & cursu præcipiti, cum oblationibus ossa illa lacrymando osculabantur; quæ verò ossa Sanctorum indignus ego osculatus sum. Biduo autem postquam corpora illa Sanctorum foras educta sunt, præd. Antistes Presbyteros omnes civitatis ad Episcopium vocari præcepit, quatenus de tantorum Sanctorum laudibus agendis colloquerentur. Continuo consilio assumpto dedit in mandatis, ut primum Presbyteri Portæ summæ ad Episcopium jubilando, cereis, & lampadibus descenderent, & coram Sanctorum ossibus laudes Deo, & eis decantarent. Secundo quidem Presbyteri Portæ aureæ; Tertio autem portæ Ruffinæ; Quarto Forenses; Quinto, civitatis Novę; postremo verò civitatis totius Presbyteri, & viri, quatenus una in honore Dei, & Sanctorum illorum aggregati, Omnipotentis Dei misericordiam invocarent, ut eorum intercessionibus, delictorum veniam consequerentur. Presbyteri autem Pastoris jussa audientes, sicuti imperaverat executi sunt, & laudibus innumeris ordinatim ad Sanctorum corpora descendebant. Virorum autem, mulierum, & puerorum turbam canentium, quæ præcedebat, & sequebatur cereis in altum positis, & accensis, si cerneres, de tanto gaudio ultra humanum modum exultares, & ex cordis profundo lacrymae rivo irriguo produceres: processionem enim insolitam cerneres, & quod à multis annorum spatiis inauditum est, Beneventana civitas ob Sanctorum honorem, amoremque modo operata est. Regem quidem testor Cælorum, quod si lingua triplicatos ederet sonos, & vox incessabili plectro promeretur, tanti gaudii pondus, & tantarum laudum densitatem, nullo modo exarare valeret. Qui unquam civium tempore isto viventium sic prorsus civitatem lætari poterit recordari? Credo verò sub Beati Apostoli Bartholomæi Patroni civitatis adventum, ita prorsus gaudio magno civitatem impletam fuisse. Nam ut Beneventanorum memoria per duas generationes allevaretur, Abbates omnes Ecclesiarum studio magno lignorum machinationes, mirabili constructas artificio, composuerunt: civitatis autem novæ Presbyteri, ut studiosiores præ omnibus viderentur, lignorum machinam quandam circumquaque cereis, lampadibusque immensis obductam ad Sanctorum corpora perduxere. Infra eam vero juvenes cum tympanis, cum citharis tinnientibus vidimus insultantes. Campanas namque, & tintinnabula multa, intra struem illam videbamus: Sacerdotes denique in albis vestiti, cum vexillis, & multo cereorum comitatu coram Sanctorum ossibus decantabant: novissimè autem Archiepius Archidiaconus, talem, tantamque per singulas civitatis partes, partiumque angulos lætitiam insolitam fieri aspiciens, consilio accepto, mirabilem quandam lignorum structuram pro Ecclesiæ S. Laurentii honore, quam regebat, & totius civitatis, præcepit componi; illic artifices multos, lector, si adesses, conspiceres, ibi studii manus operantes videres, sub quorum vero industria ad naviculæ instar facta est. Qua demum peracta, super illam magni ponderis campanam, & multa alia metallorum genera vociferantia, & cereos multos accensos imponi præcepit. Hominem etiam lyricantem, & turbas strideates ad astra, ibi associavit, & circa illam cornua crepitantia, tympana mirabiliter percussa, citharæ, variique generis modulationes tripudiabant. O qualem, lector, aspiceres exultationem, quale gaudium per totius civitatis partes cerneres, si interesses, quod revera putares, crederesque potius aliam vitam aliamque speciem, cordis, oculi, & corporis imitari. Talibus igitur, & tantis modulationibus patratis, ut Archidiaconi gloria attolleretur, boves ad illam structuram injunxit, & junctis bobus usque ad S. Andreæ Ecclesiam, perduxere. Deinde pro densitate ædificiorum, quæ super plateas inerat, usque ad Episcopium boves illam trahere nequiverunt. Continuò ad manus virorum multorum machina ipsa sic ponderata ad Sanctorum corpora perducta est, & ea perducta, Archidiaconus ipse cum Clericorum comitatu in albis vestitus coram ossibus Sanctorum vigilias cantaverunt, quibus finitis, unusquisque ad propria reversi sumus: in crastinum autem prædictus Antistes, die videlicet decimo stante mensis Maii cum Episcopo Frequentino, & de Monte-Marano, & Arianensi corpora Sanctorum collocavit, inter quos corpus associavit Beati Joannis XXI. Benevent. Archiepiscopi, qui triginta & tres annos, sicut titulus testabatur in Episcopatu advixit. Item corpus Stephani Levitæ, & corpus alterius Sancti, cujus nomen ignorabatur. Corpus quidem ipsius Joannis Episcopi, & Stephani Levitæ, & alterius Sancti, ante prædictorum inventionem sanctorum Martiani, & ejus sociorum inventum est, juxta altare, in quo ipsi requiescebant. Ad quorum vero venerabilem dedicationem Archipræsul ipse quartam partem peccatorum omnibus, qui ad Sanctorum visitationem convenerant, condonavit; donavit id quoque omnibus aliis, qui usq; ad octavum diem Apostolorum Petri, & Pauli venturam ad dedicationem hanc convenerat. Item sub excommunicationis vinculis posuit contra omnes malefacientes illis, qui ad tantorum Sanctorũ convenissent dedicationem. Hactenus Falco.

Hoc anno Landulphus Beneventanus Archiepiscopus obiit quarta die intrante mensis Augusti, & Roffridus electus est, qui erat tunc Archipresbyter.

10 ROFFRIDUS II. ex Archipresbytero, Beneventanus Archiepiscopus creatus est anno 1119. Mense Augusto. Anno sequenti Callistus Papa II. Beneventum ingressus, à Clericis, Monachorumque turba, & à Presbyteris, civibusque omnibus gloria, & lætitia magna susceptus est. Pompam refert Falco ad hunc annum, Roffridum die 19. Septembris intervenientibus Episcopis viginti suffraganeis in sua Cathedrali consecravit; & paulo ante, hoc est 14. Kalend. ejusdem mensis intra Missarum solemnia in Ecclesia sanctæ Sophiæ Joannem electum Abbatem sacrasse idem Falco narrat: confirmationis Joannis ipse meminit Callistus in privilegio confirmationis omnium immunitatum eidem Cœnobio sanctæ Sophiæ à prædecessoribus assertarum in hæc verba ex sæpe citato Chronic. Sophiano par. 6. LXII

In nomine Domini Omnipotentis Salvatoris nostri Jesu Christi, & in nomine Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis.

Calistus Episcopus servus servorum Dei. Dilecto in Christo filio Joanni Abbati Monasterii Venerabilis S. Sophiæ intra Beneventum siti, ejusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum.

In Apostolicæ Sedis administratione, divina disponente clementia, constituti, necesse quidem habemus omnes Ecclesias B. Petri patrocinio confovere, & ipsarum quieti paterna sollicitudine providere; verumtamen locis illis, ac personis, quæ devotius Romanæ adhærent Ecclesiæ, quæque amplioris religionis gratia præeminent, propensiori nos convenit studio subvenire. Quamobrem in Christo fili Joannes postulationi tuæ clementer annuimus, & S. Sophiæ Cœnobium, ad cujus regimen nos te, auctore Domino, nostris tanquam Beati Petri manibus consecravimus, sub tutela, & jurisdictione, sicut hactenus mansit perpetuo manere, præsentis paginæ auctoritate sancimus; ut nimirum soli Romanæ Ecclesiæ subditum, ab omni Ecclesiarum, seu & personarum jugo liberum habeatur. Præterea Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, universa quæ privilegiis illorum, ad ejusdem Monasterii immunitatem, vel possessionem, tuis sunt prædecessoribus attributa, tibi, tuisque successoribus regulariter promo-

ven-

vendis præsenti privilegio contribuimus. Cellas quoque & Ecclesias, aut villas, quæ à prædecessoribus tuis prænominato videntur Cœnobio, justè, ac rationabiliter acquisita, possidendas omni in tempore confirmamus; hoc est, Ecclesiam S. Benedicti, quæ dicitur Xenodochium, sancti Joannis, s. Euphemiæ, sancti Petri, quæ nominatur Trasanii, s. Raymundi, s. Mariæ Rotundæ intra eandem civitatem Beneventanam, Ecclesiam s. Mariæ, s. Petri, s. Nicolai, s. Erasmi, s. Marciani, s. Mariæ, s. Angeli, foras ante eandem civitatem in Pantano, Ecclesiam s. Benedicti, sancti Vitalis, s. Mercurii, apud olivam s. Angeli, s. Mariæ de Scolcaturi unà cum omnibus pertinentiis in Vado Azara s. Benedicti in Fassone sancti Valentiniani, apud votum s. Felicis cum terris, in Cornito sancti Sylvestri cum duobus rivis, s. Mariæ in Parituli, s. Marciani in Ventecane, s. Martini in Cuano, s. Petri in Pazano, s. Nicolai. Item Beneventi s. Stephani in Paloaria, sanctæ Mariæ in Lucornara, & curtes duas s. Mariæ in Sabbeta, s. Mariæ in Templana; in Civitate Triana s. Angeli cum Cellis, s. Stephani, in Fromarii s. Gregorii, in Escle sancti Angeli in Pelose; in Aliperao Ecclesias s. Mariæ, sancti Angeli, s. Petri, sancti Marci, s. Joannis, s. Laurentii, s. Luciæ in Casale sanctæ Mariæ, s. Apolloniæ, sanctæ Annæ in Calisti, s. Mariæ, in territorio sancti Marcelli, in Carsiana sancti Mauri, sancti Joannis, s. Constantini, sancti Anastasi, In Asculo s. Petri, s. Desiderii, in Illiceto s. Ephrem, in Morteto s. Petri, in Tuscano sancti Adolphi, sancti Hieronymi, sancti Guerardi, s. Severini, sancti Anastasii. Apud Arolam s. Mercurii. Apud Bivinum s. Martini. In Biferno Monasterium s. Angeli cum Cellis, s. Petri, s. Vincentii, s. Trinitatis, in Valle Luparia s. Crucis. Apud Rederium sancti Martini in Alirino s. Michaelis, sanctæ Mariæ, in Monte malo s. Felicis, in Sertore s. Viti, Apud Montes s. Marci, juxta fossam sancti Stephani, in territoria Campi lati sanctæ Luciæ, juxta civitatem Florentinam Monasterium s. Salvatoris in Clusano s. Christofori, Castellum Forneti cum omnibus pertinentiis, Castellum antiquum cum omnibus pertinentiis; Ecclesiam s. Donati cum omnibus illorum pertinentiis, mobilibus, ac immobilibus. Per præsentis itaque hujus privilegii paginam Apostolica auctoritate statuimus; ut quicunque hodie nominatum illud Monasterium justè possidet, quæque in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, seu oblatione fidelium justè canonicèque poterant adipisci, firma tibi, tuisque successoribus illibata permaneant, Quamobrem decrevimus, ut nulli omnino hominum liceat idem Cœnobium temerè perturbare, aut illi possessiones auferre, seu oblationes requirere, minuere, vel temerariis venationibus fatigare: Veruntamen omnia integre conserventur eorum pro quorum sustentationum, ac gubernationum concessa sunt usibus omni modo profutura. Obeunte autem ejus loci Abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi quolibet subreptione, astutia, vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Domini timorem, atque Beati Benedicti regulam elegerunt, à Romano Pontifice Maximo inungendum, & consecrandum, Chrisma, oleum Sanctum consecrationis altarium, sive Basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros ordines promovendi ab Episcopis, in quorum Diœcesibus estis, accipietis: Siquidem gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habuerint, & si gratis ea, ac sine pravitate impenderint. Si quis verò his obstiterit, liceat vobis à quocunque volueritis Catholico Episcopo prędicta sacramenta percipere. Si qua igitur Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostram Constitutionis paginam sciens temerè contra eam venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate privetur, reamque se divino judicio existere cognoscat de perpetrata iniquitate, & à sacratissimo Sanguine, & Corpore Domini Omnipotentis nostri Jesu aliena fiat, ac segregetur, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem e contra juste observantibus sit pax, & tranquillitas Domini Omnipotentis nostri Jesu Christi, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Calistus Catholicæ Sedis & Ecclesiæ Episcopus. Firmamentum est Dominus timentibus eum.

Datum Beneventi per manus Siconis S. R. E. Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii 3. Kal. Decemb. Indict. 14. Pontificatus autem Domini Calisti II. Papæ anno secundo. Ab Incarnatione autem Omnipotentis Salvatoris nostri Jesu Christi anno millesimo centesimo vigesimo.

Pauca de hoc Monasterio hic per modum Appendicis adnectam. Hoc celebre Monasterium sua agnoscit primordia ab Aceco illo Beneventanorum Principe primo, circa annum Domini 800. & in eo successivè ab aliis Beneventanis Principibus innumera collata sunt Pietatis ac munificentiæ monumenta. Hoc namque Monasterium præ cunctis extitisse eis carum dilectumque argumento sit amplissima jurisdictio temporalis, quam Abbatibus concesserunt, ut etiam nunc est videre (etsi ad nihilum fere redacta sit (quin & in eo omnes spirituales thesauros, corporum scilicet innumerabilium sanctorum condiderunt, inter quæ fuerunt duodecim Fratrum Martyrum, & sancti Mercurii Martyris, impii Juliani Apostatæ interfectoris. In hoc Monasterio Monastico instituto nomen dedit magnus ille Desiderius ex Beneventanorum Principum sanguine satus, qui postmodum Abbas Casinensis effectus, & deinde S. R. E Cardinalis, demum in Pontificem electus Victor Papa III. appellatus est. Ex eo prodiere multi eximii Antistites inter quos Petrus de Aquila à Sanctissimo Cælestino Papa Quinto Ordinis Cælestinorum fundatore, ac Patre, ad Cardinalatum assumptus est ob veterem amicitiam, quæ inter ipsos intercessit, ut legitur in codice antiquo, sed lacero ejusdem Monasterii, sicque probabiliter puto etiam sanctissimum ipsum Patrem in hoc Monasterio Monasticam vitam aliquando transegisse. Sed heu! præclarissimi Coenobii vix nunc est agnoscere priscam magnificentiam, sic suo fato omnia temporis edacitati sunt obnoxia. A Callisto III. reperio hoc Monasterium fuisse Roderico Borgiæ commendatum, sicque coli cœpit à sæcularibus Clericis usque ad tempora Clementis VIII. qui illud (consentiente Ascanio Columna Card. & Commendatario) ad Canonicos Regulares S. Salvatoris de Bononia transtulit, illis assignata mensa, perpetuoque eorum congregationi univit. Penes Commendatarium modo restat temporalis, spiritualisque jurisdictio multis in locis Beneventanæ Diœcesis: quin & habet carceres proprios, & facultatem concedit arma deferendi Ministris, & locatoribus ejusdem Abbatiæ, cui subduntur Castrum Fragnitelli, Tori.

Anno 1121. Ind. 4. die 4. Mensis Aprilis Roffridus benedixit in Abbatissam sanctæ Mariæ Portæ Summæ Bethelem filiam Girardi Comitis de Græcia, à Monialibus electam per mortem Sabinæ decessoris, ad quam solemnitatem, teste Falcone, Joannes S. Sophiæ, & Ruchius sancti Modesti Abbates interfuerunt. Roffridus Synodo à Callisto Papa Romæ celebratæ anno 1123. adfuit. Eodem anno Callistus Pontifex Beneventum adiit, apud quem Roffridus à quibusdam civibus accusatus extiterat, quod simoniacè Archiepiscopatus honorem accepisset, a qua calumnia coram eodem Pontifice cùm se purgasset, gloriosus evasit. Nec reticendum, quod à Vipera omissum fuit, Roffridum hunc ante annum 1123. ad Constantinopolitanum Imp. legatione aliquando functum de mandato Romani Pontificis: quod colligitur ex quadam bulla ipsiusmet Roffridi in Bibliot. Beneventana inventa in fasciculo n. 128. ubi inter cætera hæc habentur. *Quapropter quia multa grataque servitia nobis, nostræque Ecclesiæ feceratis, & paratos vos semper novimus ad*

omnia nostra commoda peragenda; & cum in præparatione eramus itineris ad perficiendam legationem, quæ nobis à summo Pontifice erat commissa ad Illustrem Imperatorem Constantinopolis, cupientes vos, &c. Verum hanc postea legationem an obierit, necne haud satis liquet, præsertim cum nondum legerim sub Callisto II. ullum fuisse legatum ad Græcos destinatum.

Anno vero 1124. Roffrido Præsule, ampliata fuit Beneventana Cathedralis Ecclesia, & corpus sancti Barbati summa veneratione die 24 Maii translatum est, assistentibus duobus Episcopis suffraganeis, quo tempore, ut habet Falco multa miracula ante insepultum corpus effluxere, quæ etiam idem recenset hoc modo. *Anno 1124 Dominicæ Incarnationis, & 6. anno Pontificatus Domini Callisti Papæ. Hoc anno præfatus Roffridus Beneventanus Antistes, consilio accepto, corpus Sanctissimi Patris nostri Barbati Beneventani Præsulis, ex Altaris tumba, qua per multa annorum curricula quieverat, abstraxit. Altare vero illud non honestò, prout decebat, habebatur; præcipuè quia structura novi Episcopii ad locum ipsius Altaris producebatur: idcirco inde amoveri juxta fabricæ sententiam oportebat. Archiepiscopus itaque prænominatus Episcopos duos suos suffraganeos vocari præcepit, quatenus eorum consilio & auxilio talis, tantusque copiosus thesaurus inveniretur. Continuò quibusdam civibus advocatis, & clero, medio noctis silentio Archipræsul Roffridus Ecclesiam ingrediens, ad altare superius nominatum adivit, & coram omnibus, Episcoporum solatio, illud confregit, & Altari fracto, sanctorum reliquiæ, quorum nomina nesciuntur, inventæ sunt, quibus eductis, in altum fodi præcipitur, ut diu desideratum pignus præfati corporis videretur. Nec mora, lapis quidam pretiosus invenitur, ex omni parte acriter, miroque laboris opere conclusus, quæ vectes ferrei sustentabant, & eo invento, lætitia eos invasit immensa, qui ad tollendum lapidem viribus omnibus conabantur; sed quia fortiter ob duritiem operis tenebatur lapis ille, assensu omnium frustatim confringitur. Quo sublevato divina gratia favente, Beatissimi Barbati corpus inventum est. Præfatus itaque Archiepiscopus, primus omnium locum ingreditur, & ossa, cineremque advolvens gaudio magno, laudibusque sonantibus, ad medium propalavit. O quale gaudium, lector, aspiceres, & alacritatem, cum longe Margaritas optatas temporibus nostris invenimus. Ossa autem collecta ad Altare sancti Sebastiani, Clericis cantantibus hymnos, producuntur. Mane autem facto, tota civitas catervatim prorupit, & Deum omnium conditorem laudabant, qui eis tale, tantumque B. corpus Barbati largiri dignatus est. De ossibus namque ipsius vidimus quædam, & osculati sumus. Quibus ita peractis, præcepit Archiepiscopus, ut primum Presbyteri Portæ summæ, & clerici simul cum laicis ad Episcopium descenderent, & coram sacratissimo Barbati corpore vigilias celebrarent. Confestim ex jussu Archipræsulis Sacerdotes conveniunt, & cereis, lampadibusque accensis, simulque magno laicorum comitatu utriusque sexus & ætatis jubilando descendimus, sicque unaquæque civitatis Porta diebus singulis usque ad octavum diem peregit. Die itaque octavo adveniente pridie Kal. Junii sub altari lapideo corpus Beati Barbati præfatus Archiepiscopus duobus secum Episcopis adhibitis locavit; & eo taliter locato, Altare in honorem B. Barbati dedicavit; ad cujus dedicationis solemnitatem turba multa civitatis convenit, quatenus delictis eorum Deus omnipotens indulgeret. Archiepiscopus itaque jam fatus loco eminentiori ascendens, ut videri, & audiri ab omnibus posset, peccatorum partem divina favente clementia condonavit. Donavit item aliis omnibus, qui usque ad octavum diem festivitatis sanctorum Apostolorum Petri & Pauli ad dedicationem illam devote concurrunt. De miraculis autem, quæ ob prædicti Patris nostri Barbati merita, honoremque Jesus Christus humani generis amator, nobis omnibus aspicientibus ostendere dignatus est, licet sermone inculto, Paternitati vestræ explicabo. Cum enim, sicut supra scriptum est, Beati corpus venerabile in conspectu omnium ad Altare sancti Sebastiani per dies octo teneretur, vir quidam, Joannes Sutor vocabulo, Episcopium ingreditur, & ante sanctissimi Barbati corpus terra tenus lacrymis rigantibus prosternitur, qui continuò à Clero, populoque astante, qua de causa defleret, interrogatur; & ille cuncta quæ reciderant, à vestigio patefecit. Dum ego noctis silentio in stratu quiescerem, meo corpori somno debito soporatur; en adest ante oculos vir quidam canitie venerandus, vestimentis indutus dealbatis, qui verò paulatim accedens stratui meo appropinquavit. Et quare, inquit, cum cæteris, ad vigilias canendas coram ossibus præterito die non advenisti meis? Et ego, Pater, quoniam dolore gravi, ut constat, brachium meum cum dextera tenebatur; sex etenim mensium spatio miser ego tali languore perturbor, addidique: Dicito mihi, quo nomine Pater, vocaris? Et ille, Barbatus, ait, Beneventanæ quondam civitatis Episcopus. Subjunxit item: Brachium & manum ipsam cito mihi ostendas. Tandem ego, quia dolore torquebar, non citissimè manum extendi; extensam tamen tetigit eam, & ita cursu rapido dolor ille dilabitur, ac si nunquam manum cum brachio dolor ipse tenuisset. Protinùs mane facto surrexi, & sanitatem citò exortam mirabar, Adveni que laudes & gratias Creatori omnium Deo, & Barbato sanctissimo Præsuli, cujus meritis evasi, redditurus. His ita actis, atque narratis, tintinnabula omnia Episcopii pulsari jubentur, ut civitatis populus ad audiendum, videndumque tale, tantumque miraculum convenirent. Prorupit continuò tota fere civitas, & Medicorum omnium Medicum gloriosiorem benedicendo laudavimus, manum illius cum brachio curatam scriptor ego palpavi; vicini namque illius testabantur, quod tempore longo eum infirmari cognovissent. Quo viso ad propria, lætitia referti, reversi sumus. Aliud quoque miraculum, quod Redemptor generis humani Christus Jesus diebus ipsis operatus est ad præfati Patris nostri Barbati gloriam enarrabo. Rusticus quidam de Castello Montis fusci habitator, tantique viri famam sanctitatis audiens, Beneventum venit, qui per longa annorum curricula nervis cruris, pedisque arefactis claudicaverat; tenebatur quidem jugiter dolore terribili, & quasi pede ad clunes ligato miser ille omnibus horis cruciabatur. Continuò ante Basilicam sancti Barbati prosternitur, Redemptorem omnium Deum efflagitans, quatenus ei pristinam restitueret sanitatem: & eo taliter orante, soporis gravitate arripitur, & sic semivivus noctis unius spatio ibi moratus est. Noctis igitur ipsius silentio, en adest vir quidam ætate senili productus, canitie veneranda locupletatus, qui sicut ex ejus lingua audivimus, eum taliter expergefactus est. Surge, ait, festinus, & propera, Altare nomini meo consecratum exquirens, ibique favente Salvatoris clementia, sanitatis gaudia leagè laièque optatæ consequeris. Et ille: Quis es, inquit, qui mihi tanti thesauri pondus promittis? Barbatus, ait, Beneventanæ civitatis Episcopus. Confestim claudus ille audaciam sumens loquendi, Non possum, ait, infelix ego sic pergere, videsne qualiter pede siccato cruciatus hic ego permaneo? tuæ namque sanctitatis famam persentiens cursu rapido asello super sedens adveni, ut tuis intercessionibus salutis optatæ lætitiam adipiscar. Nec mora Pater ille Barbatus manum extendens, pedem aridum, & tibiam tangit, inquiens, festina celeriter, & sanitate accepta ante Altare te prosternito. His auditis surrexit sanus, qui fuerat claudus, & alta voce Deum laudat, per quem sibi dona salutis talia donantur, per quem sibi gaudia dantur. Et mane facto, Ecclesiam ingreditur Deo, & Patri Barbato gratiarum actiones redditurus. Narrat itaque qui claudus fuerat, è vestigio cuncta, quę sibi acciderant, populo advenienti, & qualiter longo ex tempore claudicaverat nervis contractis. Fatebatur etiā præfatum Episcopum Barbatum sibi apparuisse, & ejus interventu sanitatem accepisse desideratam. Fragor interea tanti miraculi civitatis partes,*

partiumque angules invadit, & catervatim ad videndum hominem cives properaverunt. Quo viso factorem omnium laudantes, ad propria remeavimus. Diebus autem non multis elapsis, mulier quædam manus aridas, nervosque obductos ferens ad beneficia Præsulis Barbati accucurrit, quæ coram Altaris præsentia accubuit, & lacrymis manantibus Salvatoris misericordiam invocabat. Lacrymas autem ejus Omnipotens Dominus en alte aspiciens, & Confessoris sui Barbati gloriam ostendere volens, qualis, quantique apud eum triumphi consistit, coram omnibus, qui convenerant, manus sic arefactas cœpit mulier illa ad cælum erigere; deinde voce clara proeupit sanitatis auxilium in manibus, & nervis circumflexis sensisse, digitos revera curvatos aperuit, & compages digitorum omnium, gratia divina favente, solutæ sunt. Ad hæc populus ferè totus festinat, & Cęlorum Regem, Patremque nostrum Barbatum benedicendo magnificavimus. Hactenus Falco. Excepit deinde Roffridus Honorium II. primo, & secundo, & tertio Beneventi ascendens magnificentissimè hospitatus est. Demum Roffridus anno 1130 cum corpora Ss. Januarii Episcopi, Festi, Desiderii de loco parum decenti in Basilicam à Gualtero Archiepiscopo Tarentino in ipsorum honorem fundatam transtulisset, ex hac mortali vita decessit. Defuncto itaque Roffrido, Anacletus II. Pseudo-Pontifex animadvertens suæ partis esse Beneventanam civitatem ultro sibi adligare; ille audito Roffridi mortis nuncio, Landulphum quendam Roffridi de Gauterii filium nominavit in Archiepiscopum, qui sine contradictione exceptus est, tum quia eodem anno Anacletus Beneventum venit, tum etiam quia Beneventani à Rogerii Regis Anacleti fautoris potentia exterriti erant; sed vix biennio sui Pseudo-Præsulatus exacto moritur Landulphus die 12. Augusti 1132. ut Falco narrat.

LXIII. 11 GREGORIUS legitimus Beneventanæ Ecclesiæ Archipræsul delectus ab Innocentio II. anno 1132. de quo, deque Roscimando ab Anacleto Pseudo-Pontifice consecrato ex Falcone Beneventano, hæc commemorantur.

Anno 1133. Beneventum iterum civili bello fatigatur, una pars, quorum caput Rovoltus de S. Eustatio Beneventanus civis primarius, partes Innocentii Papæ fovebat, Antipapæ Anacleto altera adhærebat, in qua conflictu nonnulli interierunt. Tandem fideles Beati Petri totis viribus partes Innocentii sectantes victores extitere, fautores nonnulli Antipapæ comprehensi vario mortis genere extincti, & ita civitas Beneventum aliquantulum quievit: Unde rebus sic stantibus fideles B. Petri Gerardum Cardinalem Papæ Innocentii Legatum Beneventum introduxere, qui Rapoltum Beneventi Comestabulum creat.

An. 1134. mense Martio Beneventani cives Gregorium electum cum quibusdam Sacerdotibus Pisam ad Innocentium Papam delegant, ut afflictionem Beneventanæ urbis Pontifici, Pisanisque repræsentent, rogantesque ut cum festinatione eorum calamitatibus subvenirent, quo tempore Anacletus Antipapa venit Beneventum, & obsedit, & Regis Rogerii virtute civitatem obtinuit, domosque quorumdam Beneventanorum, qui Innocentii partes fovebant destrui fecit.

ROSCIMUNDUS Pseudo-Archiepiscopus electus ab Anacleto Antipapa consecratus anno Dom. 1134. cui post biennium Anacletus Privilegium fecit de loco, qui Paradisus dicitur, ut ex litteris consequentibus habetur.

ANACLETUS EPISCOPUS
servus servorum Dei,
Venerabili Fratri Beneventano Archiepiscopo,
ejusque successoribus in P.P.

Æquitatis ordo exigit, & justitiæ ratio persuadet quatenus Beati Petri fidelibus, qui in ejus assiduè servitio commorantur, quorumq; bona ipsius ejusdem esse noscuntur cōsueta Sedis Apostolicæ liberalitate (cui auctore Domino, licet indigni præsidemus) largioris beneficii manum extendere propensius debeamus. Quapropter Venerabilis frater Roscimanne Beneventane Archiepiscope, preces tuas, & fratrum nostrorum Episcoporum, & Cardinalium pro tuo amore apud Nos intervenientium clementius admittentes largimur, & concedimus Tibi, tuisque successoribus in perpetuum totum integrum Paradisum, & Atrium quod est ante ipsum Episcopium, Ecclesiam videlicet S. Marię, sicut ad nostrum publicum hactenus pertinuisse dignoscitur, ea videlicet ratione atque tenore, ut tu, & successores tui, nihil ibi absque nostra, vel successorum nostrorum data licentia facere, seu statuere de novo debeatis, unde alia nostra regalia deteriorentur, vel minuantur, & tinellam, de qua ob frequentiam, & strepitum vendentium, & ementium non modica injuria eidem S. Matri Ecclesiæ sæpius inferebatur ex eodem Paradiso amovemus. Donamus quoque & concedimus tibi, ac successoribus tuis in perpetuum Piateaticum quatuor Apothecarum, quæ sunt in domo Joannis de civitate, & redditus confidentium, ac vendentium olera, & poma in ipso Paradiso, sicut ad Nostrum sacrum Beneventanum Palatium pertinet. Decernimus ergo, & præsenti authoritate sancimus, ut nulli omnino Ecclesiasticæ vel sæculari personæ hanc nostræ largitionis, seu concessionis institutionem infringere, aut immutare liceat, sed omnis sicut præfixum est, illibata, ac firma permaneant. Hæc igitur statuta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, non servantibus autem sit anathema, & ignis præparetur æternus.

Ego Anacletus Cath. Eccl. Episc.
† Ego Joannes Episcopus Portuen.
† Ego Petrus Presb. Cardinalis tt. S. Marcelli.
† Ego Crescentius presb. Cardinalis tit. SS. Apostolorum.
† Ego Amatus Presb. Cardin. tit. S. Eusebii.
† Ego Matthæus Presb. Cardin. tit. Equitii.
† Ego Romanus sancti Adriani Cardinalis Diaconus.

Datum Beneventi per manum Matthæi S. R. E. Preb. Card. & Cancell. XII. Kal. Novemb. Indict. XV. Anno Dominicæ Incarnationis MCXXXVI. pontificatus autem Domini nostri Anacletii II. PP. septimo.

Cum vere à fautoribus Anacleti Beneventum occupatum detineretur: propterea Innocentius Papa II. anno 1137. copiis Lotharii II. Imperatoris adnisus, & cum eo Henricus Dux Bavariæ Imperat. gener in ejus auxilium missus, castra movens è Capuana civitate, cum ingenti exercitu devenit ad Pontem Valentinum prope Beneventum ubi castra locavit Kal. Junii. Misit deinde Dux ex parte Pontificis nuntios, ut nisi Anathema Apostolicum, & Imperialem vellent incurrere iram, Beneventum in eorum manibus remitterent. Contradicentibus autem illis, qui ex parte Antipapæ erant, Nuncii vacui redierunt, nam Rogeriani milites, qui tunc in civitate erant, minime pactis consenserunt, mox quingentos milites, & triginta millia peditum congregantes, exercitum extra civitatem contra illos pugnaturi, constituerunt. Ob quod Papa indignatus anathematis gladio Beneventanos ferit, Ducemque cum exercitu contra eos congredi præcipit. Sed cum Scutiferi Ducis in prima acie terga vertissent. Dux eventum fortunæ alteratum perpendens, præcipit militibus, ut fluvium transvadentes ad civitatem properarent, ut ab aurea Porta eam invaderent; Seditio tamen in Urbe de rebus præsentibus erat, quibusdam dicentibus Papæ Innocentio reddendam civitatem, & juxta patrum morem Beato Petro, ejusque Successori deservire debere, aliis vero nequaquam, sed repugnare persuadebant: milites interea fluvium transvadentes ad civitatem tendebant: Beneventani autem hostes contra se venire dum prospiciunt, fugæ præsidium sumunt: hi autem qui ex parte Ducis erant, illos instantius insequentes, Civitatem cum eis ingressi sunt, atque hoc modo Beneventum in ditionem acceperunt: Pontifex vero tunc civitatem ingredi noluit;

sed

sed inter eam Cardinalem Girardum misit, ut ipsius nomine à civibus juramentum fidelitatis exigeret, ut & factum est, & Innocentius Papa ad Lotharium Imperatorem in obsidione civitatis Barensis existentem, perrexit.

Eodem anno 1137. die prima Septemb. Imperatrix Florida Lotharii Imperatoris uxor venit Beneventum devotionis causa visitandi Ecclesiam gloriosissimi Apostoli Bartholomæi, & per portam Auream ingrediens ad Ecclesiam ipsam se contulit, ubi Missarum solemnia audivit, palliumque super illius altare, & libram unam argenti obtulit: & deinde egrediens per mediam civitatis plateam ascendens, & per portam Summam exiens ad Lotharium Imperatorem ejus virum remeavit, qui prope Beneventum juxta fluvium Caloris ex hac parte Ubiani ad Ecclesiam sancti Stephani, cum exercitu castrametatus est, & cum eo Pontifex Innocentius, qui triduo post Beneventum advenit, & à Clero universoque populo omni gloriæ apparatu receptus est. Sequenti die Pontifex in sacro Palatio sedens, in conspectu Cleri, & populi clamavit, ut si quis contra personam, sive electionem Gregorii Beneventani Electi, canonicè, & rationabiliter opponere vellet, libera fronte opponeret, sed clementia divina opitulante, & quia electus ipse vitam suam religiosè constituerat, nemo civium contra ejus electionem objecit: Apostolicus itaque hoc aspiciens gratias Deo egit, & ipse de persona, & vita electi testificatus est, & quod die Dominico adveniente, & Spiritu sancto cooperante, consecrationem acciperet.

Gregorius jam pridem electus Archiepiscopus xvi. & ab Innocentio Papa II. eodem anno quo supra 1137. ingenti Beneventanorum omnium lætitia fuit suæ Ecclesiæ restitutus, ubi die Dominico 5. die Septembris fuit ab ipsomet Pontifice consecratus, in quibus ceremoniis interfuere Patriarcha Aquilejæ, & complures alii Archiepiscopi, & Episcopi, ut refert Falco in suo Chronico Beneventano in hoc eodem anno, sub quo Imperator Lotharius ad instantiam ejusdem Pontificis privilegium fecit civitati Beneventanæ de vinearum fidantiis, angariis, terratico, & de omnibus redditibus, quos Northmannis reddere soliti erant, quibus peractis Imperator de prædicto loco propè fluvium Caloris castramovens, viam Romam redeundi arripuit, qui ante portam Summam cum toto suo exercitu transivit, & Pontifex cum eodem Imperatore ad suam sedem rediit die 9. Septembris. Quorum discessu Rex Rogerius audito, exercitu congregato super nonnulla loca irruit, & usque ad confinia Beneventi pervenit: necnon & Sergium magistrum Militum civitatis Neapolitanæ ad suam adduxit fidelitatem: deinde Judices Beneventanæ urbis cum aliis civibus ipsum Regem adeuntes ad Anacleti fidelitatem, & ipsius Regis amorem civitatem submittunt, cui Rex ad eorum, & Roscimanni Pseudo-Archiepiscopi instantiam, privilegium exemptionis fecit, de vinearum fidantiis, angariis, terratico, ac de omnibus redditibus, quos Northmannis reddere soliti erant, quod privilegium recenset Falco in hunc modum.

In nomine Domini Dei Salvatoris æterni Jesu Christi.

Dominicæ Incarnationis anno 1137. mense Novembri primæ Indictionis.

Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ, Italiæ Rex, Christianorum adjutor, & clypeus, Rogerii primi Comitis filius: regalis excellentiæ nostræ provocamur liberalitate fidelibus nostris tanquam de nobis bene promeritis beneficia ampliori manu debere impendere, ut non solum fideliores inveniantur, sed ut cæteri spe retributionis adjuti in nostro servitio promptiores habeantur. Eapropter Venerabilis Beneventanæ Rossemanne Archiepiscope, qui semper in omnibus fidelis extitisti, petitionibus tuis, & Bernardi Beneventani Comestabuli, & Beneventanorum Judicum, aliorumque plurimorum civium clementius annuentes, quos vos semper nostros fideles experti sumus pro amore summi Regis, per quem subsistimus & regnamus, & amore, & fidelitate vestra, quam in nobis habetis, & in antea habituri estis, dimittimus, & condonamus vobis ea omnia, quæ nos, & prædecessores nostri Normandi circa Beneventanam civitatem habuerunt, fidantias, subscriptas, videlicet denariorum, redditus, salutes, angarias, terraticum, herbaticum, carnaticum, Kalendaticum, vinum, olivas, relevum, postremo omnes alias exactiones, tam Ecclesiarum, quam civium, & omnia prædicta, & possessiones liberas facimus & quietas, undecunque aliquid accipere soliti sumus, ut quandiu in nostra permanseritis fidelitate, & nostrorum hæredum, liberi, & quieti vos, & vestri hæredes ab omnibus superadictis maneatis, & in vestris prædiis venandi, piscandi, occupandi liberam facultatem habeatis. Et ut firmiter hoc tenere valeatis, privilegium istud sigillo aureo nostro signari fecimus. Si qua vero persona, quod absit, magna, humilisve hujus nostræ concessionis paginam in aliquo violare præsumpserit, viginti libras auri purissimi in misericordia nostra Palatio nostro componat, præsensque privilegium robur pristinum obtineat. At hujus concessionis judicium per manus Henrici nostri Notarii scribi præcepimus, & Bulla aurea insigniri, anno Regni nostri septimo.

Anno 1138. 11. Kalend. Februarii fuit civitas Beneventana à magno terræmotu afflicta, ita ut omnes domus corruere visæ sint; narrat Falco in suo Chronico.)

Eodem anno prima die Octobris Rex Rogerius Beneventum venit, cum suo exercitu, & ipse intra Ecclesiam sancti Petri Apostoli prope civitatem castrametatur. Exercitus vero totus infra civitatem hospitatus est, ibique demoratus per tres dies Rex die 4. Octobris civitatem est ingressus, & Ecclesias, civitatisque palatia, & Curiam Apostolici studiosè perquisivit, exercituque refocillato, castra è civitate amovit.

Anno 1139. Ind. 2. Rex Rogerius, exercitu congregato Beneventum venit indignatus, quia Innocentius Papa inter statuta Romæ synodo celebrata hoc anno mense Aprilis, ipsum, suosque sequaces excommunicavit, qui post obitum Antipapæ Anacleti schisma fovit, & Gregor. Cardinalis sua industria in Papam fuit electus, & Victor IV. nominatus, ut Innocentii partem impediret, tandem post multa inter Innocentium Papam, & Regem Rogerium exagitata in terra S. Germani, fuit inter eos firmata pax, maxima cum Beneventanorum lætitia: Et Rex ipse, & filius ejus die 7. Julii ad pedes Pontificis veniunt, & ad ipsius Imperium flectuntur, & B. Petro, & Innocentio Papæ, suisque successoribus canonicè intrantibus fidelitatem promittunt, jurantque. Quibus peractis Pontifex Rogerio Regi Siciliæ Regnum, Duci ejus filio, Ducatum Apuliæ, Principi alteri filio Principatum Capuæ concessit.

Die primo Augusti ejusdem anni Pontifex Innocentius cum Rogerio Rege venit Beneventum, & à Beneventanis omni gloriæ apparatu susceptus: Rex vero Rogerius prope civitatem castra locavit. Pontificemque usque ad portam S. Laurentii sociavit. Eodem vero die post vesperas Rogerius Rex civitatem Beneventanam ingreditur, & ad Palatium ubi Pontifex erat, devenit, Pontificisque pedes osculatur, & aliquantulum cum eo demoratus, discessit, & ad Episcopium pergit, & Ecclesias Beatissimæ Virginis Mariæ, & B. Bartholomæi Apostoli ingressus oravit; deinde Monasterium S. Sophiæ, ante altare s. Mercurii se prostravit, ex quo procedens, Monasterium totum perambulavit, Monachorumque orationibus se commendans, ex urbe exivit per portam Summam, & ad castra remeavit; & his diebus cives Neapolitani Beneventum venerunt, Regique Rogerio se dederunt, eique fidelitatem promiserunt, juraveruntque. Et Rosemannus Pseudo-Archiepiscopus ab Anacleto Antipapa consecratus, Benevento fuit expulsus, & cum Domino Rege festinavit: & his aliis

Castellum, quod Roscimannus ad portam Summam fabricari jussit, Pontifex destruifecit. Ordinationes, statuta, sive leges ab Antipapa Anacleto & à Roscimanno factas cassavit, annullavitque, & diebus Assumptionis B. Mariæ Virginis, & festivitatis B. Bartholomæi Apostoli Pontifex ad Archiepiscopatum descendit, & Missarum solemnia celebravit, qui die 2. Septemb. ad sedem suam remeavit. Hactenus Falco. Cæterùm Roscimannus cum indebitum sibi collatum honorem inter varias agitationes, quibus eo potissimum tempore Beneventana civitas quassata est, quinque annis tenuisset, fato cessit anno 1139. ut sæpe citatus Falco narrat; noster vero Gregorius biennio ante Beneventi receptus per aliquot annos inter varios bellorum turbines, pacate tamen ipse commissam sibi rexit Ecclesiam: quo vero excesserit anno non liquet, eum tamen adhuc in humanis extitisse ann 1142. comprobat instrumentum quoddam coram eo stipularum, ut ex Biblioth. Benevent. fasciculo 21. bullarum num. 205. Ex quo arguas Viperam qui eum obiisse contendit anno cum eadem bulla 205. litera X. quam prose citat nobis faveat, siquidem est sub datum . . . Augusti 1142. potest tamen esse quod vitio typographi irrepserit mendum in numero, & pro 42. posuerit 1141. Guaramundus sequitur in ordine juxta Viperianam Chronologiam Archiepiscopus 17. At fatale est hos Mundum & Guaramundum ab hac serie exturbari, quod enim Mundo, & Guaramundo primo contigit, & huic secundo irrogetur necesse est, expungi scilicet à serie cum nedum in fasciculo & numero à Vipera citato tale prorsus nomen contineatur: verum ne in tota scripturarum massa ab amico nostro Cœlestino evolutarum ob oculos venerit excepto uno Guaramundo, qui anno 1258. tempore Capoferri Archiepiscopi erat Beneventanæ Ecclesiæ Archidiaconus. Verum hic præmonendum puto lectorem de topica (ut ita loquar) citatione hujusce fasciculi, & numero passim à Vipera usurpato apud ipsum pag. 113. in Henrico, 117. in Joanne, & 123. in Capoferro, videlicet si illud instrumenrum contineret repetitionem omnium Archiepiscoporum, certe nil aliud continet quam concessionem cujusdam petiæ terræ factam ad favorem cujusdam viri. Expuncto itaque, & in ordinem redacto Guaramundo, constituendus est Petrus, qui modo sequitur.

LXIV 11 PETRUS Gregorio successit, quem vixisse anno 1148. præter id, quod Vipera adferr, aliud extat monumentum in eodem fascic. 3. hoc idem comprobans; sed cum à Vipera omittatur privilegium huic eidem Petro ab Anastasio IV. de ann. 1153. concessnm, operæpretium duxi illud hic transcribere, ex quo nedum nostro Petro prorogabirur vita, verum à serie expungetur Arnulphus à Vipera collocatus in anno 1131.

ANASTASIUS EPISCOPUS
servus servorum Dei:
Venerabili fratri Petro Beneventano Archiepiscopo ejusq; successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

In eminenti Universalis Ecclesiæ specula disponente Domino constituti ex injuncto Nobis à Deo Apostolatus officio fratres nostros Episcopos debemus diligere, & Ecclesias eorum gubernationi commissas protectione Sedis Apostolicæ communire; ea propter, Venerab. in Christo frater Petre Beneventane Archiepiscope, vestris postulationibus benignum impartientes assensum, Beneventanam Ecclesiam cui auctore Domino præesse dignosceris sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum justè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Episcopatus videlicet Avellinum, Montem Maranum, Frequentinum, Arianum, Montem de Vico, Bivinum, Asculum, Luceriam, Florentinum, Tortibulum, Montem Corvinum, Vulturariam, Civitatem, Draconariam, Larinum, Termulam, Guardiam, Triventum, Bojanum, Alifiam, Thelesiam, & sanctam Agatham. Intra civitatem Beneventanam Ecclesiam S. Petri Paccadosso, Ecclesiam S. Theclæ, Ecclesiam S. Martini, Ecclesiam sanctæ Mariæ antoboram, Ecclesiam S. Petri sitam juxta Ecclesiam S. Petri de Medicibus, Ecclesiam S. Mariæ de Ancona, Ecclesiam S. Arbelæ, Ecclesiam S. Januarii de Græcis, Ecclesiam S. Mauri, Ecclesiam S. Paschasii, Ecclesiam S. Angeli, quæ est juxta Ecclesiam sanctæ Mariæ Rotundæ. Extra vero Ecclesiam S. Joannis de Plano, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Rocca, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Venticano, Ecclesiam S. Petri de Cardito, Ecclesiam S. Petri in Planisio, Ecclesiam sancti Theodori, Ecclesiam sanctæ Mariæ in Gildone. Abbatiam sanctæ Mariæ in Strata, Abbatiam sanctæ Mariæ de Corate, Ecclesiam sanctæ Mariæ in Gradellibus, & quidquid juris habes in castro Montis Sarculi, & in Valle Caudina. Præterea concedimus tibi Pallei usum ex more ad sacra Missarum solemnia peragenda, ut videlicet eo infrascriptis diebus infra Ecclesiam tantummodo utaris. In Natali Domini, Epiphania, Purificatione Sanctæ & semper Virginis Mariæ, & in Annunciatione ejusdem, Cœna Domini, & Paschalibus festivitatibus, Ascensione Domini, Pentecoste, in festivitate S. Joannis Baptistæ, in natalitiis Apostolorum Petri, & Pauli, & in Assumptione, & Nativitate Beatæ semperque Virginis Matris Mariæ. In dedicatione tui Archiepiscopatus, & in Anniversario tuæ consecrationis die, in congregationibus Episcoporum, ordinationibus Clericorum, & consecrationibus Ecclesiarum; præterea in translatione corporis beati Bartholomæi, quod tua fraternitas in secretario debeat induere, & sic ad Missarum solemnia proficisci; Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis exactionibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Siqua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ concessionis paginam scienter contra eam temerè venire temptaverit, secundò tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio de perpetrata iniquitate cognoscat existere, & à sacratiss. Corpore, & Sanguine Dom. nostri Jesu Christi Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat, cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Anastasius Lat. Eccl. Episc.
† Ego Hugo Hostien. Episc.
† Ego Guarinus Preuestin. Eccl. Episc.
† . . . .
† . . . .
† Ego Jacobus Card. S. Calixti.
† Ego . . . Presb. Card. . . . .
† Ego Hubaldus Presb. Card. sanctæ Praxedis.
† Ego Julius Presb. Card. tit. sancti Marcelli.
† Ego Octavianus Presb. Card. S. Cæciliæ.
† Ego Astaldus Presb. Card. tit. Priscæ.
† Ego Joannes Presb. Card. SS. Joannis & Pauli.
† Ego Cencius Presb. Card. S. Laurentii in Lucina.
† Ego Henricus Presb. Card. sanctorum Nerei, & Achillei.
† Ego . . . Diac. Card. sancti Georgii.
† Ego Iacintus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmed.
† Ego Ioannes Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi.
† . . . .

Datum Laterani per manus Rolandi S. R. E. Presbyt. Card. & Cancellarii, decimo Kal. Octob. Indict. 1 Incarnationis Dominicæ anno 1153. Pontificatus vero Domin. Anastasii Papæ IV. anno primo.

Ex hoc privilegio observare licet, quod est in jam relato Anastasii privilegio observandum, scilicet adjectio Episcopatus (vulgo dicti *della Guardia alferia*) cum nullatenus inantea nominari competerim inter Ecclesias Beneventano Archiepiscopo

suffra-

sed inter eam Cardinalem Girardum misit, ut ipsiu nomine à civibus juramentum fidelitatis expeteret, ut & factum est, & Innocentius Papa ad Lotharium Imperatorem in obsidione civitatis Barensis existentem, perrexit.

Eodem anno 1137. die prima Septemb. Imperatrix Florida Lotharii Imperatoris uxor venit Beneventum devotionis causa visitandi Ecclesiam gloriosissimi Apostoli Bartholomaei, & per portam Auream ingrediens ad Ecclesiam ipsam se contulit, ubi Missarum solemnia audivit, palliumque super illius altare, & libram unam argenti obtulit: & deinde egrediens per mediam civitatis plateam ascendens, & per portam Summam exiens ad Lotharium Imperatorem ejus virum remeavit, qui prope Beneventum juxta fluvium Caloris ex hac parte Ubiant ad Ecclesiam sancti Stephani, cum exercitu castrametatus est, & cum eo Pontifex Innocentius, qui triduo post Beneventum advenit, & à Clero universoque populo omni gloriae apparatu receptus est. Sequenti die Pontifex in sacro Palatio sedens, in conspectu Cleri, & populi clamavit, ut si quis contra personam, sive electionem Gregorii Beneventani Electi, canonicè, & rationabiliter opponere vellet, libera fronte opponeret, sed clementia divina opitulante, & quia electus ipse vitam suam religiosè constituerat, nemo civium contra ejus electionem objecit: Apostolicus itaque hoc aspiciens gratias Deo egit, & ipse de persona, & vita electi testificatus est, & quod die Dominico adveniente, & Spiritu sancta cooperante, consecrationem acciperet.

Gregorius jam pridem electus Archiepiscopus xvi. & ab Innocentio Papa II. eodem anno quo supra 1137. ingenti Beneventanorum omnium lætitia fuit suæ Ecclesiæ restitutus, ubi die Dominico 5. die Septembris fuit ab ipsomet Pontifice consecratus, in quibus ceremoniis interfuere Patriarcha Aquilejæ, & complures alii Archiepiscopi, & Episcopi, ut refert Falco in suo Chronico Beneventano in hoc eodem anno, sub quo Imperator Lotharius ad instantiam ejusdem Pontificis privilegium fecit civitati Beneventanæ de vinearum fidantiis, angariis, terratico, & de omnibus redditibus, quos Northmannis reddere soliti erant, quibus peractis Imperator de prædicto loco propè fluvium Caloris castrumovens, viam Romam redeundi arripuit, qui ante portam Summam cum toto suo exercitu transivit, & Pontifex cum eodem Imperatore ad suam sedem redlit die 9. Septembris. Quorum discessu Rex Rogerius audito, exercitu congregato super nonnulla loca irruit, & usque ad confinia Beneventi pervenit: necnon & Sergium magistrum Militum civitatis Neapolitanæ ad suam adduxit fidelitatem: deinde Judices Beneventanæ urbis cum aliis civibus ipsum Regem adeuntes ad Anacleti fidelitatem, & ipsius Regis amorem civitatem submittunt, cui Rex ad eorum, & Roscimanni Pseudo-Archiepiscopi instantiam, privilegium exemptionis fecit, de vinearum fidantiis, angariis, terratico, ac de omnibus redditibus, quos Northmannis reddere soliti erant, quod privilegium recenset Falco in hunc modum.

In nomine Domini Dei Salvatoris æterni Jesu Christi.

Dominicæ Incarnationis anno 1137. mense Novembri primæ Indictionis.

Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ, Italiæ Rex, Christianorum adjutor, & clypeus, Rogerii primi Comitis filius: regalis excellentiæ nostræ provocamur liberalitate fidelibus nostris tanquam de nobis bene promeritis beneficia ampliori manu debere impendere, ut non solum fideliores inveniantur, sed ut cæteri spe retributionis adjuti in nostro servitio promptiores habeantur. Eapropter Venerabilis Beneventana Rossemanne Archiepiscope, qui semper in omnibus fidelis extitisti, petitionibus tuis, & Bernardi Beneventani Comestabuli, & Beneventanorum Judicum, aliorumque plurimorum civium clementius annuentes, quia vos semper nostros fideles experti sumus pro amore summi Regis, per quem subsistimus & regnamus, & amore, & fidelitate vestra, quam in nobis habetis, & in antea habituri estis, dimittimus, & condonamus vobis ea omnia, quæ nos, & prædecessores nostri Normandi circa Beneventanam civitatem habuerunt, fidantias, subscriptas, videlicet denariorum, redditus, salutes, angarias, terraticum, herbaticum, carnaticum, Kalendaticum, vinum, olivas, relevum, postremo omnes alias exactiones, tam Ecclesiarum, quam civium, & omnia prædicta, & possessiones liberas facimus & quietas, undecunque aliquid accipere soliti sumus, ut quamdiu in nostra permanseritis fidelitate, & nostrorum hæredum, liberi, & quieti vos, & vestri hæredes ab omnibus supradictis maneatis, & in vestris prædiis venandi, piscandi, occupandi liberam facultatem habeatis. Et ut firmiter hoc tenere valeatis, privilegium istud sigillo aureo nostro signari fecimus. Si qua vero persona, quod absit, magna, humilisve hujus nostræ concessionis paginam in aliquo violare præsumpserit, viginti libras auri purissimi in misericordia nostra Palatio nostro componat, præsensque privilegium robur pristinum obtineat. At hujus concessionis judicium per manus Henrici nostri Notarii scribi præcepimus, & Bulla aurea insigniri, anno Regni nostri septimo.

Anno 1138. 11. Kalend. Februarii fuit civitas Beneventana à magno terræmotu afflicta, ita ut omnes domus corruere visæ sint; narrat Falco in suo Chronico.)

Eodem anno prima die Octobris Rex Rogerius Beneventum venit, cum suo exercitu, & ipse intra Ecclesiam sancti Petri Apostoli prope civitatem castrametatur. Exercitus vero totus infra civitatem hospitatus est, ibique demoratus per tres dies Rex die 4. Octobris civitatem est ingressus, & Ecclesias, civitatisque palatia, & Curiam Apostolici studiosè perquisivit, exercituque refocillato, castra è civitate amovit.

Anno 1139. Ind. 2. Rex Rogerius, exercitu congregato Beneventum venit indignatus, quia Innocentius Papa inter statuta Romæ synodo celebrata hoc anno mense Aprilis, ipsum, suosque sequaces excommunicavit, qui post obitum Antipapæ Anacleti schisma fovit, & Gregor. Cardinalis sua industria in Papam fuit electus, & Victor IV. nominatus, ut Innocentii partem impediret, eandem post multa inter Innocentium Papam, & Regem Rogerium exagitatam in terra S. Germani, fuit inter eos firmata pax, maxima cum Beneventanorum lætitia: Et Rex ipse, & filius ejus die 7. Julii ad pedes Pontificis veniunt, & ad ipsius Imperium flectuntur, & B. Petro, & Innocentio Papæ, suisque successoribus canonicè intrantibus fidelitatem promittunt, jurantque. Quibus peractis Pontifex Rogerio Regi Siciliæ Regnum, Duci ejus filio, Ducatum Apuliæ, Principi alteri filio Principatum Capuæ concessit.

Die primo Augusti ejusdem anni Pontifex Innocentius cum Rogerio Rege venit Beneventum, & à Beneventanis omni gloriæ apparatu susceptus: Rex vero Rogerius prope civitatem castra locavit. Pontificemque usque ad portam S. Laurentii sociavit. Eodem vero die post vesperas Rogerius Rex civitatem Beneventanam ingreditur, & ad Palatium ubi Pontifex erat, devenit, Pontificisque pedes osculatus, & aliquantulum cum eo demoratus, discessit, & ad Episcopium pergit, & Ecclesias Beatissimæ Virginis Mariæ, & B. Bartholomæi Apostoli ingressus oravit; deinde Monasterium S. Sophiæ, ante altare S. Mercurii se prostravit, ex quo procedens, Monasterium totum perambulavit, Monachorumque orationibus se commendans, ex urbe exivit per portam Summam, & ad castra remeavit; & his diebus cives Neapolitani Beneventum venerunt, Regique Rogerio se dederunt, eique fidelitatem promiserunt, juraveruntque. Et Roscimannus Pseudo-Archiepiscopus ab Anacleto Antipapa consecratus, Benevento fuit expulsus, & cum Domino Rege festinavit; & hic alii,

Castellum, quod Roscimannus ad portam Summam fabricari jussit, Pontifex destruifecit. Ordinationes, statuta, sive leges ub Antipapa Anacleto & à Roscimanno factas cassavit, annullavitque; & diebus Assumptionis B. Mariæ Virginis, & festivitatis B. Bartholomæi Apostoli Pontifex ad Archiepiscopatum descendit, & Missarum solemnia celebravit, qui die 2. Septemb. ad sedem suam remeavit. Hactenus Falco. Cæterùm Roscimannus cum indebitum sibi collatum honorem inter varias agitationes, quibus eo potissimum tempore Beneventana civitas quassata est, quinque annis tenuisset, fato cessit anno 1139. ut sæpe citatus Falco narrat; noster vero Gregorius biennio ante Beneventi receptus per aliquot annos inter varios bellorum turbines, pacate tamen ipse commissum sibi rexit Ecclesium: quo vero excesserit anno nuo liquet, eum tamen adhuc in humanis extitisse ann 1142. comprobat instrumentum quoddam coram eo stipulatum, ut ex Biblioth. Benevent fasciculo 21. bullarum num. 205. Ex quo arguas Viperum qui eum obiisse contendit anno cum eadem bulla 205. litera X. quam prose citat nobis faveat, siquidem est sub datum . . . Augusti 1142. potest tamen esse quod vitio typographi irrepserit mendum in numero, & pro 42. posuerit 1141. Guaramundos sequitur in ordine juxta Viperianam Chronologiam Archiepiscopus 17. At fatale est hos Mundum & Guaramundum ab hac serie exturbari, quod enim Mundo, & Guaramundo primo contigit, & huic secundo irrogetur necesse est, expungi scilicet à serie cum nedum in fasciculo & numero à Vipera citato tulu prorsus nomen continеatur: verum ne in tota scripturarum massa ab amico nostro Cœlestino evolutarum ob oculos venerit excepto uno Guaramundo, qui anno 1258. tempore Capoferri Archiepiscopi erat Beneventanæ Ecclesiæ Archidiaconus. Verum hic præmonendum puto lectorem de topica (ut ita loquar) citatione hujusce fasciculi, & numero passim à Vipera usurpato apud ipsum pag. 113. in Henrico, 117. in Joanne, & 123. in Capoferro, videlicet si illud instrumentum contineret repetitionem omnium Archiepiscoporum, certe nil aliud continet quam concessionem cujusdam petiæ terræ factam ad favorem cujusdam viri. Expuncto itaque, & in ordinem redacto Guaramundo, constituendus est Petrus, qui modo sequitur.

LXIV 11 PETRUS Gregorio successit, quem vixisse anno 1148. præter id, quod Vipera adfert, aliud extat monumentum in eodem fascic. 3. hoc idem comprobans; sed cum à Vipera omittatur privilegium huic eidem Petro ab Anastasio IV. de ann. 1153. concessum, operæpretium duxi illud hic transcribere, ex quo nedum nostro Petro prorogabitur vita, verum à serie expungetur Arnulphus à Vipera collocatus in anno 1151.

ANASTASIUS EPISCOPUS
servus servorum Dei.

Venerabili fratri Petro Beneventano Archiepiscopo ejusq; successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

In eminenti Universalis Ecclesiæ specula disponente Domino constituti ex injuncto Nobis à Deo Apostolatus officio fratres nostros Episcopos debemus diligere, & Ecclesias eorum gubernationi commissas protectione Sedis Apostolicæ communire; ea propter, Venerab. in Christo frater Petre Beneventane Archiepiscope, vestris postulationibus benignum impartientes assensum, Beneventanam Ecclesiam cui auctore Domino præesse dignosceris sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum justè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Episcopatus videlicet Avellinum, Montem Maranum, Frequentinam, Arianum, Montem de Vico, Bivinum, Asculum, Luceriam, Florentinum, Tortibulum, Montem Corvinum, Vulturariam, Civitatem, Dracontariam, Larinum, Termulam, Guardiam, Triventum, Bojanum, Alifiam, Thelesiam, & sanctam Agatham. Intra civitatem Beneventanam Ecclesiam S. Petri Paccadosso, Ecclesiam S. Theclæ, Ecclesiam S. Martini, Ecclesiam sanctæ Mariæ antoboram, Ecclesiam S. Petri sitam juxta Ecclesiam S. Petri de Medicibus, Ecclesiam S. Mariæ de Ancona, Ecclesiam S. Artbelai, Ecclesiam S. Janaarii de Græcie, Ecclesiam S. Mauri, Ecclesiam S. Paschasii, Ecclesiam S. Angeli, quæ est juxta Ecclesiam sanctæ Mariæ Rotundæ. Extra vero Ecclesiam S. Joannis de Plano, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Roccu, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Venticano, Ecclesiam S. Petri de Cardito, Ecclesiam S. Petri in Planisio, Ecclesiam sancti Theodori, Ecclesiam sanctæ Mariæ in Gildone. Abbatiam sanctæ Mariæ in Stratu, Abbatiam sanctæ Mariæ de Corate, Ecclesiam sanctæ Mariæ in Gradellibus, & quidquid juris habes in castro Montis Sarculi, & in Valle Caudina. Præterea concedimus tibi Pallei usum ex more ad sacra Missarum solemnia peragenda, ut videlicet eo infrascriptis diebus infra Ecclesiam tantummodo utaris. In Natali Domini, Epiphania, Purificatione Sanctæ & semper Virginis Mariæ, & in Annunciatione ejusdem, Cœna Domini, & Paschalibus festivitatibus, Ascensione Domini, Pentecoste, in festivitate S. Joannis Baptistæ, in natalitiis Apostolorum Petri, & Pauli, & in Assumptione, & Nativitate Beatæ semperque Virginis Matris Mariæ. In dedicatione tui Archiepiscopatus, & in Anniversario tuæ consecrationis die, in congregationibus Episcoporum, ordinationibus Clericorum, & consecrationibus Ecclesiarum; præterea in translatione corporis beati Bartholomæi, quod tua fraternitas in secretario debeat induere, & sic ad Missarum solemnia proficisci; Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis exactionibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ concessionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio de perpetrata iniquitate cognoscat existere, & à sacratiss. Corpore, & Sanguine Dom. nostri Jesu Christi Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat, cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Anastasius Lat. Eccl. Episc.
† *Ego Hugo Hostien. Episc.*
† *Ego Guarinus Prenestin. Eccl. Episc.*
† . . . .
† . . . .
† *Ego Jacobus Card. S. Calixti.*
† *Ego. . . Presb. Card. . . . .*
† *Ego Habaldus Presb. Card. sanctæ Praxedis.*
† *Ego Julius Presb. Card. tit. sancti Marcelli.*
† *Ego Octavianus Presb. Card. S. Cæciliæ.*
† *Ego Astaldus Presb. Card. tit. Priscæ.*
† *Ego Joannes Presb. Card. SS. Joannis & Pauli.*
† *Ego Cencius Presb. Card. S. Laurentii in Lucina.*
† *Ego Henricus Presb. Card. sanctorum Nerei, & Achillei.*
† *Ego . . . Diac. Card. sancti Georgii.*
† *Ego Iaciatus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmed.*
† *Ego Joannes Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi.*
† . . . .

Datum Laterani per manus Rolandi S. R. E. Presbyt. Card. & Cancellarii, decimo Kal. Octob. Indict. 1 Incarnationis Dominicæ anno 1153. Pontificatus vero Domin. Anastasii Papæ IV. anno primo.

Ex hoc privilegio observare licet, quod est in jam relato Anastasii privilegio observandum, scilicet adjectio Episcopatus (vulgo dicti *della Guardia alferia*) cum nullatenus inantea nominari comperterim inter Ecclesias Beneventano Archiepiscopo

suffra-

ſuffeaganeas, quod idem obſervare licet de Monte-Marano, & aliis Epiſcopalibus ſedibus, quæ in peivilegio Leonis IX. non numerantur. Verum quidquid ſit de harum Eccleſiarum mutatione, quæ aliquando plures, paucioreſve ſuere, ad calcem hujus operis tota juriſdictio Beneventani Archiepiſcopatus, prout nunc eam moderatur Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus D. D. Joannes Baptiſta Foppa, exactè à me deſcribetur.

Sub hoc Petro Archiepiſcopo, de anno videlicet 1153. *a* ex largitionibus fidelium conſtructa eſt janua æneæ præ foribus Eccleſiæ ſancti Bartholomæi Apoſtoli, in qua adhuc hi duo verſus leguntur.

a 1150. & 1151.

(„ *Anno Dom. Incarn. MCL. hæc porta erecta eſt*
„ *Apoſtolo Bartholomæo de fidelium oblationibus menſe Auguſto.*
„ Vna ſic proloquitur porta: altera verò hæc pronunciat:
„ *Et hæc porta erecta eſt Apoſtolo Bartolomæo de*
„ *fidelium oblationibus Ann. Domin. Incarnat. menſe Septembri MCLI.*)

Quo vero obieeit anno noſter hie Petrus ſignatè non conſtat. Certe ultra annum 1151. in humanis fuiſse ex jam eelato diplomate Anaſtaſii liquet; literis tamen Henrici ſucceſsoris videtur obiiſse circa annum Domini 1556. & ſic cogimur ad novam expunctionem iuferendam iſtius Petri ſucceſsori, qui ut à Vipera ponitur, fuir Arnulphus electus, ut ipſe dicit, ab Eugenio Papa III. anno 1151. Quod quam ſit falſum colligitur ex jam recitato diplomate Anaſtaſii: ſiquidem ſi, ut aſserit Vipera, Petrus electus fuit de anno 1148. & de anno 1153. ad eundem Petrum ſunt literæ Anaſtaſii Papæ, quomodo potuit de an. 1151. promoveri ad Aechiepiſcopatum hic Arnulphus? Certe ni velimus duos conſtituere Archiepiſcopos eodem tempore unam eamdemque ſedem tenentes, unus eſt expungendus. Quod vero expunctionis calculus in hunc Arnulphum ſit irrogandus præter validiſſimam demonſtrationem mox adductam alia quoque poterit aſſignari cauſa, nempe quod aſsertum inſtrumentum à Vipera pro adſtruendo Archiepiſcopatu huic Arnulpho ſit commentitium; in illo namque faſciculo numeri non extenduntur ultra 36. nec in toto faſciculo aliquid de Arnulpho legitur.

Verum quem admodum in adſtruendo, & collocando in Beneventana ſede Arnulpho deceptus eſt Vipera, pariter in referendo ea, quæ Adrianus Beneventi cum Gullielmo Rege Siciliæ tranſegit, hallucinatus eſt, cum ea non à limpidiſſimo hiſtoriarum ſonte hauſerit, vel tranſceipſerit. Tantum enim abeſt ut Guilielmus p.ctus ſir ne aliquid in Romanam Eccleſiam ullo unquam tempore moliretur, quin potius eodemmet tempore extorſerit à Pontifice (ſic à neceſſirate, metuque compulſo) diploma illud, quod ſcilicet in Sicilia non eſset jus appellandi ad Romanam ſedem, nec legationes illuc mittereutur niſi petentibus eas Regibus, de qua re videatur Baron in hoc anno

Expuncto igitue Arnulpho certus ſubſtituatur Petro ſucceſsor qui erit

LXV. 12 HENRICUS, cujus Archiepiſcopatus initium malè orius eſt Vipera ab anno 1160. mediante topico illo faſciculo primo inſteumentorum num. 39. ut patebit ex infea recitando diplomate Adriani IV. ad hunc eundem Henricum dato anno 1157. quem annum probabile eſt fuiſse noſtri Heurici primum.

Quin dum hæc ſcriberem, & parumper ſubſtitiſſem, ad manus venit bulla quædam ipſius Henrici, ex qua deprehendi hunc extitiſſe ſui Archiepiſcopatus annum primum, ut mox patebit. Interim (quod foeſan quis mieabitur) ſciat benignus lector Beneventanos Archiepiſcopos ſuas conſueviſſe exarare bullas more, & ad inſtar Romanorum Pontificum, quod primum comperi de hoc Henrico, ut ex ſequenti bulla patebit.

Henricus Dei gratia Beneventanus Archiepiſcopus.

Cariſſimo in Chriſto fratri Hunifrido Abbati Monaſterii Terræ Majoris, ejuſque ſucceſſoribus regulariter intrantibus in perpetuum.

Paſtoralis Nobis injuncta cura regiminis Nos movet, inſtigat, atque compelli Venerabilium locorum utilitati providere, & præcipuè ſacrorum Monaſteriorum, in quibus fratres dimiſſa propria voluntate ſub Abbatis regimine regulariter degnat commoditatibus inſudare. Eapropter in Chriſto dilectiſſime frater, ac venerab. Abbas Hunfride tibi, tuiſque ſucceſſoribus regulariter intrantibus in præſentia fratrum noſtrorum Eccleſiam ſancti Laurentii ſitam prope mœnia hujus civitatis Beneventanæ ſuper ripam fluvii Coloris ædificatam, cum omnibus ejus poſſeſſionibus, concedimus, damus, ac præſentis ſcripti privilegio confirmamus. Itaque vobis eandem ſancti Laurentii per vos. & per veſtros miniſtros cum omnibus ſibi pertinentibus liceat rationabiliter ordinare, & quod in eadem Eccleſia per Dei famulos oblatum fuerit, abſque noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum contrarietate ſemper habere, & ſecuriter poſſidere, ita tamen ut ſingulis annis in Aſſumptione Beatę Marię pro illuminatione noſtri Archiepiſcopii duas libras ceræ pro cenſu perſolvere debeatis. Statuimus itaque, ut noſtram hanc conceſſionem, ſeu confirmationem nullus ſucceſſorum noſtrorum præſumat infringere, aut in aliquo minuere, vel mutare, & ut hæc noſtra donatio, ſeu confirmatio in perpetuum robur obtineat, propriæ manus ſubſcriptione, & ſigilli impreſſione firmavimus.

Data per manum dilecti filii noſtri Rainulphi Archidiaconi, & Bibliothecarii noſtræ Beneventanæ Eccleſiæ.

Scriptum per manum dilecti filii Petri ſcribæ Camerarii noſtri, & ejuſdem Eccleſiæ Subdiaconi anno ab Incar. Dom. noſtri Jeſu Chriſti 1157. Pontificatus ſanctiſſ. D. noſtri Adriani Summi Pontificis, & Univerſalis Papæ anno tertio, Archiepiſcopatus autem noſtri anno primo menſe Madio, Ind. 5.

Ego Henricus Beneventanus Archiepiſcopus.
† *Ego Rainulphus Beneventanus Archidiaconus.*
† *Ego Rogerius Primicerius Beneventanæ Eccl.*
† *Ego Bartholomæus Archipresb. Beneventanus.*
† *Ego Aſferius Diaconus me ſubripſi.*
† *Ego Madelinus Diaconus me ſubſcripſi.*
† *Ego Petrus qui ſupra Subdiac. Beneventanus me ſubſcr.*
† *Ego Guaimarius Clericus Benevent. me ſubſcr.*
† *Ego Adelferius Clericus Eccleſiæ Beneventanę.*

Altera Heurici bulla originalis à me viſa eſt talis tenoris.

Henricus Dei gratia Beneventanus Archiepiſcopus.

Dilecto in Chriſto filio Romualdo noſtræ Eccleſiæ Primicerio in perpetuum.

Sicut injuſta petentium non eſt admittenda voluntas, ſic honeſta petentium non eſt exauditio differenda. Petiſti in Chriſto cariſſime beneficium à nobis tibi conceſſum noſtro privilegio confirmari. Quia igitur votum tuum æquitati eſt conſentaneum, & te in ſervitio Eccleſiæ noſtræ ſtudioſum videmus, atque ſollicitum, petitionem tuam dignum duximus exaudire, & libenter effectui mancipare. Eapropter dilecte in Chriſto fili Romualde Sacerdos, & Primiceri, conſenſu & voluntate Archidiaconi, & aliorum fratrum noſtrorum, illud beneficium, quod eis aſſentientibus, & nos exorantibus tibi conceſſimus, præſentis ſcripti privilegio confirmamus, & communimus, videlicet Primiceratum cum Scol. & cæteris, quæ eidem Primiceratui pertinent, ſicut unquam anteceſſores tui eundē Primiceratum melius habuerunt. Eccl. S. Martini cum quibuſdam caſis juxta eandem Eccl. exiſtentibus, & cum uno furno, & quandam caſellam ad clavitam

vide-

videlicet Vicecomitis, & unam petiam vineæ in loco sancti Mauri ad Gipsaram, cum aliquantis teceicellis, & olivis in eodem loco existentibus, & unum petjam de terra ad sanctum Clericum, & unam petiam de teera ad Castellonem. Castrum quod vocatur Mons-Rosarius. Unam petium de vinea in Monte-Calvo, & unum vineam ad palearium, & sylvam non multum longè ab eadem vinea. Duas plancus ante Episcopium. Unam libeam de oleo in suburbio portæ Rufinæ, Oratorium quoque S. Januarii, sicut anteessor tuus Presbyter Mercurius tenuit, videlicet cum duobus solidis de hypothecis, & casam desupee easdem apothecas. Casam quoque quæ fuit Johannis Pizicademon. Duas casas in loco Olivosæ, & petiam unam vineæ apud S. Angelum ad Masclon. Hæc itaque tibi concedentes, & confirmantes, sancimus ut nulli omnino hominum liceat hanc concessionis & confirmationis nostræ paginam temerario ausu infringere, seu ei modis aliquibus contraire. Si quis vero id attemptare præsumpseeit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ semper Virginis, & B. atorum Apostolorum Petri & Pauli, atque Bartholomæi incurrat. Sceiptum per manum dilecti filii Petri Cameracii & scribæ nostei, ac ejusdem nostræ Ecclesiæ Subdiaconi.

Datum per manum dilecti filii Rainulfi nostræ Eccl. Archidiaconi, & Bibliothecarii, anno ab Incarn. 1159. mense Decembr. Pontificatus veeo Domini nostri Alexandei Summi Pontificis, & Universalis Papæ anno primo. Nostri autem Archiepiscopatus ann. 3.

Ego Henricus Brneventanus Archirpiscopus ss.
† Ego Rainulphus Beneventanus Archidiaconus,
† Fgo Olandus Sacerdos subscr.
† Ego Johannes Subdiaconus subs.
† Ego Guilelmus Presb. subs.
† Ego Ubertus Diac. subs.
† Ego Landus Sacerdos subs.
† Ego Alfertus Diac. subs.

Pendet plumbeum sigillum, in quo leguntur hæc insculpta verba: *Sancta Masia, S. Bartholomæus*, circumcirca: *Custodi me Domine ut pupillam oculi*.

Ex his itaque bullarum expeditionibus liquet quonam anno sedere cœperit hic noster Henricus. Illam vero Ecclesiam sancti Laurentii ad Caloris fluenta positam memoratam in primo documento Henrici, modo incolunt Patres Minores Observantiæ sancti Francisci, nec hucusque rescire potui quomodo à Monachis D. Benedicti concesserit in Franciscanam familiam

Verùm adferamus modo Adriani IV ad eundem Henricum diploma, quod etsi ejusdem prorsus sit tenoris, ac jam recitatum Anastasii itidem IV. tamen libuit illud transcribere, ut liquido constet, quam erga Beneventanam Ecclesiam fuerint propensi Romani Pontifices.

ADRIANUS EPISCOPUS
servus servorum Dei.
Venerabili fratri Henrico Beneventano Archiepiscopo, ejusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

Et rationis ordo disponit, & Ecclesiasticæ utilitatis consideratio persuadet, fratribus, & Coepiscopis nostris ampliorem gratiam, & honorem impendi, & commissarum eorum gubernationi Ecclesiarum contea sæcularis pravitatis incursus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ tuitione vallari, ut tanto de subditorum salute, ac sui exequutione officii sollicitiores possint semper existere, quanto contra pravorum audaciam protectionis Apostolicæ majus se prospexerint munimen habere Ea propter Venerab. in Christo frater Henrice Archiepiscope, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & Beneven. Eccl. cui Deo auctore præesse dignosceris sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum justè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Episcopatus, Avellinum, Montem-Maranum, Feequentinum, Acianum, Montem de Vico, Bovinum, Asculum, Luceriam, Florentinum, Tortibulum, Montem-Corvinum, Vulturariam, Civitatem, Draconariam, Alacinum, Termulam, Guardiam, Triventum, Bojanum, Alifam, Telesam, & sanctam Agatham Infra civitatem Beneventanam, Ecclesiam S. Pauli, Ecclesiam S. Mariæ de porta Gloriosa, Ecclrsiam S. Petri Paccadosso, Ecclrsiam sanctæ Theclæ, Ecclesiam S. Martini, Ecclesiam S. Mariæ antehoram, Ecclesiam S. Petri sitam juxta Eccl. Petri de Medicis, Eccl. sanctæ Mariæ de Ancona, Ecclesiam S. Arthellais, Ecclesiam S. Ianuarii dr Græcis, Eccl. S. Martini, Eccles. S. Paschasii, Eecl. S. Angrli, quæ est sita juxta Ecclesiam s. Cassiani, Ecclesiam sanctæ Mariæ Rotundæ. Extra civitatem vero Beneventanam, Ecclesiam s. Mariæ de Rocca, Ecclesiam s. Mariæ dr Venticano, Ecclesiam s. Petri de Cardito, Ecclesiam s. Peeri de Planisio, Ecclrsiam s. Theodoræ, Ecclesiam s. Mariæ in Geldone, Abbatiam s. Mariæ in Seratu, Abbatiam sanctæ Mariæ de Corate, Ecclesiam s. Mariæ in Gradellis, & quicquid juris habes in castro Montis Sarculi, & valle Caudina. Præterea concedimus tibi pallei usum ex more ad sacra Missarum solemnia celebranda, & Crucem per totam Parochiam tuam deferendam. Pallei vero usum videlicet in Natali Domini, in die s. Stephani, Epiphania, Purificatione sanctæ Mariæ, in Annunciatione ejusdem, in Lætare Ierusalem, Cœna Domini, Sabbato sancto, in Paschalibus festivitatibus, Ascensione Domini, & Pentecostes. In festivitate s. Ioannis Baptistæ, & in natalitiis beatorum Apostolorum, in Assumptione, & Nativitate Beatæ Mariæ Virginis, & in duabus translationibus B. Bartholomæi, in dedicatione tui Archirpiscopatus, & in Anniversario tuæ consecrationis die; in Congregationibus, & Consecrationibus Episcoporum, Ordinationibus Clericorum, consecrationibus Ecclesiarum, & in festivitatibus majorum Ecclesiarum tuæ Provinciæ. Decernimus etiam ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones aufrrre, vel ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva in omnibus Apostolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam trmere venire tentaverit, secundo tertiovè commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino Iudicio existere de prædicta iniquitate cognoscat; & à sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Adrianus Cath. Eccl. Episc.
† Ego Hubaldus presbyt. Card. tit. s. Praxedis.
† Ego Manfredus presb. Card. tit. s. Savinæ.
† Ego Hubaldus presb. Card. tit. s. Crucis.
† Ego Octavianus presb. Card. tit. S. . . .
† Ego Gerardus presb. Card. tit. S. Stephani in Celio Monte.
† Ego Henricus presb. Card. tit. SS. Nerei, & Achillei.
† Ego Ioannes presb. Card. tit. sanctorum Sylvestri, & Mart.
† Ego Ioannes Diac. Card. tit. sanctorum Sergii & Bacchi.
† Ego Oddo Diac. Cardin. tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Dat. Vrbeveteri per manum Rolandi S. R. E. Peesbyteri Cardinalis, & Cancellarii 4. Kal. Octobr. Indict. 5. Incarnationis Dominicæ anno 1157. pontificatus Dom. Adriani Papæ IV. anno tertio.

Anno sequenti (1) ad Cardinalatus dignitatem hic idem Adrianus promovit Albertum de Morra Beneventanum Monachum Cisterciensem, virum undequaque tam nobilitatis ingenitæ, quam morum

pro

(1) Sed anno 1157. Albertus de Morra ex Diacono S. Theodori factus est Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina, cum jam purpureum decus obtinuisset an. 1155. Lucentius.

probitatis fama toto orbe clarissimum, prout innotuit cum anno 1187. in Summum Pontificem est renunciatus, & Gregorius Octavus appellatus.

De nostro Henrico unum restat addendum à Vipera omissum, illum scilicet anno 1166. functum esse Legationis munera apud Constantinopolitanum, & in administratione Archiepiscopatus substituisse Rainulphum Beneventanæ Ecclesiæ Archidiaconum, prout mihi innotuit ex instrumento quodam Monasterii sancti Victorini signato n. 1. ubi tale est exordium. *Ego Rainulphus Archidiaconus sacri Beneventani Episcopii, in quo Divina favente gratia Dominus Henricus Venerabilis Archiepiscopus præest, qui in injuncta sibi Legatione à prædicto Domino Papa modo est in Romania. Clarum facio, &c.* Ex quibus verbis deducitur eum adhuc in humanis fuisse anno 1166. & probabile est ultra etiam vixisse ad annum usque 1170. vel attigisse 1171. Cæterum in Henrici Præsulatu referendum videtur sequens privilegium, quod Alexander Papa III. anno 1169. dum declinandæ persequutionis causa Beneventi moraretur, concessit Abbatissæ, & Monialibus Monasterii Victorini, de cujus antiquitate, ac prærogativis meum in eis referendis testimonium omnino duco superfluum, cum pontificium diploma quales fuerint sat superque testetur. In eo siquidem reperiet lector prærogativam certè singularem (& quod hucusque viderim ego) nulli alii Monasterio concessam, benedictionem scilicet Abbatissæ Romano Pontifici specialiter reservari. Omitto alia quæ in eodem privilegio continentur, ex quibus colligitur ampla illius Monasterii jurisdictio in tot Ecclesiis, quæ unitæ justum competentemque his temporibus efformarent Diœcesim. Hæc duxi prænotanda, nedum quod Monasterium prædictum sit Ordinis D. Benedicti, itidem Patris mei, verum quia cum ab ingenita humanitate harum Sanctimonialium mihi ex earum Archivio suppeditati sint codices antiquissimi, scripturæ, ac Privilegia, hanc eis qualemcunque gratiam rependere volui, ut quæ me in ambiguitatibus elucidandis sua humanitate juverint, sic beneficii collati gratum me in his paginis agnoscant, ac memorem.

ALEXANDER EPISCOPUS
servus servorum Dei.

Dilectis in Christo filiabus Fusebæ Abbatissæ Monasterii S. Victorini quod in Beneventana civitate situm est, ejusque sororibus tam præsentibus, quam futuris Monasticam vitam professis in PP. M.

Quotiens illud à Nobis petitur quod religioni, & honestati noscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter dilectæ in Domino filiæ vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium in quo Divino mancipatæ estis obsequio sub B. Petri, & Nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo Monasticus, qui secundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam in eodem Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur, præterea quascumque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium in præsentiarum justè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, & iis . . . vos successerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Infra Beneventanam civitatem domos, cum casalibus, & cum omnibus suis pertinentiis, Ecclesiam S. Crucis ad portam Summam cum omnibus suis pertinentiis, Ecclesiam S. Severiani cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Salvatoris de Prata cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Salvatoris de Alifa cum Ecclesiis suis, videlicet Ecclesiam S. Secundini, Ecclesiam S. Martini, Ecclesiam S. Mariæ de Arena cavata, Ecclesiam S. Vitaliani, Ecclesiam S. Petri de Mercato-Veteri, Ecclesiam S. Christophori, Ecclesiam S. Viti, Ecclesiam S. Angeli de Rapa Canina, cum pertinentiis earum, salvo tamen jure Monasterii S. Vincentii de Monte quod habet in præd. Monasterio S. Salvatoris de Alifa, hortum prope sanctum Erasmum, hortum juxta Aquamlongam, vineam de Casulito, vineam de Guardia cum pertinentiis earum, hæreditatem de Mathecca, vineas, & terras de loco Cupuli, cum pertinentiis suis, vineam de Faldula, cum pertinentiis suis, vineas, & terras de Montore, cum pertinentiis suis. Apud Tiunum terras, & silvas. Sanè si Mercatores, & Peregrini, se cum rebus suis Monasterio vestro intuitu devotionis reddere voluerint, eos recipiendi liberam facultatem habeatis; Obeunte vero ut nunc ejusdem loci Abbatissa, vel earum qualibet, quæ tibi successerint, nulla ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam elegerint à Romano Pontifice benedicendam. *Et quia Monasterium vestrum specialiter juris, & proprietatis beati Petri existit, & ad provisionem, & dispositionem Romanæ Ecclesiæ nullo mediante noscitur pertinere, conditionem quam Abbati, & fratribus prædicti Monasterii S. Vincentii in Ecclesia vestra concessistis, quod scilicet post decessum tuum, filia Abbatissa, & earum quæ post te succedent per licentiam, & consensum Abbatis S. Vincentii Abbatissam deberetis eligere, omnino irritum ducimus, & Apostolica auctoritate cassum: Nemini enim licuit inconsulto Romano Pontifice prædicto vestro Monasterio novam conditionem imponere, aut statum suum in deterius immutare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur earum pro quarum sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diœcesani Episcopi in præscriptis Ecclesiis canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

Ego *Alexander Catholicæ* Eccl. *Episc.*
† *Ego Hubaldus Hostiensis Episcopus.*
† *Ego Bernardus Portuensis, & sanctæ Rufinæ Episcopus.*
† *Ego Hubaldus Presbyter Card. tituli S. Crucis in Hierusalem.*
† *Ego Joannes Presbyter Card. S. Joannis & Pauli tit. Pammachii.*
† *Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Anastasiæ.*
† *Ego Boso Presb. Car. S. Pudentianæ tit. Pastoris.*
† *Ego Joannes Presb. Card. tituli S. Marci.*
† *Ego Theodinus Presbyter Card. sancti Vitalis tit. Vestinæ.*
† *Ego Jacintus Diac. Card. tituli sanctæ Mariæ in Cosmedin.*
† *Ego Ard. Diaconus Card. S. Theodori.*
† *Ego Cynthius Diac. Card. S. Adriani.*
† *Ego Hugo Diac. Card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ.*
† *Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.*

Datum Beneventi per manum Gratiani S. R. E. Subdiac. & Notarii 6. Kal. *Maii Indict. 1. Incarnat. Dominicæ MCLXVIII. Pontificatus vero D. ALEXANDRI PP. III. anno 9.*

Sebastianus Archiepiscopus 21. si Viperæ credimus. At quod nihil potius sit credendum, suadebit tot præteritorum Antistitum juridica, evidensque

expunctio. Sane à risu temperare vix potui, cum in evolvendo libro illo emortuali Monasterii S.Petri Monialium, quem proadstruendo Archiepiscopatu huic Sebastiano Vipera citat, comperi hallucinatum esse. itaut nomen cujusdam Monialis, nomine Sebastiana, adaptarit ad hunc Sebastianum in Archiepiscopalem sedem intrudendum; quod ei forsan visum fuerit non abs re esse ut fabula sua non vacaret Beneventana sedes in hac Sebastiana, quemadmodum Romanæ evenit per multa sæcula de sua Joanna. Verùm ut liquidè constet Viperam deceptum esse, proferamos quonammodo exarata sint nomina mortuorum in illo libro Sub die vigesima nona Novembris sic notatur characteribus nigris *Obiit Ursus Archiepiscopus* & immediate characteribus rubris sequitur *& Sebastian. Mon.* pro quo est sciendum, toto illo libro nomina tantummodo monialium atramento rubro extare conscripta, cæterorum autem nigro, præterquam quod bis terque repetito, & accurate inspecto toto libro nullum aliud nomen *Sebastian.* fuit invenire: Cum itaque pro hoc Sebastiano adstruendo nullum aliud monumentum proferat Vipera, quam librum illum emortualem, cogor illum à serie expungere, & alium Henrico substituere qui fuit,

LXVI 13 LOMBARDUS, *a* patria Placentinus, S. Thomæ Cantuariensis exilii socius, & Ecclesiastici juris atque sacrorum Canonum peritissimus, zelo fidei, & pietate præclarus ab Alexandro III. S.R.E. Card. creatus, atque ab eodem Pontifice Archiepiscopus Beneventanus renunciatus est, ut testatur Baronius ex tripartita Historia Codicis Vaticani, de quo primum monumentum extra notatum in instrumento quodam Bibliot. Benev. fasc. 3. n. an sub anno 1171. quem fuisse sui Præsulatus primum testantur duo authographa monumenta, quæ extant in Biblioth. Beneventana, quæ propriis oculis vidimus, primum scriptum anno 1175. Archiepiscopatus sui 5. alterum datum 1177. sui Præsulatus anno 6. Electus est igitur Archiepiscopus ann. 1171. Porro bullarum Lombardi tenor talis eit.

a De quo Ciaconius Oldoini t. 1. col. 1103.

Lombardus Dei gratia Beneventanus Archiepiscopus Capitulo ejusdem Ecclesiæ, salutem, & dilectionem.

In eo summo officio, disponente Domino, constituti, ut præter illam ejus benignitatem, qua sumus universi generaliter debitores, circa voluntates specialium filiorum, in his præcipuè, quæ & ad Deum spectant, & à temporali non dissonant incremento, specialiter qua decet, nos aures gerere tinnientes liberalitatis meræ officiis inhærentes, quæ suos semper claros reddidit in omnibus amatores: Unde quoniam amandi in Christo filii à nobis suppliciter postulatis, ut Palatium Ludovici Clerici ad judicialia, & Gilberti consobrini sui cum Apothecis, casis, & omnibus suis pertinentiis, quæ ad jus nostri Episcopii noscuntur specialiter adtinere in ejusdem Ecclesiæ vestiario ad ejus thesauros instaurandos melius, & augendos, perpetuo concederemus: honestæ petitioni vestræ, cujus non est exauditio differenda idcirco maturè duximus assentiendum, & vos muneri nostro duplicatam inserere gratiam videamur, & vos experiamini manifestum nostræ dilectionis augumentum. Eapropter taliter id concedimus per hujus privilegii paginam, & concessionem nostram per quasdam claves in manibus Raimulphi Archidiaconi, & Romaldi Primicerii traditionis robore confirmamus. Statuentes, ut nulli liceat illam infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc adtemptare præsumpserit, Omnipotentis Dei, & B. semper Virginis Mariæ, & B. Bartholomæi Apostoli, & omnium sanctorum iram se noverit incursurum: Ad futuram verò memoriam, & hujus concessionis firmitatem tibi dilecto filio Jacobo Notario ipsam exscribere præcepimus: in anno Dominicæ Incarnationis 1175. Pontificatus Domini nostri Tertii Alexandri summi Pontificis anno 17. Nostri autem Archiepiscopatus anno 5. Mense Februarii nona Indictione.

† *Ego Lombardus Beneventanus Archiepiscopus.*
† *Ego Raimulphus Archidiaconus.*
† *Ego Joannes Diaconus.*
† *Ego Romoaldus Presbyter, atque Primicerius.*
† *Ego Bartholomæus sacer & Primicerius.*

Extat in fine signum diplomatis in medio scriptum: *sancta Maria, S. Bartholomæus Lombardus Archiepiscopus Beneventanus.* Circum circa vero: *Custodi nos Domine ut pupillam oculi.* In pendenti signo plumbeo videtur ejusdem Archiepiscopi effigies, circum vero in sculptura hæc verba † *Lombardus Beneven. Archiepisc.* retro caput sanctæ Mariæ & S. Bartholomæi sup. S. M. S. B. Secundi Lombardi documenti tenor ita se habet.

Lombardus Dei gratia Beneventanus Archiepiscopus Vener. in Christo fratri Raimulfo Beneventanæ Ecclesiæ Archidiacono in perpetuum.

Pastoralis officii nos hortatur humanitas, caritatis ardor liberaliter persuadet, atque ipsa nos Ecclesiasticæ utilitatis consideratio vehementer invitat, ut iis, qui devoto, ac sedulo in Beneventanæ Ecclesiæ servitio perseverant beneficii manum largitionis velimus extendere, & justis eorum petitionibus promptum præstare favorem, quo dilectionis nostræ manifestum teneant argumentum, & ad Ecclesiæ nostræ servitium promptiores jugiter, devotioresq; reddantur. Præcipue tamen illos majoris nostræ Ecclesiæ fratres, quos dignitate, vita, scientia, & elegantia morum novimus præeminere, ferventiori nos decet caritate complecti, ac propensiùs honorare. Quia igitur Venerabilis frater Archidiacone, circa profectum, & obsequium Beneventanæ Ecclesiæ promptum te admodum, devotum, ac sollicitum esse, atque ad honestatis augmentum, & conservationem laudabiliter sollicitè, ac diligenter intendere ipsa rei experientia planè edocemur; sinceræ tuæ devotionis constantiam, & studium fructuosum tuæ sollicitudinis attendentes, tuamque multimodam probitatem petitioni tuæ prompto favore duximus occurrendum. Inde est, quod juxta postulationem tuam totum beneficium quod tenes ab Ecclesia nostra, Ecclesias quas habes in Valle Caudina cum Presbyteris suis, bibliothecam cum dignitatibus ac proprietatibus suis, & archidiaconatum cum dignitatibus suis promptu tibi liberalitate concedimus, & præsentis scripti privileg o confirmamus, ut scias te in omnibus nostrum Vicarium esse, & omnem curam tam in Clero positorum, quàm eorum qui Parochias habitare noscuntur ad te pertinere, & cum opportunum fuerit liceat tibi vice nostra per parochiam Beneventanæ Eccl. pergere ad Presbyterorum & Clericorum corrigendos excessus, eorumq; conversationem laudabiliter emendandam, & quæcumq; corrigenda, vel emendanda cognoveris, prout potueris corrigere studens, & emendare Statuimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc nostræ concessionis, & confirmationis paginam irrumpere, vel ei aliquatenus contraire, si quis autem hoc attemptare præsumpserit, Omnipotentis Dei & B. Mariæ semper Virginis, ac B. Bartholomæi Apostoli indignationem se noverit incursurum. Scriptum per manum Pinnbelli Clerici, & scribæ nostri anno Dominicæ Incar. 1177. Pontificatus autem D. N. Alex. PP III. anno 18. nostri vero Archiepiscopatus ann. 6. mense Aprilis Indict. 10.

† *Custodi me Domine ut pupillam oculi.*
† *Ego Lombardus Beneventanus Archiepiscopus.*
† *Ego Joannes Primicerius.*
† *Ego Romoaldus Sacerd.*
† *Ego Joannes Diaconus.*

His itaque constitutis, anno quo sedere cœpit hic noster Lombardus, major difficultas oritur quonam anno Archiepiscopatui cesserit; eum namque Archiepiscopatu se abdicasse testatur sequens diploma ad eum datum de ao. 1179. ab Alexandro III. quod est hujusmodi ex Biblioc. Benev. fascic. bullarum num. 100.

ALEXANDER EPISCOPUS servus servorum Dei.

Venerabili fratri Lombardo quondam Archiepiscopo Beneventano Sal. & Apost. benedictionem.

Venientibus ad præsentiam nostram quibusdam de majo-

ribus Beneventanæ Ecclesiæ Canonicis, & pro parte sua, & aliorum, & nobiscum de ordinatione ipsius Ecclesiæ diligentem tractatum habentibus, nos volentes necessitati tuæ secundum facultatem ejusdem Ecclesiæ honestè prospicere, de communi fratrum nostrorum consilio tibi molendinum in pede suburbii situm de quo sex coscinos frumenti unoquoque mense, & alia quædam proveniunt, ita quod de cellario vel aliunde si quid defuerit de sex coscinis, suppleatur, & sexaginta saumas puri vini per annum cum vegetibus in quibus possit reponi. Quadraginta & octo romanatos de paradiso, & de altari tantùm quod viginti quatuor unciarum auri compleat de consensu ipsorum canonicorum concessimus toto vitæ tuæ tempore annuatim cum integritate habenda. Addidimus postea prædictis Canonicis præsentibus, ut saumario quem habueris pro lignis ferendis annona de Ecclesia ministretur, indulgemus etiam tibi, ut de libris tuis, & indumentis disponendi quidquid volueris in vita, & in morte plenam habeas potestatem. Statuimus etiam ut domus de turricella tibi ad habitandum ibi quandiù vixeris assignetur. Ut autem hæc nostra concessio, & dispositio firma, & illibata permaneat eam Apostolica authoritate confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli se noverit incursurum. Amen Amen Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccl Episc.
- † *Ego Hubaldus Hostien. Episc.*
- † *Ego Petrus Tusculanus Episc.*
- † *Ego Arduinus Presb Card tit. S. Crucis in Hierusalem.*
- † *Ego Matthæus Presb Card tit. S. Marcelli.*
- † *Ego Laborans Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.*
- † *Ego Gratianus Diac. Card SS. Cosmæ & Dam.*
- † *Ego Joannes Diac Card S Angeli.*
- † *Ego Matthæus Card. Diac S Mariæ novæ.*
- † *Ego Bernardus Diac Card s Nicol in Carc. Tulliano.*

Datum Signiæ, per manum Alberici S. R. E. Presbyt. Card & Cancel 6. Kal. Aug Indict 12. Incar Dom an. 1179. Pontificatus vero D. Alex. PP. III. anno 20.

Hoc Alexandri tertii diploma ad nostrum Lombardum avidè conquisivi, & repertum perquam cupide transcripsi; ex eo namque multa firmari possunt, quæ forsan hucusque haud solido innitebantur fundamento, ut mox accurate perpendam. Interim corrigendus est Vipera qui asserit Paschalem tertium Pseudo-Pontificem fuisse ab Alexandro III. in Beneven. Archiepiscopum designatum, anno 1176. cum constet illum adhuc adulterinum Pontificem agentem decessisse Romæ apud S. Petrum an. 1169. cui à Friderico Ænobarbo suffectus est Joannes Vngurus Monacus Strumiensis, Callistusque tertius appellatus; & hic est ille met qui pace inter Alexandrum & Fridericum Venetiis inita ultro se sponte ad pedes Pontificis contulit, & veniam petiturus procubuit an. 1178. à quo peramanter susceptus est, ut Baronius scribit. Joannem hunc Vipera, Ciaconius, & alii scribunt fuisse ab eodem Alexandro Pontifice Archiepiscopum Beneventanum creatum, paucosq; menses in ea vixisse dignitate. Hoc tamen gratis omne dictum videtur, cum Baronius altum de hujuscemodi re silentium teneat, & ex his, quæ modo dicemus in Rogerio. Post hunc excogitatum Joannem, testimonio gravissimorum authorum ponitur à Vipera Archiepiscopus Herimbertus: quam vero hic ille atque alii decepti sint, alibi scripsimus in Compsanorum & Cusentinorum Archipræsulum seriis. Fuit Herimbertus ille Anglus natione, non Beneventanus (1), neque Cusentinus, sed Compsanus Archiepiscopus ex bullis Rogerii Archiepiscopi, Lombardi successoris infra recitandis. Suppositicium, & gratis à Vipera relatum Herimbertum inter Archiepiscopos Beneventanos prudens lector adjudicabit.

14 ROGERIUS a Monachus Casinas, jam antea Presbyter Card. titulo S Eusebii, ab Alexandro III. creatus, Lombardo immediate successit in Archiepiscopatu circa finem anni 1179. nam mense Martio ejusdem anni dum Lateranense Concilium Romæ sub eodem Pontifice celebraretur, Beneventana Ecclesia vacabat; Etenim eidem Concilio decem & octo suffraganei Episcopi Ecclesiæ Beneventanæ subscripserunt absque eorundem Metropolitano. Clarum ac certum testimonium habemus anni inaugurationis Rogerii in Bulla ejusdem scripta Beneventanæ Ecclesiæ Clericis suis anno 1217. mense Julii Indict. 5. Archiepiscopatus sui 38. quam hic primo loco exhibemus ab ipso authographo Biblioth. Beneventanæ fascic. Bullarum num. 95. ex qua colliget prudens lector annum primum Rogerii Archiepiscopatus incidisse in annum Domini 1179. LXVII.

a De quo Ciaconius Oldoini tom. 1. col. 1095.

Rogerius Dei gratia Beneventanus Archiepiscopus.

Dilectis in Christo filiis universis Ecclesiæ Beneventanæ Clericis in PP. M.

Inter cætera quibus ex nostræ sollicitudinis officio propensiori cura, & attentiori studio nobis convenit insudare, circa hæc præcipua nos decet actione satagere, & ea pii operis prosecutione jugiter exercere, ut Clericos in sorte Dei vocatos, & præsertim speciales filios nostros Beneventanæ Ecclesiæ Clericos singulari debeamus prærogativa diligere, eorumque justis petitionibus facilem assensum præbere, ut quanto majori se viderint à nobis benignitate tractari, & ferventiori diligi charitate, tantò ad obedientiam, & obsequium Beneventanæ Ecclesiæ, & nostrum efficì valeant promptiores. Quapropter Charissimi in Christo filii devotionis vestræ constantia, fidei puritate, & quæ in vobis exuberant pensatis meritis probitatum vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu preces vestras, & petitiones super beneficiorum vestrorum redditibus dignum duximus in sacrarium nostræ exauditionis recipere, ut fidei vestræ puritas, & mentis devotio semper in melius excrescat, & in divinis obsequiis mens sit vobis pronior, cura propensior, studium vigilantius, devotio clarior, & exhibitio efficacior; atque ad reformationem, & meliorationem beneficiorum vestrorum intenti sitis, prompti, ac voluntarii. Juxta itaque vestram notam, ac desiderium vestris postulationibus clementiùs annuentes charitatis vestræ devotioni concedimus sancientes ut de redditibus beneficiorum vestrorum, cum quis vestrum, sicut Domino placuerit, decesserit, à mortis suæ die usque ad anniversarium depositionis ejus diem percipiendis tres partes fiant quæ distribuantur per Clericos, quos Capitulum ad hoc duxerit eligendos. Prima namque detur pro candelis, pro exequiis, & pauperibus ad Defuncti foveam, Secunda pars erogetur operi majoris Ecclesiæ nostræ, vel refectioni ipsius, Tertia pars distribuatur juxta voluntatem defuncti; sed tamē per manus ipsorum Clericorum, nullo mediante laico, vel aliquo ejus consanguineo. Si verò debitum dimiserit Clericus, quod probari possit, de ipsa tertia parte quam habet pro sua voluntate disponere, ipsum debitum persolvatur. Volumus quoque & sancimus, ut non nisi tantum unius anni redditunm fructus pro eo accipiatur. Sane si quis vestrum habet Ecclesiam ad jurisdictionem nostræ Ecclesiæ Beneventanæ specialiter pertinentem, volumus, & censemus ut de redditibus ipsius Ecclesiæ tres etiam partes fiant, sicut superius per jam dictos Clericos sunt dispositæ, excepto quod substitutus in eadem Ecclesia defuncti successor omnes introitus, oblationes quoque & obventiones præter decimas, & possessionum redditus à defuncti die obitus libere capiat. Si autem Clericus pro Ecclesiæ suæ utilitate vel commodo, debitum quod probari possit contraxerit de prænominata tertia parte ipsius Ecclesiæ redditunm, sicut declaratum est superius, ipsum debitū exolvatur, residuū vero si superfuerit, in tres partes, sicut jam annotatū est, dividatur; & si debitū solvi ne-

(1) Hinc corrigendus etiam Oldoinus in Ciaconium t. 1. col. 1095. qui Herbetum Cardinalem Archiepiscopum Beneventanum à Lucio III. creatum dicit.

nequiverit, successor reliquum persolvere procuret. Saacimus etiam, at si Clericus ab intestato decesserit, tertia pars quam habuit pro sua voluntate disponere per antefatos Clericos distribuatur, aliis ut statutum est partibus erogatis. Decernimus autem at ii qui foris manent præter illos qui de nostra, vel successorum aostrorum, vel Capituli Beneveatani licentia ad exteras partes discendi causa proficiscuatur, & etiam in Beneventaaa civitate commorantes per dimidiam annum (nisi forte infirmitate gravati) Ecclesiæ non servierint, hujus nostræ coacessioais privilegio fiat immunes. Haac ergo aostram coacessionem atque constitutionem firmam, & ratam habeates, & servari voleates perpetuo illibatam decernimus, stataentes, ut nulli naquam omnium homiaum liceat hanc nostræ coacessioais, & confirmationis paginam infringere, vel ei temere quomodolibet coatraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, authoritate Omaipoteatis Dei, & B. M. semper Virgiais, & Beati Bartholomæi Apostoli eacommunicationis vinculo innodatus, divinam indigaationem se noverit incursurum. Ut autem hæc aostra concessio perpetais temporibus robar obtineat firmitatis, ad præseatiam, & futurarum Beneventanorum Clericorum monumentum, & memoriā, tibi dilecto filio Magistro Raimboldo præsentis privilegii pagiaam taliter scribere præcepimus.

Datum per manus dilecti in Christo filii, & familiaris nostri Petri Verulani Ecclesiæ Beneventanæ Diaconi, & Bibliothecarii anno Dom. Incaenat. 1217. Dom. vero Honorii summi Pontificis an. 2. nostri autem Aechiepiscopatas anno 38. Indict. 5. mense Julii.

SANCTA MARIA	SANCTUS BARTHOLOMÆUS
ROGERIUS DEI GRATIA	BENEVENTANUS. ARCHIEPISCOPUS

Circa vero.

Veniaat mihi † Domine miseratioaes tuæ & vivam.

† *Ego Rogerius Benevent. Archiepiscopus.*
† *Ego Abb. Enricas Coll.*
† *Ego Barth. sanctæ Benev. Ecclesiæ Primicerias atque sac.*
† *Ego Robbertus Benev. Ecclesiæ Presb.*
† *Ego Petrus Beneventanæ Eccl. Presb.*
† *Ego Rao Beneven. Ecclesiæ sac.*
† *Ego Pillalbellas Clericus.*
† *Ego Gulielmus Beaeven. Episc. Cleric.*
† *Ego Petrus Beneven. Eccl. Diaconus.*
† *Egu Jacobus Beneventaaæ Ecclesiæ Cunonicus.*

Posito igitur, ut ex relata bulla liquet, quod anno 1217. recurrente fuerit Rogerii Archiepiscopatus annus trigesimus octavus multa inde colligi possūt.

Primo quidem Rogerium sedere cœpisse anno 1179. ut supputanti patebit; & sic cogimur asserere quod Rogerius immediatè successerit Lombaedo, & illum insuper, ut jam dictum est, multis admodum annis Beneventanæ præfuisse Ecclesiæ, si eodem anno quo ei ab Alexandro III. commissa est incipiatur exordium.

Deinde refellitur Hereberti Archiepiscopatus, quidquid dicant alii. Quomodo quæso potuit Herebertus præfici Beneventanæ Ecclesiæ à Lucio III. qui creatus est Pontifex anno 1181. si hic annus erat secundus nostri Rogerii in Archiepiscopatu?

Ulterius deceptus est Ciaconius qui hunc nostrum Rogerium jam ab Alexandro III. Cardinalem creatum, asserit diem obiisse sub Lucio III. Etenim si noster Rogerins vixit usque ad tempora Honorii II. quomodo ab humanis decedere potuit sub Lucio III. quem constat Pontificatum gessisse ab anno 1181. ad 1185. in qno ei successit Urbanus III. Sed non omnia possumus omnes, præsertim cum veritas Chronologica ab ipsarum scripturarum accuratissima inspectione dependeat, & ita excusandus est Victorellus, non enim ad ejus manus omninm Aechivorum pervenerunt transumpta.

Vnum præterea observavi in hoc Rogerio, quod ex multis instrumentis, quin & ex bulla recitata duo tantummodo repererim, quæ illum nominent Cardinalem; primum scilicet an. 1216. alterum vero de anno 1220. ultra quem annum cum aliud monumentum non repererim, in eam devenio sententiam, eo anno obiisse, qui erat quadragesimus primus sui Archiepiscopatus. His itaque notatis, Herembertus nednm, sed Joannes hujus nominis secundus est expungendus, qui juxta Viperam sedere cœpit ann. 1189. qui erat decimus Rogerii; & pro adstruendo hoc Joanne topicum illud instrumentum fasciculi primi nnm. 39. citetur à Vipera: ex hoc quoque capite huic Joanni expunctio est inferenda, quemadmodnm & est expungendus Rogerius alter ille supposititius Aechiepiscopus à Vipera collocatus sub an. 1198. cum sit omnino idem cum peimo Rogerio ab ipsomet Vipera collocato sub an. 1181. & hic, pace tanti Viri, satis mirari non valeo, quomodo cum bullam superius relatam, quam ipse ad favorem hujns secundi Rogerii (ut ipse ponit, cum fueeit tantum unus) citat in margine, non introspexerit ea qua debebat attentione; certè cum illa bulla sit inter alias limpidissimis characteribus exarata, & numerus præsertim annoeum Pontificis, & Rogerii sit grandioribus notis scriptus, facta supputatione annorum à 1217. etiam mihi anili calculo evincebatur primum annum præsulatus Rogerii extitisse 1179. sicq; subtraxisset mateeiam tot Archiepiscopos uno ictu rescindendi. Constituatue itaque, & suo loco temporique restituatur Rogerius, qui, ut supra retulimus, ex Casinensi Monasterio ab Alexandro Papa III. in Cardinalium numerum est adsceiptus anno 1178. & deinde sequenti Archiepiscopus Beneventanus renunciatus, licet quod ad Cardinalatum spectat, eum tantummodo invenerim anno 1216. nominari Cardinalem tituli S. Eusebii, & sic in alio instrumento anno 1220. a Bibliot. Beneven. fasc. 3. n. 60. ut non semel dixi.

a Sed & in charta mox referenda ab ipsomet Ughello an. 1180.

Cum igitur nostri Rogerii Archiepiscopatus ultra quadragesimum processerit annum, multa hic erunt recensenda, quæ eidem ejus Præsulatus tempore evenerunt. Is anno 1180. cum Ecclesiam Casinensem visitasset, indulgentiam concessit iis, qui devotè eandem invisissent, ut ex membranacea charta libri privileg. fol. 101. sceiptum repeeitur, cujus exemplar nobis olim contulit bon. mem. Abbas Constantinus Cajetanus.

Rogerius Dei gratia Beaeventanus Archiepiscopus & Cardinalis sancti Eusebii, Vniversis fidelibus Dei tam præsentibus, quam futuris... tremendam diem judicii misericordiæ operibus prævenire, & cum iadignum satis, & obsonum videretur ut Casiaam Cœnobium visitantes nulla de injuncta sibi pœnitentia certa venia reportaretur, ablactatis ab uberibus matris nostræ, & sibi rependere, quæ gratum omni tempore debeat filium moastrare, iaducti pia commemoratioae Venerabilis patris nostri Petri Dei gratia Casinenen. Abb. & Monachorum aostrorum ejusdem Eccl. precibus inclinati, convocavimas Venerabiles Fratres, & Coepiscopos nostros .... Avellinen. N..... Agathen. Balduiaum Alifanum, Petrum Telesiaum, Aadream Bovaaum: assaatibus etiam Magistro Ruffino, Atinen. & Petro Teaaen. Episc. à jam dicto Abbate convocatis, de collata nobis autheritate statuimus, ut peregrini, & devotè Casiaum Moaasterium visitantes, sive siat mares qui Moaasterium intrent, sive mulieres, quibus noa est licitum introire, se gaudeaat unius aaai indulgentiam de iajuncta sibi pœaitentia accepisse, sed tam transeundo unum, & redeundo alterum secedant aliquatenus obtinere. In festo aatem sancti Benedicti singulis annis omaes undique venicates annum unam & 40. dies sibi gaudeaat misericordiarum iadulgentiam: nec enim à me, vel difficile debet esse beneficium quod sub largitate non patitur detrimeatum.

Datum apud S. Germaaum natali Apostolorum

Petri, & Pauli in anno Domini 1180. pontificatus vero Dom. Alexandri Papæ III. anno 21, mense Junio, Indict. 13 Amen.

Sub Lucio III. Rogerius interfuit dedicationi Ecclesiæ Beatæ Mariæ Montis-Virginis anno 1182. ex vita sancti Guillelmi ejusdem Cœnobii Fundatoris. Ad Rogerium plures scripsit epistolas Innocentius III. quas retulit noster Odoricus Raynaldus tom. 13. Eccles. Annal. nosque unam observavimus in Vat. Regest. sub datum Later. 5. Id. Decembr. an. 2. pontif 3. Indict num. 237. epistolarum; in ea committit Innocentius Archiepiscopo Neapol. & C S Laurentii in Lucina Presb. Card. Apostolicæ Sedis Legato informationem vitæ Archiepiscopi Beneventani de enormibus sceleribus apud ipsum postulati.

Rogerii item opera & studio Beneventani Episcopii anteriorem partem una cum abside variis marmoribus exornatam fuisse eo modo, quo ad præsens cernitur, præter verba illa recitatæ bullæ *secunda pars erogetur operi majoris nostræ Ecclesiæ*, testantur versus in superliminari ipsius portæ incisi.

Hæc studio sculpsit Rogerius, & bene junxit
Marmora, quæ portis tribus cernuntur in istis,
Et quæ per purum spectantur lucida murum,

Rogerio Archiepiscopo Cœlestinus III. concessit amplissimum privilegium Richardo Abbati Monasterii S. Modesti Ordinis sancti Benedicti quod tale est.

CÆLESTINUS EPISCOPUS servus servorum Dei,

Dilecto filio Ricardo Abbati Monasterii sancti Modesti, quod constructum est in Beneventana civitate, ejusque successoribus canonicè eligendis in perpetuum.

In eminenti Apostolicæ Sedis specula disponente Domino constituti, de universarum Ecclesiarum statu tenemur ex officio Apostolatus nostri sollicite cogitare, plus tamen sollicitius volumus, & debemus intendere locis illis in quibus fervor Religionis, & Ordinis observatur, & ad Romanam Ecclesiam nulla mediante subjecta. Eapropter dilecte fili in Christo Riccarde, vestris justis precibus clementer annuimus, & præfatum sancti Modesti Monasterium quod ad jus, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere dignoscitur specialiter sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis privilegii scripto communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti Regulam in eodem Monasterio institutus esse dignoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur, statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium justè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc duximus adnotanda. Locum in quo Monasterium ipsum situm est cum universis ad eum tam in civitate Beneventana, quàm extra spectantibus, videlicet Ecclesiam S. Nazerii, juxta præscriptum Monasterium sitam, Ecclesiam sancti Angeli à porta Rufina, & Ecclesiam S. Nicolai positam in suburbio ejusdem portæ, necnon & alias Ecclesias quas extra civitatem possident nominatam, cum casis, apothecis, balneo, olivetis, vineis, molendinis, terris, hortis, pratis, sylvis, & ischis. Volumus quoq; ut tam tu, fili carissime, quam etiam successores tui, quemcunque Episcopum volueritis vocare ad consecrationem Ecclesiarum vestrarum, aut ordinationem Clericorum vestrorum, sine contradictione alicujus Episcopi, id vestra auctoritate agere valeatis, nec quispiam Missarum solemnitates celebrare præsumat, nisi ab Abbate ipsius Monasterii fuerit invitatus, Apostolica censura omnimode statuentes, & prohibentes, omnem Ecclesiasticam sæcularemque dignitatem in præfato Venerabili Monasterio conditionem quamlibet, aut novam consuetudinem inducere. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos ex sæculo fugientes liberos, & absolutos recipere, & eos sine contradictione aliqua retinere, & non liceat tam Archiepiscopis, quam Episcopis Ecclesias Monasterio vestro subjectas, & Sacerdotes, vel Clericos earum interdicere, aut Parochianos excommunicare, & si quis hominum habens patrocinium alicujus Ecclesiæ illud voluerit dare vestro Monasterio, liceat hoc ei facere de nostræ concessionis licentia. Antiquas quoque & rationabiles consuetudines, & immunitates, seu etiam libertates vobis, & Monasterio vestro concessas, & hactenus observatas ratas habemus, & eas futuris temporibus integras, & illibatas manere sancimus. Mitram quoque ac annulum, tam tibi dilecte fili Riccarde, quam successoribus tuis in eodem Cœnobio Domino servituris perpetualiter habere concedimus. Obeunte te vero nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem Fratres de communi consensu, vel major pars sanioris consilii secundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam providerint eligendum. Electus autem ad Roman. Pontificem benedicendus accedat. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni extremæ voluntatis qui se illic sepeliri deliberaverint (nisi excommunicati, vel interdicti fuerint) nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra, & illibata permaneant eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostram constitutionem sciens contra eam venire tentaverit, secundo, tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eodem loco sua jura servantibus sit pax Domini, quatenus ab eo fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Cælestinus Cath. Eccl. Episc.
† *Ego Octavianus Ostien. & Velletren. episcopus.*
† *Ego Albinus Albanen. episc.*
† *Ego Joannes episc. Prenest.*
† *Ego Petrus Partuen. & S. Rufinæ episc.*
† *Ego Pandulphus presb. Card. Basilicæ duodecim Apostolorum.*
† *Ego Petrus presb. Card. tit. S. Cæciliæ.*
† *Ego Petrus presb. Cardin. S. Petri ad Vinc. tit.* Eudoxiæ.
† *Ego Iordanus presb. card. s. Pudentianæ tit. Pastoris.*
† *Ego Gratianus SS. Cosmæ, & Dam. Diac. Card.*
† *Ego Ioffredus sanctæ Mariæ in Via-Lata Diac. Card.*
† *Ego Ioannes S. Theodori Diac. Card.*

Datum Romæ apud sanctum Petrum per manus Ægidii S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, tertio Nonas Aprilis Indictione decima tertia, Incarnationis Dom. anno 1195. pontif. vero D. Cœlestini Papæ III. ann. 5.

Nec omittendum mihi visum est hoc in loco exscribere alia duo privilegia huic monasterio elargita, unum à Guillelmo Rege anno 1173. Henrico Archiepiscopo vivente, alterum Federici II. Imp. sedente Rogerio Lombardo successore, è tabulario ejusdem Cœnobii exemplata. Primum ita se habet.

In nomine Domini Dei æterni, ac Salvatoris nostri Jesu Christi.

Anno Incarnationis ejusdem millesimo centesimo septuagesimo, 3. Indictionis.

Ego Guillelmus Dei gratia Siciliæ, & Italiæ Rex,

Guil-

Guillelmi Regis hæres, & filius. Convenit omnes in regimine constitutos Dominicis obedire præceptis, atque ei per quem regnant colla subjicere, ut Regni illius mereantur esse participes, quod fine caret, quod sine jactura, sine mœrore durabit. Eapropter Veralde Monasterii sancti Modesti de Benevento Venerabilis Abbas, petitionibus tuis, tuorumque Fratrum clementius annuentes ob amorem Regis cælestis per quem subsistimus, & regnamus, & per salvationem animæ prædicti patris nostri Guillelmi gloriosæ mem. Magnifici Regis, & nostra nostrorumque denique parentum, confirmamus in eodem Monast. omnes retro Principum, Ducum, Comitum, & Baronum, seu quorumcunq; aliorum hominum utriusque sexus concessiones, donationes, oblationes, confirmationes, venditiones, commutationes, seu quocunque alio titulo donationes justè, & canonicè factas, seu datas. Præterea concedimus, ut de omnibus ejusdem Monasterii animalibus per totam contratam nostram nemo herbaticum tollat, vel qualitercunque eum nullo modo, sed securè eant, & vadeant, maneant, atque pascantur sine cujuscunque contrarietate cum. . . . . . . ipsius Monasterii . . . . de quibuscunque rebus pro utilitate jam dicti Monasterii onerati venerint, nullus in tota nostra contrata plateaticum tollat undecunque veniant; sed absq; contrarietate permittant abire. Cõcedimus etiam in dicto Monasterio cedua lignorum absq; ullis forestagiis, & volumus etiam, & firmiter inhibemus, ut nullus sit qui fidamoras ei auferat quoquomodo. Adjicimus etiam quoque ut quidquid parti prædicti Monasterii donatione Principum oblatione fidelium inposterum justè, atque canonicè poterit adipisci, omni nostra, nostrorumque hæredum, vel successorum, vel in parte publicè, contrarietate, vel inquietatione remota jam sæpe dictum monasterium liberè & quietè, perpetuo jure teneat, atque possideat. Insuper si qua mala consuetudo in aliquibus de supradictis rebus vel possessionibus, aut hominibus ipsius Monasterii hactenus fuerit imposita, volumus, atq; præcipimus ut deinceps omnino deleatur. Si qua vero, quod absit, magna sive humilis persona hujus nostræ concessionis paginam temerario ausu, & in aliquo violare, aut interrumpere præsumpserit, sciat se compositurum auri libras viginti medietatem palatio nostro, & aliam medietatem prædicto Monasterio. . . . Præsensque decretum pristinum robur obtineat, & inconcussum, & inviolatum omni tempore permaneat ad hujus sacræ concessionis, & confirmationis indicium per manus Calopetri nostri Notarii nostro sigillo insigniri præcepimus.

Datum Panormi per manus Matthæi nostri, Vicecancellarii octavo die mensis Martii 3. Indict.

Guillelmus divina favente gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ qui supra.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem, & Siciliæ Rex.

Comitibus, Baronibus, Magistris Justitiæ, Justitiariis, Magistris Camerariis, Camerariis, Bajulis, Catapanis, Comestabulis, Castellanis, Judicibus, & Universis suis fidelibus per Regnum Siciliæ constitutis gratiam suam, & bonam voluntatem.

Ex querela Venerabilis Abbatis, & Conventus sancti Modesti fidelium nostrorum, nuper nostra Serenitas intellexit quod vos eos in collectis, exactionibus, & angariis. . . . . procurationibus trahendo in civilibus, & secularibus ad judicium sæculare, necnon & aliis multipliciter offenditis, & gravatis, quod tantum nostræ displicet pietati, quanto Abbatem, & Monachos, & Monasterium ipsum in suis libertatibus, & rationibus volumus conservari. Verum quia ejus intuitu per quem feliciter vivimus, & regnamus tam Abbatem ipsum, & Monachos, quàm etiam dictum Monasterium cum obedientiis, hominibus, & omnibus bonis suis manutenere volumus, & favere, nec pati possumus vel debemus, quod à Nobis, vel officialibus ut supra fidelibus nostris debeant molestari, quos tenemur in propriis libertatibus, & honoribus, & ex commisso Nobis regimine conservare, fidelitati vestræ sub pœna amissionis gratiæ nostræ districtè præcipiendo mandamus quatenus tam Abbatem, & Monachos memoratos, quam Monasterium ipsum, obedientias, homines, & omnia bona sua in nullo indebitè aggravantes, & immunitates quas tempore Regis Guillelmi II. consobrini nostri habere consuevit, eas integrè conservetis, & in omnibus judiciis & juribus suis sic manuteneatis eosdem, quod in nullo de cætero se sentiant gravatos, & nos devotioni vestræ amplius commendemus. Nos enim tanto eos in omnibus volumus protegere, & in suis rationibus specialiter conservare, quanto Nos divina clementia præ aliis omnibus Principibus exaltavit.

Datum apud Ferentinum 6. mensis Octob. Ind. 10.

† *Fridericus Romanorum Imperator Augustus.*

Huic præclarissimo Cœnobio multa alia privilegia per summos Pontifices, Imperatores, Reges, Duces, atque Principes concessa fuere, ut notatur in repertorio antiquo ejusdem Monasterii. Verum cum anno 1498 Alexander Papa VI. illud in commendam tradidisset cuidam Cardinali, & Julius II. anno 1505. Canonicis Regularibus Lateranensibus concessisset, successerunt quidem hi Patres in eodem Monasterio, at valde redditibus, & jurisdictionibus diminuto, cum modo vix enumerentur quinque Ecclesiæ, & Castrum unum, in quo habent temporalem jurisdictionem, & sic jurisdictiones nedum, sed & privilegia periere, ut toto evoluto eorum Archivo vix quatuor invenerim, quæ quinternulo separato ex propriis originalibus transcripsi. Ex ungue tamen agnoscet quisque Leonem, & præcipuè ex privilegio Pandulphi, & Landulphi Beneventanorum Principum circiter ann. Dom. 950 huic eidem Monasterio concesso ubi veluti ex tabula tota ejus possessio, & jurisdictio cernitur delineata. Reperi in eodem Archivo multas concessiones ab Abbatibus factas de Ecclesiis sibi subjectis viris nobilissimis, ex quo nedum earundem Ecclesiarum opulentiam deprehendi, quin & perspexi quam cari omnibus essent hujus monasterii Abbates. Verum omnia suo fato concedant necesse est, & ut cecinit ille,

Stabilem, urbs, ditio, regnum quoque corruit omne,
Ipsaque cum possint nomina stare cadunt.

Sed ad institutum. Rogerium hunc nostrum commissam sibi gregis curam fideliter gessisse præter id quod superius dictum est de renovato Archiepiscopio Beneventano, testantur ea, quæ de ipso refert Capoferrus itidem Beneventanus Archiepiscopus in quadam bulla suo loco transcribenda, in qua asserit Rogerium prædecessorem suum in Basilica S. Bartholomæi confraternitatem, seu sodalitium pro mortuis magno sane fructu erexisse, quod sodalitii genus iam pridem ab anno 984. Romæ institutum fuisse tradit Baronius in eodem anno, & sicuti in illo multi Episcopi, & Magnates nomina dederunt, sic & in hoc Beneventano accidisse testatur idem Capoferrus, qui ob devastationem Beneventanæ urbis à Friderico II. Imper. factam cum deprehendisset fraternitatem illam exolevisse, novo ipse pietatis ardore eam renovari curavit.

Sub hoc pariter Rogerio, Guillelmus Rex Siciliæ Bonus appellatus concessit, & dono dedit Alberto Card. de Morra Beneventano castrum Captariæ cum suis pertinentiis pro dote Eccl. S. Andreæ, quam idem Albertus fundaverat. Privilegium vero ejusdem Regis accipe à me fideliter transcriptum.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi.

Guillelmus Divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Justum quidem est, & rationi conveniens, ut Summo Principi Deo specialiter militet cura regnantium à quo regendi percipiunt potestatem; idque magnificè accedit ad titulum Regiæ dignitatis, amicis, ac fidelibus quasi pro remuneratione beneficia exhibere,

quatenus & ees sibi devotiores, ac fideliorer efficiat, & ad servitium proferendum invitet. Cum igitur Magister Albertus S. R. E. Venerabilis Presbyter Cardinalis, & Cancellarius pecces Magnitudini nostræ porcexisset attentas, ut Ecclesiæ S. Andreæ de Benevento, quam propriis ipse fundavit expensis de castro Caprariæ cum suis omnibus tenimentis nostra liberalitas provideret. Attendentes, quàm benè, ac tutissimè collocetur quidquid viris Religiosis, ac locis Venerabilibus applicatur. Considerantes etiam quod ipse Cancellarius sublimitati nostræ sempee amicus extitit, & devotus, & ad nostrum, & ad nostri Regni decus, & exaltationem intendit, concedimus perpetuà, & donamus prædictæ Ecclesiæ S. Andreæ castrum Caprariæ ad laborandum, cum omnibus tenimentis, quatenus Ecclesia ipsa amodo, & omni futuro tempore castrum illud cum omnibus suis pertinentiis, sicut prædictum est, libere & sine seevitio ad commodum ejusdem Ecclesiæ, & Fratrum qui ibidem commorantur teneat, & habeat, & sine alicujus inquietudine possideat. Ita siquidem, ut prædicta Ecclesia teneat, & recognoscat castrum illud cum Startia turris palatii quæ est de tenimento Caprariæ à nobis . . . . . quod servitium aliquod exinde Nobis, vel cuilibet alii faciat, sed liberè, & sine aliquo servitio Castrum illud, sicut prædictum est, cum Startia Turris Palatii teneat, & cognoscat. Ad hujus autem concessionis robur, & inviolabile firmamentum præsens privilegium nostrum per manus Alexandri nostri Notarii scribi, & bulla plumbea nostro typario impressa jussimus roborari, anno, mense, & Indictione subscriptis.

Data in urbe Panormi, scilicet per manus Gualterii Venerabilis Panormitani Archiepiscopi, & Matthæi Regii Cancellarii, & Riccardi Venerabilis Syracusani Episcopi Domini Regis familiaris anno Dominicæ Incarnationis 1182. mense Novembri Indict. 1. Regni vero Domini nostri VV. Dei gratia Magnifici, ac gloriosissimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno septimo decimo feliciter, Amen.

Signum plumbeum † Regis Guillelmi.

Hæc Ecclesia S. Andreæ modo est intra septa Seminarii Beneventani, quod juxta sac. Concilii Tridentini præscriptum instituit Jacobus Cardinalis Sabellus tunc temporis Beneventanus Archiepiscopus. & successive Maximilianus de Palumbaria Archiepiscopus Beneventanus, & Nepos præd. Cardinalis illud ornamentis, fabricis, & redditibus adauxit, ut suo loco dicetur. Anno 1186. sub Rogerio Archiepiscopo Comes Philippus de Balbano quandam donationem fecit Bibliothecæ Beneventanæ Ecclesiæ pro libris reficiendis, sub iis verbis conscriptam, ab ipso authographo à me viso, quod extat in ea Bibl. fasc. sign. H. num. 75.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Anno Incarnationis ejus millesimo centesimo octuagesimo sexto, mense Novembris, Indictione 5. & vigesimo primo anno Regni Domini nostri VV. Invictissimi Regis.

Desiderii & voluntatis propositum, quod ad salutem pertinet animorum est sine dilatione Deo auctore complendum. Inde est, quod nos Comes Phil. de Balbano, Dei & Regia gratia Dominus Castelli Apicis, pium & salutiferum attendentes pro animæ nostræ, & parentum nostrorum remissione, necnon & prece dilecti amici nostri Abbatis Rachisii peccata, quæ in carne commisimus beneficiorum largitione redimere dignum duximus, de voluntatis nostræ proposito, & desiderium, quod jam dudum in animo pro voto concepimus matri nostræ Ecclesiæ Beneventanæ ad honorem Dei & gloriosissimæ Mariæ semper Virginis, beatiq; Bartholomæi Apostoli ad opus ejusdem Ecclesiæ Bibliothecæ pro reficiendis libris, præcipue eorum Juspatronatus, quod in Ecclesia S. Luciæ de pertinentiis Castelli nostri Apicis habemus pro animæ nostræ, & animarum parentum nostrorum salute in perpetuum concedimus, damus pariter, & assignamus, nihil nobis, vel alicui ex ipsius Jure patronatus reservato, salvo jure S. Marci, Et hoc totum actum est astantibus dilectis filiis nostris Gilliberto, & Raone, & Galberto Clerico, & Roberto Judice ejusdem nostri Castelli, astantibus etiam militibus Sarule de Monte Fuscolo, & Nycle de Palata, & presbyterie Franco, & Anselmo & aliis bonis hominibus, & in eorum præsentia prædictum Abbatem Rachisium ad partem, & vicem Beneventani Archiepiscopii; & ejus Bibliothecæ de jam dicta Ecclesia investivimus per fustem, quem manu tenebamus, statuentes ut nulli omninò hominum liceat hanc nostram concessionem infringere, vel ei temerariè contraire. Ut hæc autem nostra concessio perpetuis temporibus ad honorem Dei, & beatissimæ Mariæ Virginis, beatique Bartholomæi Apostoli, & ad jam dictæ Ecclesiæ Beneventanæ matris nostræ, & ejus Bibliothecæ robur obtineat firmitatis, hujus concessionis paginam sigilli nostri munimine jussimus insigniri, & manu Gregorii notarii scribi.

† *Signum Crucis propriæ manus Domini Comitis Philippi de Balbano.*

† *Signum crucis propriæ manus Gilberti de Balbano ejusdem Comitis filii.*

† *Signum crucis propriæ manus Domini Raonis ejusdem Comitis filii.*

† *Raafilius Comitis Philippi testis sum, & manu mea signavi.*

Ego RR. Robertus Judex.

† *Signum crucis propriæ manus Domini Nycle de Palata.*

† *Signum crucis propriæ manus Domini Saruli de monte Fuscula.*

† *Ego Franco sacerdos interfui.*

† *Signum crucis propriæ manus Aymelini sacerdotis, qui interfui.*

† *Signum crucis propriæ manus magistri Berardi, qui interfui.*

† *Ego Joannes filius Domini Leobone Favellensis testis.*

Moderante insuper Beneventanam Ecclesiam Rogerio ad apicem Pontificatus evectus fuit prænominatus Albertus de Morra, & Gregorius VIII. appellatus, verùm potius fuit ostensus quam orbi Christiano datus, siquidem paucis diebus Romanæ Ecclesiæ clavum rexit. Unum tamen in gratiam tanti Pontificis est quod hic observem, eum scilicet in Ecclesia Bononien. Gherardum Ghisellum Episcopum, dum illac iter faceret, consecrasse, cujus non meminimus in nostro 2. tom. dum de Ghisello sermonem haberemus.

Sub nostri itidem Rogerii Archiepiscopatu de an. 1205. ab Innocentio III. fuit in Cardinalium numerum adscriptus Petrus de Morra, cujus viri quanta qualisve extiterit doctrina, & in rebus gerendis dexteritas testantur legationes ad diversos Reges. & Concilium apud Pesulanum Montem jussu ejusdem Innocentii coactum, in quo ipse legationis munere functus est

Die itaque 27. Decembris fato concessit noster Rogerius, ut ex emortuali Bibliothecæ Beneventanæ, annus mortis ejus elicitur ex regestro Vatic. Honorii III. in consecratione Ugolini successoris, qui fuit annus 1221. cum sedisset annis 41.

Unum, quod fere mente exciderat, sub nostro Rogerio sanctus Pater Dominicus Ordinis Prædicatorum fundator Beneventum advenit, & peramanter exceptus obtinuit à Monialibus S. Petri solum in quo Monasterium suis fratribus ædificaret, ut ex Archivio Patrum Prædicatorum hujus civitatis elicitur. Rogerio à Vipera subrogatur quidam Gualterius, sed perperam, etenim quamvis in libro emortuali Monialium S. Petri extet notatus Gualterius Archiep. cum tamen annus quo obierit non exprimatur divinando potiùs quam ex conjectura aliqua probabili in hunc locum collocavit Vipera, præsertim cum Rogerio successisse Ugolinum doceat Regest. Vatic. ut mox dicetur. Expuncto itaque Gualterio substituitur clarè, & indubitata fide.

(,, *Postremo fui obitus anno 1221. Rogerius instantibus Monachis S. Jo. Baptistæ de Mazzocca*
,, *commisit Episcopis Vulturariensi, Montis Corbini, & Draconariensi sacri corporis B. Joannis Eremitæ recognitionem, debitumque cultum et exhibendam decrevit, easdem elargiendo indulgentias, quæ sanctissimi Apostoli sacra visitantibus adessent, quod idem ratum habuit Honorius III. ut enarrat Sarnellius. Metropolitanæ Ecclesiæ frontem perpolito marmore jampridem ornaverat Rogerius tribus inibi ad ingressum, egressumque januis accomodatis; ut hi versus in ipsa Ecclesia exterioris faciei incisi proloquuntur.*
,, Hæc studio sculpsit Rogerius, & bene junxit
,, Marmora, quæ portis tribus cernuntur in istis,
,, Et quæ per purum spectantur lucida murum.
,, *Ex Sarnellio.*)

LX VIII. 15 UGOLINUS ex nobili familia de Comite, post excessum Rogerii Archiepiscopus Beneven. electus est ab Honorio III. Consecratur Romæ ab eodem Pontifice in quatuor temporibus Adventus Domini anno salutis 1221. Pontificatus ejusdem 6. ut ad calcem Registri Vatic. ejusdem anni notatum lego. Vuciæ Ugolinum hunc inter Clericosque Majoris Beneven. Ecclesiæ lites diù exagitatæ fuerunt ob refectiones, quas ab antecessoribus Ugolini accipere omni anno soliti erant. Has solvi jussit Friderici II. Imp. Li Kenulphus Beneventanus Judex, anno 1246. & ad futuram facti memoriam sequens scribi fecit documentum originale; nobis licuit videre & exscribi quod extat in Bibliot. Beneven. fascic. L nu. 102. In hoc publico documento clare habetur successio Ugolini Archiepiscopi immediate post excessum Rogerii. cum nullus alius spatio triginta annorum recenseatur Archiepiscopus. Verba documenti ita se habent.

In nomine Domini. . .

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, & vigesimo septimo anno Imperii Domini nostri Frederici Romanorum Imperatoris semper Augusti, Jerusalem, & Siciliæ Regis mense Augusti, vigesimo septimo die, Indictione quinta.

Coram nobis Sikenulfo Judice Beneventano, Bartholomæo de Saura ejusdem civitatis Notario, & testibus infrascriptis ad hoc rogatis, & specialiter convocatis, videlicet Guillelmo de Alegrima, Simeone special. & Joanne Calistro repræsentavit se Philippus Frisar. de Benev. & statim idem Philippus Frisar. ostendit nobis quoddam publicum Instrumentũ inscriptum per Johannem Oculum bovis notar. & à me prædicto Judice subscriptum, in quibus continebatur qualiter Clerici Episcopi Beneventani quolibet anno in festivis diebus prandia eorum juribus spectantia habere debent & soliti sunt habere. Verum quia sua interesse dicebat, nos rogavit attente ut Instrumentum prædictum in scripturam publicam redigi faceremus. Cujus precibus inclinati, quia videbantur consentaneæ rationi per manus prædicti Bartholomæi Notarii in scripturam publicam redigi fecimus, cujus Instrumenti continentia per omnia talis est. In nomine Domini, anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo primo, & vicesimo secundo anno Imperii Domini nostri Frederici Invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti, Jerusalem & Siciliæ Regis gloriosissimi, die Sabbati, vigesimo tertio mensis Novembris quintadecima Indictione scriptum memoriale me Sikenulfo Beneventano Judice constituto, & hoc quod cum nuper recepissem à Domino Rogerio Cappaliam de Amalf. litteras suo sigillo cereo sigillatas taliter continentes. Prudenti viro Judici Sikenulfo de Benevento amico suo Rogerius Cappalia de Amalfia salutem, & sincerum amorem. Quia certificare volumus pro parte majestatis Imperial. quot prandia, & in quibus festivitatibus habere consueverunt Clerici majoris Ecclesiæ Beneventanæ, & quot hebdomadarum, & quæ personæ consueverunt percipere, & habere vivandam ab Ecclesia Beneventana tempore Rogerii Archiepiscopi Ecclesiæ supradictæ, cum nobis hoc pro parte curiæ . . . sit incertum, prudentiæ vestræ ex Imperiali parte mandamus, quatenus facta diligenti inquisitione de prædictis, redigatis in scriptis, facientes exinde fieri ad cautelam Ecclesiæ & dicti Capituli publicum Instrumentum ad nos ipsum pro parte Ecclesiæ plenè transmittentes, mandatum cujus exequi studui diligenter; & sic denunciata forma mandati ipsius Domino Bartholomæo Venerabili Archidiacono, & Domino Johanni Archipresbytero, & quampluribus Canonicis de Capitulo Beneventanæ Ecclesiæ, & ostensis litteris, ac volens per vos inquisitionem facere de præmissis, ad cautelam eorum, & Capituli memorati, se paratos, exhibuerunt mandatum ipsius Domini Rogerii, immò Imperiali auctoritati obedire. Ego autem prædictus Judex mecum adhibito Johanne Oculo-bovis publico Beneventi Notario, junta formam prædictarum litterarum ejusdem Domini Rogerii Cappalean. super . . . inquisitionem diligentem facere procuravit per infrascriptas personas Canonicorum Ecclesiæ supradictæ, videlicet per Dominum Petrum Primicerium, Pandulfum Canonicum, & Presbyterum Aldemarium, Pancasium Canonicum, & subbdiaconum, Bartholomæum magistrum scolarum Episcopii, Donadeum Canonicum, & Presbyterum Johannem de Thaddeo Canonicum, & Presbyterum, & demum per Archidiaconum & Archipresbyterum memoratos; quorum primus prædictus Petrus Primicerius juratus testis interrogatus dixit, quod in festo Annunciationis sanctæ Mariæ octo Clerici, qui cantant in gradu cũ duobus Primiceriis, & uno Presbytero, uno Diacono, uno Subdiacono, & pueris quatuor clericis, Vestarario, & Sacristis Episcopii consueverant habere prandium ab Archiepiscopo Beneventano. Item dixit, quod in Cœna Domini omnes clerici Episcopii, & Presbyteri sancti Bartholomæi cum sacristis consueverunt habere prandium commune ab Archiepiscopo: Item dixit, quod in Pascha Resurrectionis Domini, omnes prædicti clerici consueverunt habere prandium commune ab Archiepiscopo. Item in Ascensione Domini duodecim clerici, qui cantant duo Alleluia cum uno Sacerdote, uno Diacono, & uno Subdiacono, & uno Vestarario, duobus Primiceriis, quatuor pueris clericis, & sacristis consueverunt comedere cum Archiepiscopo. Item dixit, quod in Pentecoste tot personæ clericorum consueverunt comedere cum Archiepiscopo, sicut in festo Ascensionis. Item dixit, si festum translationis sancti Bartholomæi venerit infra octavas Pentecostes debent duodecim Clerici, qui cantant Alleluia cum illis aliis personis clericorum, sicut in festo Annunciationis Beatæ Mariæ, comedere cum Archiepiscopo. Si verò post octavas Pentecostas venerit festum translationis sancti Bartholomæi, octo clerici tantùm qui cantant alleluia cum duobus primiceriis, Vestarario. quatuor pueris sacristis, Presbytero, Diacono, subdiacono debent comedere cum Archiepiscopo. Item in festo passionis Beati Bartholomæi omnes clerici Episcopii cum sacristis consueverunt recipere denarios ab Archiepiscopo pro prandio. Interrogatus quot denarios singuli recipiebant, dixit certum numerum ignorare, sed dixit, quod in festo Assumptionis B. Mariæ de mense Augusti omnes clerici Episcopii cum presbyteris & sacristis sancti Bartholomæi consueverunt commune prandium habere ab Archiepiscopo. Item dixit, quod in festo Nativitatis sanctæ Mariæ de mense Septembris octo clerici, qui cantant Alleluia, cum duobus primiceriis, uno presbytero, uno diacono, & uno subdiacono, quatuor pueris clericis & sacristis consueverunt habere prandium ab Archiepiscopo. Item in festo translationis sancti Bartholomæi de mense Octobris, & in festo Omnium sanctorum tot personæ clericorum debent prandium habere ab Archiepiscopo, sicut in festo Nativitatis sanctæ Mariæ. Item in festo Nativitatis Domini omnes clerici Episcopii cum sacristis & presbyteris S. Bartholomæi, debent habere prandium generale ab Archiepiscopo. Item in festo S. Stephani omnes diacones Episcopii cum primiceriis, vestarario, uno presbytero cum sacristis debent habere prandium ab Archiepiscopo. Item in festo S. Johannis Evangelistæ omnes presbyteri Episcopii cum

Primiceriis, vestarario, & sacristis debent habere prandium ab Archiepiscopo. Item in festo Epiphaniæ omnes subdiaconi cum primiceriis, presbytero uno, vestarario, & sacristis debent habere prandium ab Archiepiscopo. Item in festo Purificationis S. Mariæ omnes illæ personæ debent habere prandium ab Archiepiscopo, sicut in festo Omnium sanctorum, & in eodem festo quilibet clericorum Episcopii debet habere cereum, sed Archidiaconus, Archipresbyter & primicerius singulam cannulam ab Archiepiscopo. Item in festo dedicationis Episcopii omnes clerici Episcopii cum presbyteris S. Bartholomæi, & sacristis debent habere prandium commune ab eodem. Item dixit, quod die lunæ, & die martis in Albis omnes illi clerici, qui equitant cum Archiepiscopo in processionibus debent habere prandium commune ab eodem Archiepiscopo. Item dixit, quod singulis diebus duo primicerii, duo presbyteri & vestararii, unus diaconus, unus subdiaconus, & unus presbyterorum S. Bartholomæi, & unus de sacristis sancti Bartholomæi debet recipere ab Archiepiscopo quilibet scilicet eorum duas justitias panis, & duas justitias vini. Et dixit, quod quodlibet prædictorum prandiorum debebat fieri tempore carnium cum tribus ferculis carnium, & tempore piscium cum duobus ferculis piscium. Et dixit quod Sacristæ Episcopii quandocunque lavant lampadas, debent recipere ab Archiepiscopo panem, & vinum pro una die, & fartum pro bestiis. Interrogatus quomodo sciret, dixit: quia prædicta omnia fieri vidit tempore Archiepiscopi Rogerii, & tempore Archiepiscopi Ugolini, & ipse multoties cum eis interfuit & comedit. Interrogatus de tempore, dixit, quod ferè à triginta annis elapsis, & plus Pandulfus presbyter & Canonici Episcopii Beneventani. Interrogatus testis dixit de omnibus supradictis idem per omnia quæ primicerius, sed addidit, quod in festo passionis S. Bartholomæi consueverunt percipere quartam partem unius carl. Amalf. quilibet clericorum. Bartholomæus magister scolarum Episcopii sacerdos, & canonicus juratus testis dixit idem per omnia quod Pandulfus. Johannes de Taddeo presbyter, & canonicus juratus testis dixit idem per omnia quod Bartholomæus magister scolarum, præter de tempore, quia dixit se prædicta recordari à decem & octo annis retro. Donadeus presbyter, & canonicus juratus interrogatus testis dixit idem, præter quam de denariis, quos quilibet clericorum percipere debebat ab Archiepiscopo pro prandio festi passionis sancti Bartholomæi, qualiter consueverat percipere ana quatuor denariis de illis qui tunc expendebantur per civitatem Beneventi. Et de edomadariis cotidianis, & primiceriis, quod quilibet eorum omni Sabbata completa edomada percipiebat quatuordecim panes, & urseulum unum plenum vino pro tota edomada. De tempore dixit, quod jam sunt quindecim anni elapsi, quod prædicta vidit, & multoties percepit, & cereos & cannulas in festo Purificationis vidit deferri à sacrista S. Bartholomæi. Ademarius Pancasia subdiaconus, & Canonicus Beneventanæ Eccl. juratus interrogatus testis dixit idem quod Primicerius, & addidit, quod cum jam quadragiata annis elapsis, & plus recepissent clerici denarios pro prandiis, postmodum ipsi recurrentes ad Curiam Romanam, & inde cum Archiepiscopo Rogerio contendentes, optinuerunt per Papam, quod prandia consueta, ut dictum est, reciperent. Et sic postmodum tempore Archiepiscopi Rogerii, & Archiepiscopi Ugolini prædicti Clerici perceperunt ferè à viginti annis & plus, & etiam ante mortem Archiepiscopi Rogerii. Interrogatus de scientia dixit, quod vidit, interfuit, & percepit. Dominus Johannes Archipresbyter Beneven. Eccles. juratus interrogatus testis dixit idem per omnia quod Pandulfus, & de tempore dixit, jam sunt triginta anni, & plus. Domnus Bartholomæus Archidiaconus Benev. juratus interrogatus testis dixit idem quod Archipresbyter, præter quod non vidit sacristas Episcopii, cum lavant lampadas recipere vivandam ab Archiepiscopo, sed bene credit, sic etiam debere. Unde ad futuram memoriam, & prædicti Capituli Benev. cautelam hoc instrumentum de speciali mandato, & licentia prædicti Domini Rogerii Cappalcan. per manus prædicti Notarii fieri mea, & ipsius Notarii subscriptione roboratum. Quod instrumentum scripsi ego prædictus Johannes Oculus bovis publicus Beneventi Notarius; quia prædictæ inquisitioni interfui, & meo signo signavi. Supra intellectum est Diacono & uno teste, & emendatum est eodem die. Ego qui supra Sikenulfus Juden, Quod instrumentum vidimus in prima figura, non vitiatum, non abolitum, non cassatum, nec in aliqua sui parte vituperatum. Unde ad futuram memoriam ego prædictus Bartholomæus de Facia Notarius ad petres & consensum prædicti Philippi Frisarii præsens instrumentum exemplavi, & in scripturam publicam redegi, quia interfui cum Iudice, & testibus supradictis. Supra interlineatum est de Amalf. Arch. & emendatum est Stephani.

† Ego qui supra Sikenulfus Juden,
† Ego Gulielmus de Aligerna intersui,
† Ego Simeon Spiciale testis sum.
† Ego Johannes Calistro testis sum,
Loco † Signi.

Ugolini mentio extat in Bibliot Beneven. instrumento anno 1233 & in alio Datum anno 1240. fasc. 3. num 16. nec aliud reperitur de hoc Ugolino. Creditur tamen obiisse an 1254. die 20. Maii. Beneventana civitas ante vel retro actarum cladium passa est omnium maximam a feritate Friderici secundi Imperatoris, ita ut penè solo æquata sit, ut de hoc lacrymabili excidio pene omnes illius temporis scriptores conquesti sint, & testantur sequentes versus ex Archivo Monasterii S. Sophiæ transcripti.

Anno milleno, bisceneno, atque triceno,
Ac, ne fallaris, adjuncto rite noveno,
Urbs dilecta satis, Urbs multæ nobilitatis,
Urbs dilecta nimis, dum satis non datur imis:
Nunc nimis infelix, & Cæsaris obruta Marte,
Desolata manet nulla reparabilis arte.
Fit subjecta malis, fertur jubet Imperialis.
Nunc luit eventum destructa jacens Beneventum.

Sub eodem Ugolino an. 1252 Innocentius IV. concessit privilegium amplissimum Abbati, & Monasterio S. Petri de Planisio Beneventanæ Diœcesis ordinis S. Benedicti, quo in protectionem immediatam sedis Apostolicæ suscipit Monasterium, eique confirmat omnes Ecclesias n. 12. & nonnulla Castra, quæ erant jurisdictionis dicti Monasterii, quod tandem per Nicolaum V. exactis Monachis Capitulo Beneventano fuit unitum.

16 CAPOFERRUS a de Caposerris, nobilis Beneventanus, ad patriæ sedem vocatus est anno 1254. cui adhuc electo commendat domum S. Mariæ in Cosmedin Innocentius IV. ann. 10. pontif. 8. Kalend. Septemb. & sequenti in commendationem electi Episcopi Parmensis idem scribit nonis Januarii, pontif 11. ex Reg. Vatic. epist. 372. fol. 40. Idem Caposerrus adhuc electus jussu Clementis IV. ab excommunicatione absolvitur, à Gotifredo Monacho Cisterciense Capellano, & Pœnitentiario Apostolico, cum adfuisset coronationi Manfredi Tarentini, iterumque pro hac eadem re in Concilio Lugdunensi sub Gregor. X. celebrato 1273. absolvitur, ut in litteris ad ipsum script. 4 a. Non. Septemb. a. 3. habetur in eodem Reg. Vatic. epist. 33. fol. 138. quibus adhuc electus vocatur. De eo habetur memoria in monumentis Biblioth. Benevent. ad annum usque 1280. cujus Archiepiscopi quanta, qualisve pietas fuerit, sequens bulla ostendet. LXIX

a Raunonus de Caposerrio. Ex Sarnellio.

Capuferrus. Dei gratia Beneventanus
Archiepiscopus.
Universis præsentes literas inspecturis salutem,
& sempiternam in Domino
charitatem.

Antiquorum Patrum solemnium statutorum satis celebris est, ac recolenda memoria, qui ceptam vitam moribus statuerunt, & secus aquarum decursus plantationes, quæ semper fructum afferant salutiferum, plantaverunt: quorum intellectus audientium mentes illuminat,

vi-

& veri splendore luminis, in quo qui lumen de lumine, & lux lucis Christus Dominus noster humano generi salus æterna apparuit sancta inspiratione spiritus devotorum ardentius in amore fraternæ charitatis inflammat, sanctis meritis, ac institutionibus sacris sic viam currere mandatorum, quo consiliorum semita non aspernetur ostendens, ut dum tempus bonum, operemur ad omnes, maxime ad domesticos fidei, ne nobis indultum bene vivendi spatium à bono torpentes opere transigamus, & æternæ mercedis, culpis exigentibus nostris, remuneratione privemur. Sollicitè autem investigari oportet, ut quod humanæ fragilitatis ruinosus lapsus culpa delinquendi subripuit, bonorum operum beneficio, saltem juxta nostræ possibilitatis solertiam, restauretur, & errorem nostrum, quem suæ legis mandata non servantes ostendimus, cum aliqua satisfactione contriti spiritus petentes veniam complacemus. Potens est enim sublevare ruinam, & reparationis beneficia talibus fulcire præsidiis quæ permaneant, casum non timentia recidivæ. Sanè recolendæ mem. Rogerius Benevent. Archiepiscopus Dei mandatorum non fictus auditor, in conspectu Domini nolens se vacuum præsentare, sed sibi talenta tradita Creatori suo tanquam gratus beneficiorum susceptor cupiens cum duplicato fœnore resignare, statuit, ut in Basilica Beati, ac gloriosi Apostoli Bartholomæi, cujus patrocinio gloriamur; quædam Sacerdotum, Clericorum, & aliorum fidelium ordinaretur fraternitas, qua in divinis officiis nomen Domini laudaretur, fratres fraternitatis ipsius in Missarum solemniis peccatorum suorum veniam mererentur, & defuncti, qui ab hujus sæculi luce subtracti aliorum egent beneficiis adjuvari, crebris ipsorum, ac devotis orationibus tormentorum incendiis juvarentur; in qua nonnulli Episcopi, ac alii venerabiles viri Beneventanæ civitatis, diœcesis, & Provinciis tunc temporis recipi voluerunt, illius thesauri participes fieri cupientes, quem nec tinea demolitur, nec fures ipsum effodiunt, nec furantur. Demum Friderici quondam Imperatoris perniciosa tyrannis, qui nec Deum suum timuit creatorem, nec sanctos vereri voluit, præcipuè Beatissimum Bartholomæum Apostolum nostrum, qui in præfata civitate sacratissimum suum corpus voluit præservari, civitatem eandem sic dirui, ac destrui jussit, prout universorum patuit oculis, & nos qui nostris non exigentibus culpis direptionem ipsam periculosè pertulimus, usque in hodiernum diem irreparabilia damna lugemus. Sic autem ipsa fraternitas quæ tanto studio, ac consideratione solemni tantæ utilitatis ad quoscunque susceperat incrementa, à tempore depopulationis civitatis præfatæ non sine dispendio animarum fratrum fraternitatis ejusdem tam viventium, quam etiam defunctorum usque ad tempus Pontificatus Domini Nicolai Papæ III. anno 2. 8. Indict. anno 1279 vacavit. Nos id non sine magna perplexitatis cogitatione considerantes, laborem circa reformationem fraternitatis præfatæ, ac affectantes ea quæ animarum fidelium subditorum nostrorum saluti expedi{a}nt posse cum profectu felicitatis æternæ virtutum augmenta acquirere, convocatis Clero, & personis quæ cura vigili, ac sollicitudine hoc intendebant, mandavimus Presbyteris, ac Capellanis Ecclesiæ supradictæ, ut cunctis diebus (prout in libris fraternitatis ejusdem plenius continetur) semper officia quæ pro fratribus fraternitatis prædictæ, & aliis quibuscunque celebrari retroactis temporibus consueverunt, celebrare deberent de cætero, & in statum reducere pristinum ea, quæ propter ruinosam dirutionem eandem multis temporibus perierunt, deformationem fraternitatis ejusdem reformantes. Statuentes itaq; quod cum fratrem aliquem fraternitatis ejusdem, vel alium cujuscunque conditionis mori contigerit, sepulturam sibi in dicta Ecclesia B. Bartholomæi Apostoli eligentem, ab ipsis fratribus honorificè recipi volumus, & ipsum eisdem confratribus Clericis videlicet superpelliciis indutis à defuncti hospitio processionaliter usque ad Ecclesiam deferri, & cum Missarum solemniis, ac aliis orationibus sepeliri: & si tantæ sit defunctus gravatus onere paupertatis, quod de ipsius substantia nihil pro exequiis haberi possit, iidem fratres suis sumptibus eundem sepelire teneantur, ita quod dives, & pauper in hac congregatione simul currant. Si vero in processione cum aliis fraternitatib. civitatis ejusdem ipsis ire contigerit, sive ad exequia mortuorum, sive ad alia, ipsi ab una parte gradiantur, & alii ab alia pergant, & de hoc volumus utrosque esse contentos. Et quia fraternitatem eandem salutiferis intendimus communiri præsidiis, Ordinamus Priorem, Decanum, Præpositum, & Primicerium de ipsa fraternitate confratres probatos, ut regant, instruant, ordinent, ac doceant, & quod Christo puris, & honestis famuleatur obsequiis, & norma vivendi annuente Deo talis erit quod Christi fidelibus servabitur ad doctrinam. Nihil enim utilitatis, seu commodi statuta condere videntur, nisi perpetui roboris firmentur edicto. Volumus igitur, & sub excommunicationis pœna præsenti sancimus edicto, ut nulli hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, seu reformationis infringere, nec ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, Beatorum Petri, & Pauli, ac Beati Bartholomæi Patroni nostri, & nostram se noverit incursurum.

Datum Beneventi in nostro Palatio quinto mensis Novemb. Indict. 1.

Ex hujus documenti itaque lectione nedum pietas Rogerii Archiepiscopi, verum feritas, & immanitas Friderici Imperatoris comprobatur. Sodalitium vero hoc mortuorum usque in hæc tempora perseverat, in quo semper viri insignes, illustresq; nomina dedere. Sub hoc eodem Archiepiscopo anno 1279. erecta est Turris campanaria majoris Ecclesiæ de oblationibus Cleri, & fidelium, cujus structura, & moles si attendatur non minus quinquaginta millibus aureis æstimabitur, licet imperfecta sit, & nondum finita, ad cujus calcem extat hæc inscriptio.

† An. Dom. MC LXXIX.
xi. Febr. Indict. viii.
Inceptum est hoc Campanile
de oblationibus fidelium,
& Cleri.

De miraculo autem quod Vipera refert ex Voragine in actis S. Bartholomæi Apostoli puto non esse ambigendum, sicuti & de sepulchro Friderici Imperatoris in terra vulgo dicta *Florentiae*, Beneventum inter, & Luceriam, ubi ipse Imperator vaticinii immemor dolo Manfredi sublatus fuit veneno; & licet corpus inde per Manfredum fuerit Panormum delatum, tamen ex lapide libavi ejus cœnotaphium, quod idem esse comperi cum illo, quod Summontius recitat in sua historia.

Si probitas sensus, virtutis gloria, census,
Nobilitate orti possent resistere morti,
Non foret extinctus Fridericus qui jacet intus.

At Beneventanæ civitati fatale fuit sæculum ita, ut visa sit cladem superinduere cladi, siquidem nondum elapsis triginta annis à prima Friderici, Carolus primus Andegavensis anno 1266. aliam ei intulit devastationem, licet ex nullo capite cum superiori comparabilem, quod multis argumentis comprobari posset.

Quæ vero fuerit causa, cur Carolus Andegavensis male habuerit Beneventanam civitatem, eam adferunt communiter scriptores, quod Beneventani receperint Manfredum Regem excommunicatum. Verum quod præter Caroli voluntatem hoc evenerit, sed militari furori sit calamitas illa adscribenda, mihi suadet monumentum quoddam existens in Monasterio S. Petri Monialium, quod hic transcribere libuit.

Anno 1256. de mense Martio cum Carolus Rex Manfredi Regis victoria potitus esset prope Beneventum ad Salices, Manfredique cadavere sepultum secus Caloris fluvium ad Pontem, Caroli exercitus victoria ebrius sæviter Beneventum est depopulatus, nec senibus, nec pueris, nec Sacerdotibus pepercit, ita tota civitas etsi Regi Carolo colla submittebat, minime veniam impetrabat, domus multæ funditùs dirutæ sunt, civitatis mœnia solo æquata, virgines violabantur publice; immaculatum remansit solum sancti Petri Moniale Cœnobium à pluribus militibus nobilibus pietate motis acriter strenuiterque intus defendentibus, inter quos clariora nomina extant Aloysii Capicii, Julii Scontradi, Antonii Tocci, Calogiuris

M.-

Mascambruni, & Marcii Pini . , . . Gesualdi, Simonis Fusi, & aliorum quorum fide, & strenuitate motus Carolus Rex interdixit suis, & Gallis, & Germanis ne in Monasterium irruerent, imo illos milites ad se Regia fide vocavit, & civitatem licet involuntariè labefactatam resarciri, eegi, defendi ab iisdem jussit, & deinde eorum industria factum fuisse testor ego Marinus de Maurellis Notarius, & civis Beneventanus, &c.

Hæc de clade Beneventana. Verum quia incidit mentio præfati Monast. S. Petri Monialium olim Monachorum Ord. S. Benedicti non abs re existimarim hic subnectere aliqua. Illud esse antiquissimum claræ ostendunt sepulcra diversorum Principum ea in Ecclesia jacentium; quia & mulieres, ac fœminæ quamplurimæ ex Principum progenie eo in monasterio castimoniam vovisse testantur epitaphia, quæ mox subjungam, ex ipsis lapidibus transcripta. Quod tamen hoc Monasterium primitus incoluerint Monachi D. Benedicti patet ex hoc epitaphio.

Corporis hunt tumulum mortali forte paravit
Vita fugax hominus solita . . . .
Gaudiosus Abbas Monachorum jure Sacerdos
Post longos vitæ ingentes, multosque labores
Sanctorum Petri, & Paulique in æde locavit,
Quo mores fideiadsistunt ritè potrent,
Ut quem viventem famulum tenuere fidelem,
Post claustra carnis faciant in sorte vatace.

Aliud epitaphium verè Longobardicum.

Nobilis atque cluens magno de stegmate Cretæ
Scauniperga latet marmore sub solido hoc
Principis insignis Gisulphi quæ fuit uxor,
Proles Mausonis, & fuit ista Ducis.
Mensibus en totis Domino famulabat amanter
Atque suo toto pectore sæpe quidem.
Dulcis, mitis & prudens, simplexque benigna,
Et patiens multum, atque jucunda nimis,
Bis deciesque duos postquam hæc expleverat annos
En mundo cessit, ivit & ad Dominum.
Carmina tu lector cum forte perleges ista
Da veniam dicita . . . . :

Hæc Principissa obiit circa annum Domini 750. & suis sumptibus fundavit monasterium sancti Petri in Casinate Monte, Leo Hostien. lib. 1. cap. 5. Aliud epitaphium:

Hic sita sunt magnæ clarissima membra Mariæ
Stemmate Laudolphi Principis orta pii.
A modicis annis spernens hæc gaudia mortis,
Pergens ad caulas Ecclesiæ niveas,
Suscepit velum sacrum quo vicit iniquum,
Nam victrix donis mititur æthereis
Lactea conspectu, sed plus pulcherrima sensu,
Moribus Angelicis pervigil enitubiis,
Viscera matris habens, animas, & corpora complens
Nunc alios verbis, nunc aliosque cibis,
Terrigeras conchas subeunt, & splendida membra
Bis senis lustris associata polis.
Idibus octonis percurrens tempora carnis
Quas sibi mensis obit Junius ipse gerit.
Christicolæ cuncti vos spernite gaudia mundi
Dum salit hæc tellus dicito parce Deus.

Extant & alia epitaphia, ast edacitate temporis fere omnino corrosa.

Cum itaque appareat in hoc Monasterio tot Heroinas Deo inserviisse, antiquitatem nedum, sed & nobilitatem ejus arguere quisque potest. Monasterium fuit sub protectione immediata Sedis Apostolicæ usque ad Sixti IV. tempora, qui eum subiecit ordinariæ jurisdictioni Beneventani Archiepiscopi.

Quod vero amplissimam retroactis temporibus habuerit jurisdictionem, inde colligitur, quod ad hæc usque tempora Abbatissa hujus Monasterii exercet jurisdictionem temporalem in quibusdam Castris, format processus, condemnat, & Capitaneos creat. Verum ad Capuferrum redeamus.

Capuferrus vero anno 1276. pluribus iteratisque epistolis accersivit Petrum de Murone postmodum Cœlestinum V. sanctissimum Ord Cœlestinorum Patrem, eique curam demandavit reformandi Monasterium sanctæ Mariæ in Faifulis Beneventanæ Diœcesis, in quo idem Sanctus jampridem habitum susceperat Monachalem. Unum habeo tantum quod referam ex Biblioth. Beneven. fasc. 22. bull. 130. permissionem scilicet quandam Petro Murroneo factam à nostro Capuferro, quæ est hujusmodi.

Capuferrus Dei gratia Archiepiscopus Beneventanus.

Dilectissimo in Christo fratri Petro Abba S. Mariæ de Faifulis, ejusque successoribus regulariter intrantibus in PP. M.

Sedula Pastoralis muneris cura nos admonet, ut circa ea quæ piorum locorum stabilitatem, & Religiosarum personarum quietem prospicere dignoscuntur nullis partamus laboribus quominus servientium Deo sub suavi religionis jugo quieti consulatur. Cum igitur Vener. frater Petre Abbas super quæstionem quam de aquatione in usum monasterii tui, & fratrum tuorum nostrum interpellasti judicium, ut venationem quam ob id pateris ab Oeconomo Ecclesiæ S. Nicolai nostra auctoritate redimeremus, tuis petitionibus benignè duximus annuendum, statuentes ut tam irrigatio hortorum, quam pascuorum tibi ad libitum permittatur, dummodo ea fiat alternatione, ut molendinum à suo non cesset opere, quod à bonis viris percepimus fieri posse alternativè hortis & pascuis cursus relaxetur aquarum. Censentes hac nostri privilegii scriptione, ut tam ipse Oeconomus, quam alii et substituendi nullatenus deinceps quæstionem tibi, vel tuis successoribus super hoc intentare præsumant. Sed ut dictum est omnia observent, nec aliquam molestiam, aut impedimentum pro dicta hortorum, & pascuorum irrigatione inferre audeant. Nulli itaque omnino hominum liceat hanc nostræ constitutionis, vel concessionis paginam infringere, vel ei quoquomodo contraire, quod si quis ausu temerario hoc facere attemptaverit, indignationem Omnipotentis Dei, & B. Mariæ semper Virginis, & B. Bartholomæi Apostoli se noverit incursurum. Sceiptum per manus Adalferii Clerici, & familiaris nostri.

Datum in sacratissimo Archiepiscopio, anno Dominicæ Inc. 1278. Pontificatus vero Dom. Nicolai Summi Pontificis, & Universalis Papæ III. 11. nostri vero Archiepiscopatus xx. . . . 8. Kal. Maii Ind. 6.* * vii.

SANCTA MARIA	SANCTUS BARTHOLO-MÆUS
CAPUFER. DEI GRATIA	BENEVEN-TANUS. ARCHIEPIS-COPUS

Circa vero.

Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moveat me.

† *Ego Capuferrus Beneventanus Archiepiscopus.*
† *Ego Bartholomæus Archidiac.*
† *Ego Romualdus Primicerius.*
† *Ego Siconolfus Sacerdos Beneventanæ Ecclesiæ.*
† *Ego Barbatus Diaconus Beneventanæ Ecclesiæ.*
† *Ego Mercurius Clericus Benevent.*
† *Ego Rogerius Sacerdos.*

Hunc nostrum Capuferrum vixisse usque ad annum 1280. testantur instrumenta Beneventani Archivii, quæ ultra illum annum non extenduntur; obiisse vero mense Decembri testatur Vipera ex inscriptione sepulturæ prædicti Capuferri, quæ cum modo non extet, tam de anno, quam de mense, & die, ejus fidei me remitto. Defuncto Capuferro Capitulum Beneventanum in partes divisum una elegit in Archiepiscopum Anibaldum de Alaba Archipresbyterum Beneventanum, alia M. Petrum

Apostolicarum literarum correctorem; tertia Fratrem Jacobum de Alifia Ord. Minorum; quarta, & sanior pars Joannem Monachum Casinensem, qui post longum dissidium, cæteris cedentibus confirmatus est Archiepiscopus à Martino IV. ut mox dicemus.

LXX 17 JOANNES *a* igitur hujus nominis secundus cognomento de Castro-Cœli, Monachus, ac Præpositus Monasterii Casinensis *b* confirmatus est Archiepiscopus Beneventanus à Martino IV. an 1282. & in Curia apud Urbem-Veterem munus consecrationis accepit ab Episcopo Card. Tusculano, ut testantur literæ ad eundem scriptæ à Martino, sub Dat. Urbeveteri 11. Kal. Julii pontif. 2. quæ extant in Vat. Reg. num. 45. fol. 56. Hic ille Joannes est Cœlestino V. in paucis charus, ac dilectus. Callidus & sagax fuit, ac magnæ apud ipsum auctoritatis, à quo primum Vicecancellarius S. R. E. declaratus est, ut scribit Jacobus Scaphanescus Cardin. Diaconus in vita Cœlestini lib. 2. cap. 2.

a De quo Ciaconius Oldoini t. 2 col. 292. b Sed verius S. Benedicti de Capua.

Ecce mancus Aquilæ, nondum veniente senatu,
Officiis variis præfecit Murro novellos
*Apprutios, Laicumque * sibi, non more vetusto,*
Assumpsit scribam, deerat fiducia Cleri,
*Samnitum Pater, * forsan, cui plurima culpa,*
Ascribi poterit, Vicecancellaria almo
En datur, at fraudis vicina pericula purus
Quis caveat? lethale malum cui dogmate sacræ
Tam legis, quod scita Patrum novisset, & idem
Haud radiat lucere datus, cœlique Joannem
De Castro dicere virum, terrena calentem.

* Bartholomæum de Capua. * Archiepiscopus.

Factus itaque Vicecancellarius Joannes Aquilæ consecravit in Episcopum Ostiensem Hugonem Alvernum Cardinalem, in prædefuncti Latini Ursini locum, qui Cœlestinum Episcopum inauguravit, ut idem Stephaneschus innuit cap 5. lib 3. Pauloque post cum obiisset Petrus de Aquila, vel de familia Aquilana, ut alii volunt, à Cœlestino creatus Presbyter Card. Joannes inusitato Ordine post cœnam ab eodem vocatus est ad purpuram, maxima sacri Collegii indignatione, Joannes purpuræ dignitati liberè nuntium remisit, atque post paucos dies, iterum publico in Consistorio denuo creatus est Presbyter Cardinalis tituli S. Vitalis. Facti seriem narrat idem Scaphaneschus, qui adfuit lib. 3. cap. 11. *De ineptis promotionibus quas fecit, Cœlestinus, & specialiter de Archiepiscopo Beneventano, quem fecit Presbyterum Cardinalem.*

O quam multiplices indocta potentia formas
Edidit, indulgens, donans, faciensque recessit,
Atque vacaturas concedens, atque vacantes,
Assumens precibus nonnullum ad culmina sedum
Pontificum, variosque gradus, absente senatu;
Sive via, seu forte morans, Exire paratus
Urbem Aquilam, Samnita Pater, quia doctior ille
Dissimulare sciens, confert erroribus unum
*Dictu præcipuum. Nam * cum mors atra sepultum*
Alterutrum Procerum, Pastoris dogma professum
Acciperet, Monachi dimissis vestibus atris.
Præsulis induitur, habitum pertingere sperans
Inrubrare caput, serpens ne oblita veneni est?
Sic suadent, medilque manent, quibus ille tenetur

* Statim namque post promotionem suam ad Cardinalatum mortuus fuit frater Petrus qui

Strictus amore gravi; quod quamvis longius essent
Dispersi Proceres, aollentque videre sodalem.
Hunc sibi præsentes hyemis cum tempora sacra
Quatuor ingruerent, cœnam post, ordine Præsul
Presbyter efficitur Cardo, rubrante galero,
Cervicem, infra septa domus desumptus ab illo.
Nubila nec deerant, pluvias resolutus habebat
Imber, & intonuit Cœlum, grave murmur eodem
Tempore, cum veniunt acciti adscire volentes
Hunc Patribus, seu fortè velint, seu forte recusant,
Namque sequebantur plures ex ordine Papam,
Qui faciunt mandata Patris, volitumque sequantur.
Non sic applaudunt facto, nec vota secundant
Cardine sublimes, qui jam adventare priores
Parthenopem, sed corde stupent, & turbida mittunt
Verba Duci, legantq; duos, qui & Cardine præsunt,
Atque agant talem sic factum sidere secum
Ocius erratum cogitantque ut corrigent heros
Flexilis, & cœtum nec perturbare serenus,
Poscunt, en fortis reddit patientia magnum
Pontificem, dum facta velit timore quietius.
Cum jam multa forent variis sermonibus acta,
Et spes Presbyteri pectus stimularet anheli,
Tandem contritio facta est concordia fratrum,
Hucque modum: quod cessit herus portare galerum
Cardinis, & juri pridem adstantibus illis
Quæsito fit sacra Ducum confessio juxta
Pontificem. . . . senis discussio quondam
Servatur pro parte aliqua, nam tempora desunt
Talibus Omnipotens, cur nam sic protinus omnes
Sic properant revocare virum, concorditer inquam?
Quem cantum substare putem? ut dixero tutum
Sed timor urgebat, tacite spes abdita cœtum
Impulit, ut renuens iterum resideret in ampla
Sede Patrum, nec laudo Ducem his, nec laudo sedentem
Principio, sed pauca luet, & parvulus erro:
Crescit, in augumentum: patet hoc errore viarum
Quid prodest productus honor? quid concita sæcli
Gloria? dum moreris, neque lustras mensibus annum,
Sed tamen ipsa docent nos pervia temnere fastus.

erat de Ord. Papæ Cœlestini.

Cæterum Joannes paucis mensibus à sua promotione vitam protraxit. Beneventi mortuus est, die 22. Feb. 1295. Anno primo Bonifacii VIII. ut in lib. emortuali Beneventanæ Ecclesiæ, & ex literis electionis alterius Joannis successoris habetur. Quibus Joannes Card. Beneventanus bonæ memoriæ notatur. Post hunc Cardinalem Joannem Vipera reponit inter Archiepiscopos Beneventanos Petrum Cardinalem Aquilanum Cœlestini discipulum: hallucinatur tamen, cum Petrus iste, nondum mense elapso à sua promotione obierit die 9. Octob. 1294. adhuc Cœlestino sedente, ut testatur Cœlestinus Falera in hist. Cœlestinorum, ac scribit Cardin. Stephaneschus in supra relatis carminibus.

Nam cum mors atra sepultum
Alterutrum Procerum, Pastorum dogma professus
Acciperet, &c.

Nam Cœlestinus in Petri locum Ioannem jam diu Beneventanum Archipræsulem Cardinalem creavit. Ioannes autem eodem anno 1295. ut creditur, ob grati animi propensionem, ac devotionem quam Cœlestino Pontifici gesserat, Monachis Cœlestinis Beneventi Ecclesiam S. Catharinæ ad ædificandum apud ipsum Monasterium dono dedit, atq; ut voluit dotavit. Verum cum eodem anno vita universæ carnis ingressus fuisset, vir nobilis quidam Goffredus de Scabellis Monasterium jam inchoatum absolvit, ac redditibus pro alendis Monachis locupleravit, sed an. 1358. Monasterium ipsum igne consumptum, à fundamentis exædificatur. Hoc infortunio sensit etiam anno 1514. una cum Claustro, reliquisq; circumadjacentibus ædificiis, quibus circumdabatur, una cum ipsa Ecclesia, quam deinde cum monasterio Monachi restaurarunt. Antiquo

tem-

tempore hujus Monasterii Prior jus habebat suffragii in multorum beneficiorum collatione in Diœcesi Beneventana, hac autem tempestate, excepto feudo S. Gregorii, vix aliud obtinet. Ex hoc monasterio nonnulli viri illustres prodierunt, Antonius de Gesualdo Episcopus Castanensis. Marcus vulgo dictus *Il Celestino de Benevento* Mathematicorum Phœnix, excelluit in cæteris liberalibus artibus ad miraculum, floruit an. 1550. Thomas de Benevento, qui Ordinis sui evasit Generalis anno 1600. in Urbe ob præclaras animi dotes notissimus. Nunc Prior hujusce Monasterii est non semel laudatus P. Cœlestinus Guiceiardinus, cujus studio, diligentiaque hic noster qualiscunque conatus de Beneventanis Præsulibus excrevit.

LXXI 18 JOANNES ex familia Capuana, Episcopus Confertensis in Hybernia, defuncto Joanne Card. tit. S. Vitalis, à Bonifacio VIII. translatus est ad hanc Beneventanam Ecclesiam 6. Non Octobris anno 1295. Pontif. primo ex Reg. Vat. Epist. 425. fol. 99. Pallium accepit à Matthæo Diac Card. sanctæ Mariæ in Porticu. Sedit Joannes ad ann. usque 1300. quo ad Capuanam Ecclesiam translatus est 4 Non. Januarii. Joannis hujus cum laude meminit Jacobus Warzius Eques Auratus, De Hybernia ejusdemque antiquitatibus, in notis ad Episcopos Confertenses. *Inter Ecclesiæ*, Inquit, *hujus benefactores recensentur viri magni in primis nominis Joannes quidam natione Italus, Clementis IV. Pontificis Nuncius in Hybernia Athenariæ in hac sede (Clonfertæ B. Mariæ) consecratus die Dominico ante festum Natalis Domini 1266. ubi cum præfuisset annis ferè 30. ad Archiepiscopatum* (Beneventanum) *in Italia translatus est. Et successit in sede Confertea. Robertus Monachus Benedictinus Ecclesiæ Christi Cantuariæ, qui ab Henrico III. Rege Angliæ probatus est 24. Septembris 1296* Hæc ille. Electus Confertensis hic fuerat à Bonifacio VIII. 4. Non. Januarii ann. Pontif. 2. salutis 1296. ex litteris Reg. Vatic num 600. fol. 136.

LXXII. 19 ADENULFUS ex Archiepiscopo Capuano (1) transfertur ad hanc Beneventanam Ecclesiam a Bonifacio VIII 4. Non Januarii 1300. ex eodem Reg. Vatic. epist. 387. fol. 363. Sedit plus minus annis duobus, ac liberè resignavit.

LXXIII. 20 Fratrem IACOBUM *a* Ord. Eremitarum S. Augustini clariss. sui sæculi Theologum, ac verbi Dei declamatorem eximium ad hanc sedem provexit Bonifacius VIII. an. 1302. 3. Non. Septembris Pont. 8. ex eodem Reg. Vat. Epist. 227 fol. 250. consecratus est Iacobus à Theodorico Episcopo Card. civitatis Papalis, aliàs Prænestinæ, translatus deinde est ad Neapolitanam Ecclesiam anno 1302. ab Incarnatione, à Nativitate 1303. 2. Id. Decemb.

a De eo Gandulphus in dissert. de 100. Script. August. pag. 174. Mandos.

LXXIV. 21 MONALDUS de Monaldeschis, *b* Urbevetanus, Ord. Min. antea Episcopus Suanensis, transfertur ad hanc Sedem 16. Kal. Feb. an. 1303. à Nativ. ex Reg. Vat. Epist. 418 fol. 260. Pontif. Bonifacii an. 9. Pallium ei datum fuit per Matthæum S. Mariæ in Porticu, Neapolionem S. Adriani, Iacobum S. Georgii, Franciscum S. Mariæ in Cosmedin, Guillelmum S. Nicolai in Carcere Tulliano, Ricchardum S Eustachii, & Lucam S. Mariæ in Vialata Diac. Cardinalibus. Confirmavit Monaldus die 29. Novemb. 1331. constitutiones Collegiatæ Ecclesiæ s. Spiritus, & cum sedisset laudabili fama virtutum annis plus minus 29. ultimum vitæ diem clausit Tusciæ circa an. Dom. 1333. ut habetur in partibus in Ep. cōfirmationis successoris Re. Vat.

b De eo Oudin in supplem. de script. eccles. pag. 601. Mandos.

(„ *Anno 1320. facultatem fecit Monaldus colligendi eleemosynas pro basilicæ S. Bartholomæi fabricæ complemento, cujus atrium erexit, & in eo ipsius insignia visebantur. An. 1323. translulit Moniales S. Mariæ Portæ Summæ Ordinis S. Benedicti ad eas S. Petri ejusdem ordinis, & ex eorum monasterio arx ad civitatis munimen, & Rectorum commodum, & deinceps Pontificii Gubernatoris constructa fuit, quæ novissimo terræmotu dejecta est. Ultimum diem clausit in partibus Tusciæ an. 1331. Annalium Ordinis Minorum Epitomator perperam hæc scripsit ad an. 1332* Fr Monaldus Monaldescus Urbevetanus ab Ecclesia Melphiensi ad Archiepiscopatum Salernitanum translatus est. *Duo floruere Monaldi ex eodem cognomento de Monaldis, seu Monaldeschis, eodem tempore, ambo Episcopi, & ambo ex eodem ordine Minorum, sed alter Perusinus civis, & Melphiensis Episcopus, qui in ea sede obiit; alter Urbevetanus, & is est ille, qui è Suanensi Cathedra ad Beneventanam pervenit. Neuter locum Salernitanam attigit.*

„ B. MONALDUM, *Justinopolitanum, ex ordine Minorum, eo anno, quo Monaldescus desiit esse, introducunt in hanc seriem Vipera, & Sarnellius; hic Viperæ obsequens, ille Possevino t. 2. in Apparatu sacro, qui à Rodulpho persuasus hanc Archiepiscopalem dignitatem Monaldo defert. Suffragantur eidem picturæ sanctorum Antistitum nuper excitatæ in Odæo Metropolitanæ basilicæ ab Eminentiss. Card. Archiepiscopo Ursino, quas inter splendet hujus Monaldi ea martyrii laureola illustrati, quam subiit Arsegæ in Armenia cum duobus sui ordinis pro Christo commilitonibus. Corpus deinde Justinopolim in Dalmatia translatum fuit. Hunc præteriit noster Ughellus; nos eumdem huic Catalogo adscribimus, erga ipsum devotæ Ecclesiæ Beneventanæ obsequium non improbantes, & nihil dubitantes de Monaldo, ejusque martyrio. De patria, passionis tempore, Monaldius summa, cæterisque libris Monaldo cuinam tribuendis discere cupimus à cordatis viris, qui ad sincere sentiendum. Perlegi, & intelligo, quæ scripserunt de Monaldo Henschenius, & Papebrochius in actis SS. tom. 2. Martii ad diem 15. Plura ibi subsistunt, & quæ ultra exoptavimus, si quæ requiri possunt, nos non invenimus. Disquirant alii historicæ veritatis eximii cultores.* Lucentius.)

LXXVI. 22 Fr. ARNALDUS de Brusacco, nobilis Gallus, Ord. Minorum tunc Abbas sanctæ Sophiæ de Benevento, successit Monaldo anno 1333. Promisit

(1) Mendum irrepsit in serie Ughelli, quod etiam adoptavit Sarnellius, dum Adenulphum scribit è Capuana ad Beneventanam sedem translatum: non fuit ille Archiepiscopus primum Brundusinus, mox Compsanus, denique Beneventanus anno non 1300 ut mutum fallitur Ughellus, sed 1301 4. Nonas Januarii.

sit solitum subsidium se daturum sacro Collegio die ultima Maii ex lib oblig. Præl. In Basilica S. Bartholomæi Apost. locum decentissimum præparavit, ubi corpus ejusdem Apostoli transferre cupiens, à Benedicto Papa XII. per supplicem libellum licentiam exoravit, quam Pontifex per suum diploma concessit in hæc verba. Exemplar dedit Mascambrunus Episc. Stabiensis, & nos ab ipso exhibemus.

BENEDICTUS EPISCOPUS
servus servorum Dei.

Venerabili fratri Arnaldo Archiepiscopo Beneventano salutem, & Apostolicam benedictionem.

Quoniam suscepta de manu Domini supernæ benedictionis palma in perennitate consistunt laudes, & gloriæ sanctorum qui devoto metuendi sunt animo, & omnium veneratione colendi, ut ipsi apud divinam clementiam, cujus visione fruuntur, tanto promptius intercedant pro peccatoribus, quanto eorum animus, & devotiones ad laudandum in sanctis suis Dominum perspexerint, & ad exercitium suorum bonorum magis aptos. Sane fraternitatis tuæ petitio nobis nuper exhibita continebat, quod tu attente considerans, quod corpus B. Bartholomæi Apostoli, quod olim ad tuam Beneventanam Ecclesiam extitisse dicitur miraculosè translatum, in loco indecenti, & minus idoneo ipsi Ecclesiæ continuo conservatur, & propterea cupiens illud in loco honesto, & honorabili collocari, zelo devotionis accensus in quadam spatiosa Capella Ecclesiæ prædictæ similiter contigua, quam venerando ipsius Apostoli vocabulo insignitam cives Beneventani, jam dudum ab antiquis temporibus in honorem ejusdem Apostoli construxerunt, locum aptum devotum, & idoneum fecisti construi, ac etiam præparari; ubi corpus ipsius Apostoli, & nonnullorum aliorum sanctorum reliquias, quæ similiter in despectis locis, & minus decentibus conservantur, ad laudem divini nominis, ac ejusdem Apostoli, & totius Curiæ Cœlestis honorem, devotionemque fidelium, & animarum suarum salutis augmentum, cum reverentia debita, & congrua solemnitate transferre desideras, ac etiam collocare. Quare nobis humiliter supplicasti, ut transferendi ad dictam Capellam corpus ejusdem Apostoli, & reliquias memoratas cum debita reverentia, & honore, illaque in dicto loco per te in dicta Capella præparato, ut prædicitur, collocandi licentiam concedere dignaremur. Nos igitur devotionem, & propositum tuum in hac parte multipliciter in Domino considerantes, illam de tua sinceritate gerentes fiduciam, quod ad Dei laudem, & gloriam dictorum Apostoli, & sanctorum reverentiam, & honorem, ac devotionis & consolationis augmentum populi Catholici studebis supradicta exequi, licentiam tibi concedimus postulatam. Ut autem fideles Christi, quos, sicut nobis debito pastoralis incumbit officii, acceptabiles reddere desideramus Altissimo, eo libentius ad eorundem Apostoli, & sanctorum reverentiam invitentur, quoque frequentius, & devotius ad dictam Capellam ad implorandum ibi divinam misericordiam pro peccatis velut ad portum confluant salutarem, qua se potioris ubertate gratiæ sentiant fœcundari, de Omnipotentis Dei Misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eorum auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui Capellam ipsam in festo præfati Apostoli devotè visitaverint unum annum, & quadraginta dies de injunctis pœnitentiis misericorditer relaxamus. Datum Avenione 4. Idus Maii Pontificatus nostri anno tertio.

Hanc corporis B. Bartholomæi translationem post Benedicti concessum diploma peractam fuisse probare nititur idem Annibal Mascambrunus in sua dissertatione ex Arnaldi Archiepiscopi publico documento, quod exscripsit in hunc modum.

Arnaldus, Miseratione Divina, Archiepiscopus Beneventanus Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, salutem in eo, qui est omnium vera salus.

Rex excelsus, & in majestate mirabilis, cujus ineffabilis altitudo prudentiæ recti, censura judicii cœlestia pariter, & terrena disponit, et si cunctos ejus ministros magnificet, & cœlestis efficiat Beatitudinis possessores, illos tamen, ut dignis digna rependat potioribus attollit insignibus dignitatum, & præmiorum ulteriori retributione prosequitur, quos digniores agnoscit, & commendat ingentior excellentia meritorum, sic & Alma Mater Ecclesia, ejusque fideles, sequendo ejus sancta vestigia, & exemplo laudabili ducti, licet universos in regalis cœlestibus constitutos studiis honorare sollicitis, & laudis efferre præconiis non desistant, gloriosissimos tamen Christianæ fidei Principes, Athletas Dei electos, justos sæculi Judices, lumina vera mundi, videlicet Christi Redemptoris Apostolos numero duodeno contentos, qui viventes in carne prædictam Ecclesiam suo pretioso sanguine plantaverunt, ipsam erigendo sublimiter, & disciplinis sanctissimis dirigendo, laudibus personare præcipuis, & specialibus honoribus disposuerunt, & consueverunt, prout tenentur, specialius venerari. In quorum consortio, & numero gloriosus Bartholomæus Apostolus, cujus corpus sanctissimum in hac Beneventana civitate quiescit, suis exigentibus meritis divina dispositione extitit aggregatus, & demum post ejus vitam sanctissimam, & Angelicam, & recolendam passionem, ipsius longi curricula temporis in translatione ipsius pretiosi corporis miraculosa à Lipari Beneventum, tunc in ejus jucundo introitu ad civitatem, ejusdem Principes, Antistites, Clerus, & populus, & condecens tabernaculum sibi construere, in quo reconderetur corpus ipsius, & alias spirituales, & temporales subjectiones devotas, & honorificentias permiserunt. Et licet ad recipiendum, & collocandum condignè tam pretiosissimum corpus, nec nos, nec Clerus, vel populus civitatis ipsius sumus vel fuerimus sufficientes, aut digni: studuit tamen eadem civitas totis conatibus, divina semper auxiliante Clementia, sub vocabulo ejusdem Apostoli erigere Basilicam, seu tabernaculum utcunque sicut apparet, spatiosum, & pulchrum. Et quia corpus ipsius gloriosum extra tabernaculum ipsum post ejus miraculosam translationem prædictam in loco minus decente posuit, tamen tunc, prout melius potuit, extitit collocatum: Nos sollicitè, dignèque considerantes, & debitè perlustrantes meditatione ad divini nominis, ejusdem Apostoli gloriam, & honorem, quantum nobis possibile fuit, in loco magis congruo, & electo, ejusdem tabernaculi Capellam, quantum scivimus, & potuimus condecentem ordinavimus, pro eodem pretioso corpore collocando, & recondendo in quadam capsa procurata, & excogitata diutius pro causa memoriali perenni, petita tamen, & obtenta prius licentia de translatione, seu mutatione hujusmodi facienda à sanctissimo in Christo P. & D. D. Benedicto Divina Providentia Papa XI. qui in hujusmodi translatione, seu festo Apostoli supradicti devotè venientibus ad Ecclesiam ipsam, unum annum, & quadraginta dies de Indulgentia, annis singulis gratiosè concessit per suas literas speciales. Verum quia condecens est & æquum, ut tam sanctissimi corpus Apostoli recondatur, & permaneat in loco sacrato, tam ipsam Basilicam, seu tabernaculum, quam eandem Capellam, seu locum ubi corpus ejusdem Apostoli recondi, & manere debet, quod hodierna die sub testimonio Dominorum Episcoporum Beneventanæ Provinciæ, publicarum, & aliarum innumerabilium personarum inventum est, & ostensum, cum reverentia debita transtulimus, & recondimus de licentia Domini summi Pontificis supradicti, prius pro dicti Apostoli reverentia, & honore mandavimus, & fecimus cum solemnitate debita consecrari: Et ut tantæ solemnitatis, translationis videlicet Corporis ejusdem Apostoli, & consecrationis ipsius Basilicæ, & præter quotidianam memoriam festi ejus, quam de ipso generaliter faciunt Ecclesiæ, & fideles, solemnior, & specialiter annuatim memoria celebretur, & devotæ turbæ fidelium, tam in die præsenti, quam aliis diebus subscriptis ad eandem Ecclesiam, & corpus ejusdem Apostoli visitandum affectuosè concurrant, & ad Christi servitium

instrumentur. Nos Christi fideles ad visitandum tam pretiosum corpus, Capellum, & Ecclesiam ejusdem, donis volentes spiritualibus frui, & in futurum etiam animare: De omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, atque Bartholomæi meritis, sa autem confisi omnibus Christi fidelibus, verè pœnitentibus, & confessis, qui hujusmodi consecrationi Ecclesiæ, & Capellæ factæ de nostro mandato, ac præsentibus nobis, & tantis venerabilibus Patribus Dominis Episcopis Beneventanæ Provinciæ, & ad hunc eorum consensum, & auctoritatem, ac indulgentiam, quam poterant concedentibus, & ipsa die eandem Ecclesiam, & Capellam devotè curaverint visitare, unum annum, & quadraginta dies pro consecratione ejusdem Ecclesiæ tantundem, prout melius possumus, pro ejusdem Capellæ consecratione dictam indulgentiam unius anni, & quadraginta dierum concessam, ut supra dicitur, per Apostolicam Sedem ob reverentiam ejusdem Translationis, & festi, ultra alias indulgentias per Apostolicam Sedem, vel Legatos ipsius, aut Beneventanos Antistites, vel Pontifices aliàs olim concessas, de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus, & omnibus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui anno quolibet in eodem die, & festo Bartholomæi Apostoli, & qui in festivitatibus solemnibus omnibus Domini Jesu Christi, B. Mariæ Virginis Matris ejus, Beatorum Apostolorum omnium, & præcipuè dicti Apostoli patroni nostri, singulisq; diebus Dominicis, Lunæ, & Veneris anni cujuslibet in futurum dictam Ecclesiam B. Bartholomæi Apostoli, aut Capellam, in qua Venerabile corpus hodie est translatum, devotè curaverint visitare, ultra alias indulgentias supradictas, tam per prædictum Dominum summum Pontificem ratione dictæ translationis, & festi ejusdem Apostoli, quam per nos, & alios Dominos Episcopos Beneventanæ provinciæ, ut à jure, ratione dictæ cõsecrationis, seu consecrationũ concessas in die festo qualibet prædictorum quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus. In quorum testimonium, & certitudinem singulorũ præsentes nostras patentes exinde fieri mandavimus, & nostri sigilli appensione muniri.

Datum Beneventi die vigesima quinta mensis Augusti sextæ Indictionis anno Domini 1338. Pontificatus Prædicti summi Pontificis D. D. Benedicti Divina Providentia Papæ Duodecimi anno 4.

Excessit Arnaldus ann. à Nativitate Dom. 1344. die 22. Januarii. In Emortuali Biblioth. Benevent. memoratur Arnaldus in Epitaphio Guillelmi Brusacco, & Bertrandus filius ejus Arnaldi Nepos, quod extat Neap. in Ecclesia S. Laurentii,

Hic jacet nobilis, & egregius vir Dominus Guillelmus de Brasacco miles regius, regi-nalisque Capellanus, & familiaris, quo est sepultus Bertrandus ejus filius, nepos Venerabilis Patris, ac Domini fratris Arnaldi Archiepiscopi Beneventani, qui obiit anno MCCCXLVI die xxvii. Novemb. 15. Indictione.

LXXVII. 23 Fr. GUILLELMUS (*de Castello*) Archiepiscopus Brundisinus ex Ord. Minorum assumptus, translatus est ad hanc Beneventanam sedem 5. Non. Maji 1344 Clementis VI. Pontif. 2. ex Reg. Vatic. epist. 41 fol 66 quo idem Clemens Archidiacono & Capitulo confirmavit libertates, immunitatesque a Prædecessoribus Romanis Pontificibus ipsis. & Beneventanæ Ecclesiæ concessas. necnon & libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus & ab aliis Christi fidelibus indultas. Sub dat. Avenioni 17. Kal Junii Pont. sui 3. qui fuit Christi 1344. & primus Archipræsulatus Guillelmi. Interea Guillelmus an. 1346. ex sui Capituli assensu univit altari majori Capellæ Basilicæ S. Bartholomæi Apostoli, nonnullas Ecclesias, pro sustentatione Presbyterorum, ac servientium eidem, quam suam denominat Capellam, recensetque ibi translatum gloriosissimum Apostoli corpus, ex bulla unionis sub Datum Beneventi die prima Aprilis Ind. 14. testes fuerunt Filardus Barballus de Gayeta Canonicus Cajetanus, dicti Domini Archiepiscopi Vicarius. frater Andreas de Civitella Ord. Minorum, socius ejusdem Domini Archiepiscopi, Andreas de Calabria, Petrellus de Petra mala, & Bernardinus de Brayda sicuti servi, & familiares ejusdem Domini Archiepiscopi. Hoc eodem anno Guillelmus defunctus est.

24 STEPHANUS Patriarcha Constantinopolitanus per obitum Guillelmi creatus est Beneventanus Pontifex à Clemente VI. ann. Pontif. 5. die 17. Novemb. promisit solitum subsidium ex eodem lib. Hic an. 1349. ex consensu Capituli sui nonnulla beneficia univit altari Majori Capellæ S. Bartholomæi Apostoli ex bulla ipsius Datum Beneventi 17. Junii Ind. 2. Pontificatus Clementis VI. anno 7. Testis inter alios fuit Eustasius Episcopus Frequentinus. Sequenti anno die 15. Feb. Ind. 3. consentiente Capitulo Ecclesiam ipsam S. Bartholomæi in Collegiatam erexit, & Capellanos ejusdem in Canonicos, & Capitulum, ubi perpetuò stabilivit duodecim clericos divinis laudibus servientes, ut in bulla ejusdem legitur, quæ extat in Tabulario Biblioth. Benevent. in hunc modum scripta. LXXVIII.

✠ In Dei nomine Amen.

Nos Stephanus permissione divina Archiepiscopus Beneventanus.

Notum facimus universis, atque testamur, quod matura & perpensa meditatione præhabita, & digesta deliberatione secuta tum propter divini cultus augmentum, quem non diminui, sed potius augeri desideramus, tum etiam propter nimiam multitudinem evitandam, quæ solet frequenter scandalum generare. Volentes, ut tenemur, salvis Ecclesiæ & Capellæ nostræ S. Bartholomæi de Benevento, necnon clericorum in ea deservientium, tam præteritorum, quàm futurorum providere, harum scripturarum serie decernimus ibidem numerum duodenarium clericorum fore agendum & ponendum, & perpetuis temporibus duraturum, in quo quidem numero comprehendantur Prior, & Decanus, qui pro tempore in Ecclesia ipsa fuerint, cui nullus clericus adjungatur, neque ponatur, nisi cum aliquem eorundem clericorum & collegii prædictæ Ecclesiæ contigerit viam universæ carnis ingredi duntaxat. Quibus consideratis, ac diligenti cura & studio attentis, & pensatis, ad perpetuam rei memoriam facimus, constituimus & ordinamus solempniter & in his scriptis, in prædicta Ecclesia S. Bartholomæi Collegium, Capitulum, seu conventum duodecim Clericorum, quos volumus ex nunc habere jus Collegii vel Capituli, ac omnia facere posse, quæ ad collegium & capitulum pleno jure pertinere noscuntur. Promittentes nulloumquam tempore per nos & successores nostros contravenire, sed semper in omni tempore grata, rata & firma habere præmissa omnia & singula, & quodlibet præmissorum, ac toto nostro posse ab omni persona defendere, & protegere dictos Clericos, & collegium, ut non valeat impugnari, quin in prædicta Ecclesia sit collegium duodecim clericorum ad quod collegium in eadem Ecclesia creandum, faciendum, ponendum & constituendum omni via, jure, modo, & forma, quibus melius possumus, & debemus admisimus dompnum Joannem de Tocco Priorem, Abbatem Jacobum de Adrio Decanum, dompnum Ambrosium de Villa franca dompnum Magnum de Zenno, dompnum Bartholomæum dompnum Meulum, dompnum Nicolaum Bulgarum, dompnum clericum de Monte Fusculo, dompnum Leonardum de Villa franca, dompnum Jacobum de Tocco, dompnum Paulum de Urbe veteri cives, & habitatores Beneventi, & dompnum Robertum de Marrono Alarinen. Dioc. Quo sq; prædicti Prior, Decanus, & clerici cum ipsis superius nominatis, ac eorum successores, donec vixerint, maneant in Eccl. prædicta S. Bartholomæi Collegium Capitulum facientes. & eadem Ecclesia sit Collegiata, ac omne jus collegiatæ Eccl. habeat tam in præsenti quàm in futuro de nostra conscientia præstamus assensum & consensum expressum irrevocabiliter, & irretractabiliter permansurum. In quorum omnium testimonium, ac omnium quorum interest, vel interesse poterit, certitudinem & cautelam præsentes testimoniales litteras fieri fecimus, & sigilli consueti nostræ Archiepiscopalis Curiæ appensione muniri.

Du-

Datum & Actum Beneventi in nostro Archiepiscopali Palatio an. Dom. 1350. die 5 mensis Februarii 3. Indict. pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Clementis Papæ VI an. 8.

Locus † sigilli.

Fato cessisse Stephanum hoc ipso anno 1350. dicunt.





LXXIX. 25 PETRUS Pinus, nobilis Beneventanus, antea Fori Julii in Gallia Episcopus, inde Viterbiensis, mox Veronensis, & Petragoricensis fuit Præsul, ad hanc Beneventanam translatus est Ecclesiam an. 1350. 13. Kal. Decemb. solitum solvit subsidium in lib. Solut. Hic anno 1352. constitutiones edidit saluberrimas servandas in Ecclesia Beneventana, quæ adhuc extant in Biblioth. Beneventana. Eo quoque sedente Innocentius VI. ad favorem Clericorum & Ecclesiæ Beneventanæ sequens jussit scribi diploma, quod ad futuram rei memoriam Nicolaus Episcopus Montis-Marrani ejusdem Petri Vicarius in formam publicam redigi præcepit ann. 1355. Exemplar extat in eadem Biblioth Benevent. num. 101.

In nomine Domini, Amen.

Noverint universi præsens instrumentum publicum inspecturi, quod in præsentia mei Notarii, & testium infrascriptorum coram venerab. in Christo Patre Dom. Nicolao Dei gratia Episc. Montis-Marrani, Reverendi in Christo Patris Domini Petri permissione divina Archiepiscopi Beneventani, Vicario Generali pro Tribunali sedente, & ad infrascripta omnia & singula suum decretum & auctoritatem præstante, & interponente, providus vir Abbas Thomas de Risia Archidiaconus Turtibulea. dicti D. Archiepiscopi procurator, ut dixit, nobis exhibuit, & præsentavit quandam literam Domini Nostri Papæ, ut prima facie apparebat bullatam bulla plumbea pendente in filo canapis more Romanæ Curiæ, non vitiatam, non cancellatam, non in aliqua parte ipsius corporis suspectam, sed omni prorsus vitio & errore carentem. Petens dictus Abbas Archidiaconus procuratorio nomine quo supra à dicto D. Vicario & nobis nostrum super hoc officium implorando, quatenus literam ipsam ad futuram ipsius rei memoriam, & omnium & singulorum, quorum interest, vel interesse poterit in futurum cautelam insinuare, exemplare, authenticare, & in formam publicam redigere deberemus cum suo nomine, quo supra diceret interesse literam ipsam habere totaliter exemplatam, authorizatam, & insinuatam, & in formam publicam redactam, cujus Archidiaconi peractis precibus justis utpote annuentes, literam ipsam vidimus, & inspeximus diligenter, & ipsam ad futuram ipsius memoriam, & dicti procuratoris petitionem, & omnium, quorum interest, vel in futurum poterit interesse cautelam exemplavimus, insinuavimus, authorizavimus, & in præsentem formam publicam, seu præsens publicum instrumentum redegimus, & redigi fecimus per manus mei Notarii infrascripti, decreto, & auctoritate ad hoc interpositis D. Vicarii supradicti Cujus tenor de verbo ad verbum per omnia talis est. Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam memoriam. Ad Apostolicæ Sedis circumspectam providentiam pertinet, sicut illata subjectis pro tempore gravamina tollere, sic opportunæ cautelæ suffragio ante tempus occurrere inferendis, & sic dubiorum nodos, quæ plerumq. malitia, vel crassa ignorantia suscitat, explicare, quod materiam jurgiis amputet, & quietis remedia provideat opportuna. Sanè ad audientiam nostram molesta nobis insinuatio fide digna perduxit, quod nonnulli Nuntii Sedis Apost. ad Regnum Siciliæ, seu Terram citra Farum pro diversis negotiis hactenus destinati, Archiepiscopos, qui fuerunt pro tempore, ac dilectos filios Capitulum Benevent. ac Clerum civitatis, & districtus, seu territorii Beneven solvendum, Nuntiis ipsis procurationes pro redditibus Ecclesiasticis eorundem, quæ in civitate, territorio, seu districtu prædictis obtinebant, indebitè compulerunt, contra non solventes excommunicationis, & alias sententias proferentes, quamquam de civitate, ac territorio, & districtu prædictis literis commissionis eorum nulla mentio haberetur. Cum autem civitas, territorium, & districtus prædicta à Regno, & terra prædictis dudum fuerint separata, illaque sibi dudum Romana Ecclesia, quæ in eisdem Regno, & terra superius dominium obtinet, respectivè demanium reservaverit, & reservet. Nos cupientes super hoc de opportuno remedio providere, auctoritate Apostolica præsentium tenore decernimus, Archiepiscopos, necnon Capitulum, & territorium prædictos ad procurationem aliquam pro quibuscunque proventibus eorum Ecclesiasticis, quæ ipsi in dictis civitate, ac territorio, seu districtu limitato jam, vel imposterum limitando nunc obtinent, vel in posterum obtinebunt, quibuscunque Legatis, vel Nuntiis dictæ Sedis, ad Regnum, seu terram prædictam de cætero. . . . . solvendum vel contribuendum, & illa nisi de civitate ac territorio, seu districtu prædictis literis missionis eorum specialis & expressa mentio habeatur, aliquatenus non teneri, ac decimas, seu pœnas, quas propter hoc extra dictos Archiepiscopum, Capitulum & Clerum perferri contigerit, irritas. . . . & inanes. Necnon civitatem & districtum, seu territorium prædicta interdicen aut Regnum, & terra ipsa quomodolibet, subjecta sane, aut subjiciatur in posterum non subesse, & Archiepiscopum, necnon Capitulum & Clerum prædictos ad observantiam interdicti hujusmodi, & cessus, si quem in Regno & terra prædictis poni contigerit, non arctari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Avenione 6 Id. Febr pontificatus nostri anno tertio Quam quidem literam sic publicatam, insinuatam, & exemplatam extitit per me Notarium infrascriptum D Vicarii supradicti decreto, & auctoritate interposita prout supra. Acta sunt hæc Beneventi an Dom 1355. die 3 mensis Maii, 8. Indict. pontificatus supradicti D. Innocentii divina providentia Papæ VI anno tertio, præsentibus discretis viris Dopno Rabone de Risia, Antonio de Leone de Benevento, Rogerio de sancto Petro de Salcito, Angelo de Fonte Cicco de Monte Marrano, magistro Cicco de Gualterio, Antonio Cardillo de Cupraria habitatoribus Beneventi testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Martinus de Campo de Petra Clericus Beneven. Diœcesis publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Notarius & scriba dicti D. Archiepiscopi Beneventani prædictæ literæ præsentationi una cum supradictis testibus particulariter interfui, & vidi, & ipsam literam ad futuram ipsius memoriam, & dicti Archidiaconi procuratoris procuratorio nomine quo supra petitionem pariter & cautelam exemplavi, authenticavi, insinuavi, & in hanc publicam formam, seu publicum instrumentum redegi de verbo ad verbum, nil de eo minuto, addito vel mutato, nisi forte punctum, literam, vel syllabam obmissam, vel additum per errorem, non tamen quod ipsius substantiam mutet, vel variet intellectum.

Decreto, & auctoritate, & mandato dicti Dom. Vicarii hic me subscripsi, ipsumque instrumentum meo solito signo signavi.

Loco † signi.

Sedit Petrus plus minus annis decem, vitam liquit ann. 1360.

26 Fr. GUILLELMUM quendam Archiepiscopum Beneven. in actis Consistorialibus, seu lib. Provis. Prælatorum defunctum legimus ann. 1363. crediderim electum fuisse post obitum Petri anno 1360. cui successit frater Hugo, qui sequitur, nec LXXX.

quicquam aliud de Guillelmo assequi potuimus; fortassis brevis Pontifex fuit, nec Beneventum vidit, A
vel ad aliam Ecclesiam translatus est.

(„ *Fr. Guillelmus, Lemovicensis, Ordinis Prædicatorum, de quo Fontana in Theatro Domin. hæc Taegii verba exscripsit:* Circa hoc tempus fr. Willelmus de Lemovicis Provinciæ Tolosanæ Doctor Parisinus factus est per D. Papam Lumbaricensis Episcopus in regione Tolosantium, & paulo post ad Beneventanum translatus est: *anno videl.* 1360.)

LXXXI. 27 Fr. HUGO de Bruxeo, Ord. Prædicat. per obitum Guillelmi electus est Archiepiscopus Beneventanus die 28. Martii 1363. ann. pontif. Urbani V. primo. Ita habet citatus liber Provis. Prælatorum ejusdem Pontificis. Eo consentiente per publicum instrumentum statutus est numerus triginta Canonicorum in Metropolitana Ecclesia an. 1364. die 22. mensis Aprilis Indict. 2. Instrumentum roboratur plumbea bulla, ubi legitur Fr. Hugo Archiep. Benevent. Eccl. ibi spectatur effigies ejusdem Ugonis, in altera parte Claves duæ in modum crucis B
inter se cohærentes. Sub eodem Urbano Hugo fato concessit anno 1365.

LXXXII. 28 HUGO Ripti a ex Rectore Ecclesiæ Parochialis S. Petri Rutenensis Diœcesis ad hanc Beneventanam sedem ascendit 13. Kalen. Decemb. 1365. Urban. V. pontif. 4. alteri Hugoni successit, ita in citato lib. Provisionum Prælatorum scriptum inveni. Hic synodum Provincialem auctoritate Gregorii XI. anno 1370. die 17. Aprilis celebravit, in qua novem Episcopi suffraganei intersuerunt, ut idem asserit Vipera. Sed annus Præsulatus Hugonis fortassis ex incuria librarii pro alio veriori appositus est. Eodemque anno cum voluntate Canonicorum Beneventanæ Ecclesiæ, univit, atque perpetuo donavit Bibliothecæ Beneventanæ Parochialem Ecclesiam S. Mariæ ad Catsangianum Montis-Fusculi; pro qua re sequens diploma cudi jussit, quod habetur in eadem Biblioth. nu. 16.

a Hugo Guidardi.

Hugo Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Beneventanus, ad æternam rei memoriam. C

Universis præsentis publici instrumenti seriem inspecturis salutem in Domino sempiternam.

Exsunt digno concedenda favore, quæ justitiam sapiunt, & ex causa licita postulantur, juxta quod testatur Gregorius; Petentium desideria, si nihil est, quod petentem impediat, impleantur. Sane dilectus in Christo filius Dominus Johannes Panaccionus Canonista, Bibliothecarius nostræ majoris Ecclesiæ Beneventanæ, nosterque in spiritualibus Vicarius Generalis sua nobis humili supplicatione monstravit, quod fructus, redditus, & proventus Bibliothecæ dictæ nostræ Ecclesiæ erant adeo modici, tenues, & exiles, quod ex ipsis onera pro tempore incumbentia ipse, ac Bibliotheca prædicta non poterant commode supportare, propter quod ut ad unionem infrascriptam procedere dignaremur, benigno sibi compatientes affectu nobis exactione humili supplicavit. Nos igitur D
Hugo Archiepiscopus supradictus, habita informatione plenaria de paupertate dictæ Bibliothecæ, ac exilitate fructuum, jurium, & redditum ejus, præcedenteq; tractatu, & deliberatione plenaria super his inter nos, & ven. vir. D. Iohannem de S. Maximo Archidiaconum Beneventanum, Abb. Ægidiũ Archipresb. Abb. Iohannem de Tura Primicerium majorem, Abb. Iohannem Elenei Primicerium minorem secundum Bibliothecarium, Abb. Iulianum, Abb. Dominicum, Abbatem Paulum, Abbatem Antonium, Abbatem Ursillum, Abbatem Johannem de Montella, Abbatem Iohannem de Vulturaria, Abbatem Petrinum, Dominum Michaelem, Abbatem Nicolaum Facontum, Abbatem Melottam, Abbatem Iohannem Pipinum, Abbatem Nicolaum de Ebulo, Abbatem Nicolaum Viti, Abbatem Hermolaum, & Abbatem Petrillum de Almanis Canonicos nostræ majoris Beneventanæ Ecclesiæ, ad sonum campanæ, quæ Scairana vulgariter nuncupatur, in Capitulo ejusdem nostræ Ecclesiæ more, & loco solitis congregatos facientes totum Capitulum, seu majorem, & saniorem partem dictæ Ecclesiæ nostræ Beneventanæ, Volentes ipsius Bibliothecæ inopiam relevare, ac contemplatione ipsius Dom. Joannis Panaccioni cum voluntate, auctoritate, & consensu prædictorum Canonicorum, & Capituli supradicti expresse consentientium nostra bona, pura, mera, spontanea, & gratuita voluntate, habito super hoc tractatu, & deliberatione solempni, præmissis ex causis prædictis, & aliis moventibus animum nostrum unimus, annectimus, applicamus, damus & perpetuo concedimus, atque donamus irrevocabiliter omni via, jure, causa, & modo, quibus melius de jure possumus, & valemus dictæ Bibliothecæ nostræ majoris Beneventanæ Ecclesiæ, Parochialem Ecclesiam sanctæ Mariæ ad Carsanginum pertinentiarum Montis-Fusculi nostræ Beneventanæ Diœc. vacantem ad præsens per liberam, & spontaneam renunciationem de ipsa factam extrema die in nostris manibus, & per nos pariter acceptatam per providum virum Dompnum Angelum de Butticella Presbyterum majoris Ecclesiæ S. Bartholomæi de Benevento procuratorem providi viri Dompni Andreæ magistri Roberti, ultimi, & immediati Rectoris ipsius Eccl. S. Mariæ ad ipsam renunciationem fiendam specialem potestatem habentem, prout nobis tunc constitit evidenter, ac Parochialem Ecclesiam Sancti Michaelis de Porta rectoris de Benevento, cujus Rector ad præsens existit Dompnus Johannes Marzacella cum ipsarum Ecclesiarum juribus, fructibus, redditibus & proventibus, & obventionibus universis, ita tamen quod Bibliothecarius, qui fuerit pro tempore in dicta nostra Beneventana Ecclesia onera consueta in dicta nostra Eccl. subire teneatur, juxta morem & consuetudinem ab aliis Bibliothecariis dict. Ecclesiæ nostræ hactenus observatum. Investientes per nostrum annulum præfatum Bibliothecarium præsentem, & acceptantem de ipsis Ecclesiis quantum de jure possumus nomine, & pro parte Bibliothecæ prædictæ. Concedentes sibi, quod nomine & pro parte dictæ Biblioth. per se, vel alium possit recipere possessionem, & tenutam dictæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ pariter & tenere, ac fructuum, jurium, & redditum ipsius. Vivente autem & existente Rectore præfato Dompno Ioanne dictæ Ecclesiæ sancti Michaelis, nullam eidem per dictum Bibliothecarium super ipsa Ecclesia juribus, & redditibus ejus molestiam inferri volumus. Cum autem ipsam Ecclesiam S. Michaelis quovis modo vacare contigerit, ex nunc, prout ex tunc Bibliothecario Beneventano, qui tunc pro tempore fuerit, tenore præsentium plenariam concedimus potestatem auctoritate propria capiendi & retinendi possessionem, & tenutam ipsius Ecclesiæ sancti Michaelis, jurium, redditum, & possessionum ejusdem. Mandantes omnibus, & singulis laboratoribus, colonis, censuariis, & debitoribus Ecclesiarum ipsarum sanctæ Mariæ, & S. Michaelis, ut eidem Bibliothecæ respondeant integraliter de fructibus earundem quantum de jure erit. Promittentes nos Hugo Archiepiscopus supradictus cum consensu, & voluntate quorum supra, præfato Dom. Iohanni Bibliothecario præsenti, & præmissa ac omnia infrascripta stipulanti pro se, ac nomine, & pro parte ipsius Bibliothecæ prædictam unionem, annexionem, applicationem, dationem, perpetuamq; concessionem, atque donationem, ut præmittitur, factas, ratas ac gratas, acceptas, & firmas omni tempore, & inviolabiliter observare, & contra eas, vel aliquam earundem non facere, vel venire, nos, & successores nostros ad id specialiter obligantes. Unde ad futuram memoriam, & dictæ Bibliothecæ, ac omnium, quorum interest, vel interesse poterit in futurum certitudinẽ & cautelã præsens instrum. ntũ nostro Põtificali sigillo munitum scribi, & fieri fecimus per infrascriptum Notarium publicum per nos, & dictum Bibliothecarium requisitum. Acta fuerunt hæc Beneventi intus Eccl. Cathedralem Beneventanam in loco ubi Capitulum celebrari consuevit, anno ã Nativitate Domini millesimo tricentesimo septuagesimo primo,

die vicesimo tertio mensis Octobris, decimæ Indictionis, pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Gregorii divina providentia Papæ XI. anno primo, coram discretis viris Dompno Richardo de Modesto, Dompno Angelo de Busticella, Dompno Martino de Monte-Fluscio, Dompno Leonardo Galiete, Petrillo de Hebratio Clericis, civibus, & habitatoribus Beneventanis testibus ad præmissa vocatis pariter, & rogatis.

Et me bimerico de Bisbalis Clerico Butherien. diæc. publico Apostolica auctoritate Notario, ac scriba Actorum Curiæ Archiepiscopalis Beneventanæ, qui præmissis unioni, donationi, annexioni, concessioni, dationi Ecclesiarum ipsarum, Archidiaconi, & Canonicorum ipsorum consensui, assensui, & voluntati in præmissis præstitis investituræ, concessioni, acceptationi, stipulationi, ac omnibus & singulis supradictis, & quibuslibet eorundem actuum præmissorum, dum agerentur, fierent, & celebrarentur, ut supra per præfatos Dominum Archiepiscopum, Canonicos & Bibliothecarium præfatum una cum supradictis testibus præsens interfui rogatus, & requisitus, eaque notavi, & in publicam formam redegi, publicavi & scripsi propria manu una cum appensione Pontificalis sigilli Domini Archiepiscopi supradicti, meoque signo consueto signavi. In fidem &c.

Loco † signi.

Loco † sigilli.

Anno vero 1373. die 6. Julii Indict. 11. inquit Vipera, *Archiepiscopus noster Hugo perpetuo univit Primicerato majori Ecclesiæ Beneventanæ Parochiarum Ecclesiam S. Petri per bullas suas sub Datum Beneventi existentes in Bibliotheca Beneventana in registro Bullarum pag. 92. Anno 1378. Urban. VI. univit Collegiatæ Ecclesiæ sancti Bartholomæi Apostoli nonnullas Ecclesias, ut per suas bullas unionis, quæ in Archivio ejusdem Ecclesiæ servantur: & de eodem Archiepiscopo habetur memoria in Bibliotheca Beneventana in fasciculo Bullarum 2. num. 106. lit. L. Qui Archiepiscopus dedit Canonicis suæ Cathedralis habitum hyemalem, qui vulgo dicebatur* lo Scappezzone, *eratque nigri coloris cum magno caputio, & longa cauda, & supra illum patientiam lineam albi coloris vulgariter dictam* lo Sericotto, *quo habituosi sunt Canonici, usq; ad annum 1607. Præsulatus Cardinalis Arigonii felicis memoriæ. Eodem supradicto anno 1379. sunt literæ ejusdem Urbani ad Reginam Joannam, cui præcipit, & mandat, ut distinctionem confinium civitatis, & Comitatus Beneventi per Clementem Papam VI. factam executioni debitæ demandari faciat. Sub datum Avenioni 3. Id. Maii pontificatus sui anno primo, quarum copia penes eundem Fabritium servatur.* Sed erratum in nomine Urbani VI. qui nunquam Avenionem vidit, melius dixisset Vipera, Clementis VII. Pseudo-Pontificis, qui Avenioni Curiam tenebat ab hoc anno ad mortem usque. Demum habet Vipera; *Anno 1383. obiit Archiepiscopus noster Hugo; ut ex Bibliotheca Beneventana in Regestis Bullarum pag. 61.* Hic porro Hugo Urbani VI. partes secutus, à quibusdam Beneventanis civibus captus, traditusque in potestatem Ioannæ Primæ Reginæ Pseudo-Pontificis Clementis partes sectante, carceres, & exilium aliquando sustinuit, ut in processu jussu ejusdem Urbani contra fautores Clementis facto legitur. Tandem suæ Ecclesiæ restitutus Carolo III. Rege, ibidem diem suum clausit extremum.

LXXXIV. 29 FRANCISCUS, ut mihi videtur, natione Gallus, in civili, canonicove jure doctissimus, successit Hugoni ad hanc dignitatem vocatus ab Urbano VI. anno 1383. (1) nec multo post ab eodem Pontifice ad Ecclesiam Burdegalensem in Gallia translatus est 7. Kal. Sept. ejusdem anni. Ibidem finem vitæ fecit circa annum 1389 successoremq; habuit in Burdegalensi Ecclesia Franciscum Huguccionum, natione Italum, patria Urbinatem, Episcopum Faventinum, qui ab Innocentio VII. absens in Aquitania pascendo gregi suo intentus Purpuræ honorem promeruit renunciatus Cardinalis tituli sanctorum Quatuor Coronatorum 1405. pridie Idus Iunii, quamobrem Franciscus Huguccionus, vel Aguzonus Card. nunquam Beneventanus fuit Archiepiscopus, ut aliquando decepti à Mario Vipera scripsimus in serie Faventinorum Præsulum tom. 2. pag. 524. num. 39. quæ corrigenda est. De Francisco autem, qui fuit Beneventanus Archipræsul, deinde evasit Burdegalensis, ut diximus, vide notitiam utriusque Vasconiæ, ac doctissimos gemellos fratres Sammarthanos tom. 1. Galliæ Christianæ.

(„ Hic Ughellus, cui consentit Sarnellius, Fran-
„ ciscum nescio quem Beneventanum Archiepisco-
„ pum statuit, rejiciendo ex hac serie Franciscum
„ Uguccionum, nuncupatum deinde Cardinalem
„ Burdegalensem Episcopum antea Faventinum,
„ quem in Faventinorum serie ex ea sede ad hanc
„ Beneventanam translatum dixerat, doctus à Vi-
„ pera, à quo se deceptum protestatur, in aliam
„ sententiam adductus a Sammarthanis, qui in Gal-
„ lia Christiana tom. 1. in serie Burdigalensium n.
„ 51. Raymundum enumerant, & n. 52. Franciscum
„ ex Archiepiscopo Beneventano ejus successorem ef-
„ fingunt transferente Urbano VI. circa an. 1384. 7.
„ Kal. Septemb. & huic subrogatum postea pronun-
„ tiant n. 53. Franciscum II. Uguccionum an. 1389.
„ Nos hic opinamur Marium de Vipera ritè dixisse
„ Franciscum Uguccionum illum fuisse Beneventa-
„ num Archiepiscopum, qui antea pastoritiam gesse-
„ rat Faventinam, & Sammarthanos vice unius
„ Francisci Uguccioni alterum apposuisse patriæ, &
„ stirpis incognitæ Franciscum, legalis doctrinæ
„ eminentiam ipsi attribuendo, quæ quidem summi
„ splendoris erat hujus nostri Francisci, eique gra-
„ dum fecerat ad maxima quæque munera pro re
„ universalis Ecclesiæ explenda, & tandem ad Se-
„ natoriam Vaticanam togam, ut in Faventinis,
„ enarrat Ughellus, & Ciaconianum opus testatur
„ mihi t. 2. novissimæ impressionis fol. adeoq. 726. prior
„ Franciscus tanquam commentitius explodendus
„ est in serie Sammarthana Burdigalensium Antisti-
„ tum, & locus ille unicè implendus ab altero ibi
„ enumerato Francisco, qui ipse de Uguccionis est.
„ Fateor sacrarum sedium eam esse confusionem in
„ his Episcopis suo loco disponendis, ut in errorum
„ scopulos facillimè quis impingat calamum. In Fa-
„ ventinis apud Ughellum Franciscus de Uguzzonis
„ translatus ad Beneventanam asseritur an. 1384.
„ mense Julio. In Beneventanis ab eodem expungi-
„ tur hic Franciscus, & alius jam prænotatus vice
„ ejus substituitur an. 1383. & ad Burdegalensem
„ translatus refertur 7. Kal. Septemb. ejusdem an-
„ ni, & huic mox suffectus edicitur Nicolaus Zana-
„ sius an. 1384. è Brixiensi cathedra huc translatus:
„ & in Brixiensibus id contigisse ab eodem Ughello
„ enarratur an. 1382. En quot involucris obtenditur
„ in annorum computatione, & quasi crebris mæan-
„ dris undequaque interrumpitur via ad historicam
„ veritatem detegendam, unus tamen quasi Ariad-
„ neus filus fortasse dabit aliquam de his veri con-
„ jecturam. Elegerat Urbanus VI. an. 1381. in E-
„ piscopum Placentinum Insubriæ Fr. Andream de
„ de Serazonis Mediolanensem Ord. Eremit. S. Au-
„ gustini. Joannes Galeatius Vicecomes, Vicarius
„ Imperialis in iis partibus, Ecclesiæ perduellis, &
„ potestate succinctus tyrannica, ex adverso contra
„ dispositionem Urbani Pontificis omnes vires intén-
„ dit, ne unquam fores aperirentur Andreæ ad sui
„ gregis curam properanti. Alius enim à Clericali
„ Placentino senatu ipso mandante perperam electus
„ fuerat, nuncupatus Fr. Galielmus de Centueriis
„ Ord. Prædic. vir satis celebris, & huic à Pontifice
„ Placentinæ Eccl. jura exhiberi percupiebat Viceco-
„ mes. Demum iteratis precibus cū animū Urbani veri

(1) Hic Franciscus electus fuit Beneventanus Archiepiscopus anno solum 1384. immediate post translationem Zanasii; siquidem in Bullario, quod in Metropolitana Bibliotheca servatur lib. 1. n. 69. collatio quædam extat facta à Vicario generali ejusdem Archiepiscopi Francisci mense Augusto ipsius anni 1384. quo anno, & non antea idem Archiepiscopus ad Ecclesiam Burdigalensem in Gallia translatus fuit. In dyptico hic Franciscus Zanasio postponendus est.

Pontificis pulsaret, translato ad Brixiensem Cathedram Andrea, Gulielmo ad votum Vicecomitis Placentinæ infulæ delatus est honor; & id præter omnem controversiam contigit die 14. Januarii exordientis anni 1383. ut liquidò constat ex Campi in hist. Eccles. Placent. Igitur si Andreas ad Brixiensem evaserat circa principium anni 1383. vacua jam erat suo pastore Nicolao Zanasio illa sedes, è Brixiensi ad hanc Beneventanam translato eodem anno 1383. ineunte, quo obiisse decessorem Archiepiscopum Ugonem asserit Vipera apud Ughellum ex regestis Bullarum Beneventanæ Bibliothecæ n. 61. Non diu tamen hanc Cathedram tenuit Zanasius ad Neapolitanum thronum adductus anno 1384. nondum adulto. Abeunti vero Nicolao successor datus est Franciscus è Faventina sede desumptus mense Julio ejusdem anni 1384. ut testatur in Faventinis idemmet Ughellus, qui modico post tempore ad Burdigalensis regimen abiit ovilis. Præposterè igitur Ughellus à Sammarthanis deceptus, hoc duos Beneventanos Archipræsules recenset, Franciscum, & Nicolaum illi præponendum. Quisnam vero fuerit Franciscus iste, nobis non est animus Sammarthanis plus, quàm Viperæ assentiri. Hic enim nobilissimus Beneventanus Patritius, Scriptor rerum suæ patriæ, & Ecclesiæ, cujus primam post Pontificalem gerebat dignitatem, haud inscitiæ facile est inculpandus, nisi magis verisimiles conjecturæ, & certiora monimenta proferantur, quæ mentem in contrariam sententiam inclinent. Sammarthani dum proloquuntur de priori Francisco, nil proferunt auctoritatis, ut suadeant alium esse à Francisco Uguccione, quem Faventinum antea Antistitem, & inde Beneventanum pronunciavit Vipera. Hoc idem docent Faventinæ Ecclesiæ tabulæ, quas perscrutatus eruditæ memoriæ Cæsar Tondutius in historia, quam accuratissimè retexuit civitatis Faventiæ, ediditque in folio an. 1675. de Francisco Ugucciono ad an. 1383. inquit ab Episcopatu Faventino prosiluisse ad Archiepiscopatum Beneventanum Urbano VI. ita disponente: & concordant litteræ ejusdem Pontificis ad Capitulum, & Canonicos Faventinæ Ecclesiæ, quarum tenore tunc temporis ea sedes immediatè subjecta Romano Pontifici enunciatur, eodemque tempore in locum Uguccioni Angelus de Ricasolis dimissa Florentina pastorali cura ad Faventinam transfertur.

Sed jam nunc studium convertamus ad œconomiam Burdigalensis Sedis, & quænam inibi fuerit per ea tempora Antistitum successio, inquiramus. Joannes Chenu Chronologicam historiam digessit Archiepiscoporum, & Episcoporum Galliæ, ediditque Parisiis an. 1620. Hic in serie Burdigalensium post plures ibi Præsules enumeratos prosequitur. Henricus 1365 Elias II. 1372. Urbanus 1382. Deinde interpunctationis . . . . . . lineam ducit, & subsequitur. Franciscus S. R. E. Cardinalis ab Innocentio VII. David de Monte Ferrando 1416. &c. Et ex Chronico Burdigalensium rerum à Gabriele Lurbæo Parisiis edito an. 1590. in 4. Urbanum Archiepiscopum Burdegalensem memorat an. 1382. progressusque ad an. 1387. nulla facta mentione defectionis Urbani, sive successionis alterius immediate inquit; Archiepiscopus Burdigalensis detentus ab Aragoniis in civitate Barcinonensi liberatur à custodia per androlepsiam opera Ducis Lanclastriæ, cujus legatione apud Regem Aragoniæ fungebatur. Eodem anno pugnatum refert Burdigalis singulari certamine pro Gallorum & Angliæ regum compescendis bellis. Anno 1389. iterum Burdigalis coram Duce Lanclastriæ singulari pariter certamine dimicatum fuisse inquit inter quinque equites Gallos, & quinque Anglos in platea proxima Ecclesiæ Metropolitanæ. Deinde scribit Richardi (Regis videlicet Angliæ) rescripto permissum fuisse Clericis Burdigalensibus libere, & sine tributo vendere particulatim vina ex vineis propriis, aut redditu Sacerdotiorum collecta: subinde nude, & absolute pronunciat. Franciscus Archiepiscopus Burdigalensis. Cum pergit ad an. 1405. commemorat promotionem ad Cardinalatum Francisci Archiepiscopi, ejusque legationem ad Reges Franciæ, & Angliæ pro collegio Cardinalium contra Gregorium XII. & subjungit, quod cum premerentur undique Burdigalenses à Francis, & de defectione esset periculum, omnes proceres, & Provinciæ Magnates à Seneschallo Burdigalensi vocatos, præeunte Cardinale, in Ecclesia Metropolitana in verba Principis Angli jurasse, & omnes, quorum fides suspecta erat, etiamsi Monachos, & Clericos, ablegatos fuisse. Postea nulla facta mentione recessus, sive obitus Francisci, qui contigit Florentiæ an. 1412. ad an. 1415. recitat electionem Fr. Jacobi de Eubio Toletani, cognomento Magni Ord. Augustiniani, qui dignitatem repudiavit &c. mox substitutus indicatur David de Monte Ferrando &c. Hinc status Ecclesiæ Burdigalensis, & Præsulum per ea tempora continuatio, quorum nec tempus in eum sedem ingressus, nec inde recessus semper indicatur, sed tantum eorum nomina describuntur ex facto, vel documenti alicujus contingentia. Nec in his post Urbanum apud præfatos Scriptores alius se offert, quam Franciscus Uguccionus, qui unus, biceps evasit apud Sammarthanos, & qui prior præsumitur, decora præclari jurisconsulti veri Francisci Uguccioni sibi vindicat, quem denique existimat natione Gallum Ughellus; quod absit eo tempestate à Burdigalensium regimine, quibus tunc temporis ad necem erat usque Gallicana gens infensissima Angliæ regi, cui fidelissimè inter bellicos tumultus obsequebatur Burdigalensis Provincia. Ab hoc ipso refugisset Pontifex Urbanus VI. in ea schismatis perversitate, cum sibi obsequentes meditabatur Anglos, Pseudopontificis fautores Gallos, aliasque plures regiones. Quod igitur si non hominem Italum, doctum, suique tutorem adivisset Burdigalensis tunc tantæ molis cathedræ? Veterum vestigia prosecutos fuisse Burdigalenses, ita ut à Gallis discriminarentur, nec ejus gentis denominatione comprehendi voluisse etiam advenientes Francorum Imperio docet Antonius Dadinus lib. 4. rerum Aquitanicarum, & maximè temporibus his, tum immaniter pugnatum est inter Angliæ, & Galliæ Reges. Arnaldus Oihenartus, qui congessit notitiam utriusque Vasconiæ, Burdigalam inter ejus regionis limites perstringit, & Burdigalensium Pontificum exhibet Catalogum, cujus circa hæc tempora hic tenor est; Raymundus præfuit ab an. 1380. usque ad an. 1384. quo obiit, ut pleraque Ecclesiæ S. Andreæ monumenta testantur; itaut Urbano, quem ad 1381. in numero horum Pontificum ponit Lurbæus, hic locus non sit. Franciscus Archiepiscopus Beneventanus ad Burdigalensem Pontificatum translatus ab Urbano VI. 7 Kal Septemb. Pont an 7. Franciscus Uguccionius Urbinas 1389. 1397. & 1401. Ab Innocentio VII. Cardinalis tit. SS. Quatuor Coronatorum creatur 1405. Sequitur deinde; Joannes Monteferrandus an 1408 &c Et hic non alio præsumitur jure subrogatus, quam quod Burdigalensis vacasset sedes ex sententia lata à Gregorio XII. contra decessorem Franciscum, cum eum Cardinalatus honore, Episcopatu, omnibusque Ecclesiasticis beneficiis, dignitatibus, juribusque spoliavit: Æquo, vel iniquo decreto nostri non est hic libramentis; commonent alii apud Odericum Raynaldum ad an. 1408. & sequentes. Constat sane Uguccionum hunc vero zelo decorasse Ecclesiæ jura, sedisse inter Patres electores Alexandri V. & deinde succedentis Joannis XXII. dicti XXIII. in cujus legitimo obsequio vivit.

Præfati Burdigalensium rerum Scriptores simul à cordato viro si conferantur, quantum invicem

adversentur in Antistitum ejus Ecclesiæ statuenda successione, facile erit judicare. Sammarthani proximè recitatum Oibenartum præ cæteris nornat. Et nihil indr habetur, quod nostrum magis pulset animum pro alique statuendo ab Uguccionio diverso Francisco: nec alius ille est, qui Burdigalensis asseritur Archiepiscopus ab Aragonits detentus, quam præfatus Uguccionius: vir in agendis, extricandisque negociis acumine, & dexteritate pollens; jam primum ab Urbano VI adhibitus apud regem Castellæ contra Schismaticorum dolos, ut differit Raynaldus ad an. 1380. & quæ ulterius peregerit, enarrantur an. 1382. & ibi deprehenditur, quantum fuerit pergratus Duci Lanclastriæ, sive Leycrstriæ, cujus etiam legatione fungebatur jam factus Archiepiscopus Burdigalensis, cum detentus fuit ab Aragonits. Fuerat eorum Dux ab Vrbano Papa sollicitatus ad arma, etiam indicto bello sacro, & ad capessenda sibi regna Castellæ, & Legionis. Quo commodius Pontifex uteretur Vguccionio, eum aptaverat Burdigalensi in ils partibus Primatialis sedi. Ibi ille Leycestriæ Duci maxime charus, & Angliæ Regi Vrbani fautori optime visus. Antequam Cardineo decoraretur gradu, Apostolica etiam functus est legatione in Hispaniam nomine Bonifacii IX. ut ex eodem Raynaldo an. 1391.

Nec nobis satis probatur successio descripta ab Oibenarto, & ex eo à Sammarthanis Joannis Monteferrandi in locum deturbati Uguccioni à Gregorio XII, an. 1408. Hic enim Pontifex fremens contra sex Cardinales, qui ab eo secesserant, tanquam violati de abdicatione voluntaria pro pace Ecclesiæ sacramenti reo, contorsit in ipsos abdicationis sententiam è gradu Cardinolatus, omnique honore, & beneficio Ecclesiastico, quos cum ad se revocare cuperet ex reservatione Apostolica, pollicitus est veniam, & quod omnia in statum pristinum plenissimam reintegrationem, & munera amplissima per suas literas, sub dat. Lucæ 4. Idus Julii an. 1408. statuto termino totius præfati decurrentis mensis: & ibi memoratur eorum abdicationem jam primo evenisse præterito mense Majo. Sed hi spreto Gregorii judicio tanquam injusto perstitere in suo recessu, quibus & alii magni nominis Cardinales adhæserunt. Non cum tres menses in urbe Senarum substitisset Gregorius, Ariminum venit, ubi ejusdem anni 1408. die 24. Decembris confecta sibi judicialia acta contra desertores innovavit, & præcipuè contra Franciscum Uguccionium, qui cæterorum nomine abierat ad Reges Angliæ, & Galliæ, quibus acceptissimus erat, & ad id singulariter delectus ut eorum auctoritate pro Ecclesiæ unione compelleretur Pontifex Gregorius ad juramenti observantiam. Et hanc denuo sententiam, quæ pariter cum juris termino lata fuerat, sprevere Cardinales; qua rei in illos definitive Gregorius pronunciavit Arimini 19. Kal. Febr. 1409. sed inani effectu, cum in ea rerum caligine secundum Ecclesiæ communem sensum nec repulsam, nec abdicationem ullam sint passi; quinimo protinus coadunato Pisis Concilio adfuerunt, & hos inter ipse Franciscus, & ex iis proxime delecti fuere summi Pontifices, videl. Petrus Philargus Alexander V. acclamatus, Balthassar Cossa sub nomine Joannis XXII. alias XXIII & Odo Columna dictus Martinus V. Quid igitur subrogatus describitur Joannes Monteferrandus an. 1408. in sede Burdegalensi, cum adhuc usque ad exordium anni 1409. Gregorius Papa sibi reservasse omnia eorum jura comperiatur ad eorumdem plenissimam reintegrationem, si ipsi denuo accederent? Nec pariter assentimur scribenti de Uguccionio in postremo Ciaconiano opere, quod privatus Cathedra Burdigalensi cum esset, Collectores proventuum Cameræ Apostolicæ in Aquitania ejusdem Gregorii jussu cunctos ipsius Cardinalis redditus Burdigalis interverterint. Tenuit quippe hanc Cathedram usque ad obitum Uguccionius, qui contigit Florentiæ an. 1412. mense Augusto: & si Joannes de Monte Ferrando supplendus est in Burdigalensium serie, is ille sit, qui hiatum impleat ab eo anno 1412. usque ad an. 1415. cujus temporis interstitio nullus inseritur Antistes sacrorum ab antiquioribus Burdigalensium rerum scriptoribus.

Atque hæc summa est nostri hujus ratiocinii, pro quo præfari oportuit ex temporum qualitate, & auctoritate scriptorum; nil esse, quod alterum Franciscum obscurissimæ notæ statuamus in Burdigalensium dipsycis ab eo diversum, qui Uguccionius est ex Faventina Cathedra ad Beneventanam assumptus, & nondum elapso anno Beneventani regiminis Burdigalensibus attributus. Lucentius.)

30 NICOLAUS Zanasius, Cremonensis a, olim Episcopus Brixiensis, ab Vrbano VI. renunciatus est Archiepiscopus Beneventanus ann. 1384. (1) hoc quippe anno 15. Kal. Februarii in lib. de diversis formis pag. 298. sub eodem Pontifice memoratur electus Beneventanus. Sequenti anno translatus est ad Neapolitanam Ecclesiam. Obiit in patria anno 1387. ut alibi diximus, de quo unica tantum habetur mentio in Monumentis Beneventani tabularii, cujus etiam meminit Jo. Antonius Summonte in Hist. Regni Neapol lib. 4. Vide quæ de ipso narravimus in Archiepiscopis Neapolitanis tom. 6. & in Brixiensibus Episcopis tom. 5. in quibus in annorum computatione sodium, vel irrepsit error, vel confusio ex auctoribus, qui de eo scripserunt, comparata fide, quod lectori meo, ut vel semel dixi, monitum velim, si in istis aliquando infelicissimis schismatis temporibus titubet nostra narratio. LXXXIII.

a De eo Arisius in Cremona literata t. 1. p. 187. & Campius in hist. Cremon. p. 101. Mondsf.

31 DONATUS de Aquino, filius Nicolai Principis Grottæ, aliorumque Castrorum Toparchæ, & Catharinæ de Caberio filiæ Roberti Comitis ex Scibilgarita Philamarina natus, non minus ingenii, quam sanguinis claritate illustris evasit Archiepiscopus Beneventanus anno 1385. Præsul sanè mentis, atque virtutum, morumque præstantia cum primis illis antecessoribus conferendus, qui sanctè hunc rexerunt Ecclesiam. Ejus clara mentio habetur in monumentis Bibliothecæ Beneventanæ ab eo anno usque ad 1416. qui ultimus vitæ suæ fuit. Sub Bonifacio IX. Spoliorum collector fuit anno Pontif. ejusdem primo. Hic anno 1406. constitutiones olim conditas ab Archiepiscopo Hugone publicari fecit, aliasque addidit saluberrimas; LXXXV.

in

(1) Anno 1385 videtur ad hanc Ecclesiam translatus Zanasius vacantem per obitum Hugonis. Illud certum est Zanasium Neapolitanam jam remississe mense Julio 1384. quo eruimus monumento, ut clare Chioccarellus de Episcopis Neapol. p. 247. habetur in actis Neapolitanorum Regum, nempe in Regesto Reginæ Margaritæ, ubi in diplomate sub datum 19. Julii 1384 indict. VII. legitur: Rev. in Christo Pater D. Nicolaus Archiepiscopus Neapolitanus, SS. D. Vrbani VI. Papæ Delegatus in quadam causa ac pro ... Francisco ...

in calce libelli earundem ita legitur. *De mandato Reverendiss. D. Donati de Aquino Archiepiscopi Beneventani cum beneplacito, & consensu Canonicorum majoris Ecclesiæ Beneventanæ de mense Maii lectæ & publicatæ fuerunt supra scriptæ constitutiones anno Domini* 1406. Ad ipsum Donatum & Capitulum Beneventanum scripsit Rex Ladislaus anno 1414. petens ab eis vel brachium S. Bartholomæi Apostoli, vel partem aliquam corporis ejusdem Sancti, dono dandam Carolo de Malatesta Ariminensi Dynastæ. Litteræ ita fuerunt scriptæ.

Reverendo in Christo Patri Archiepiscopo Beneven. majoris Ecclesiæ, ac Capitulo, Consiliario, & devotis fidelibus nostris dilectis. Ladislaus Rex Hungariæ, Jerusalem, & Siciliæ. Reverende in Christo Pater Consiliarie, & Venerabiles viri Oratores, & fideles nostri dilecti.

Cum Magnificus Carolus de Malatesta præcipuus noster amicus carissimus, vir justus & integer ad B. Bartholomæum Apostolum magnum gerens singularis devotionis affectum, aliquid B. illius corporis reliquiarum habere, & honorare fideli intentione desideret. Cumque gloriosi illius Apostoli sanctum ipsum corpus in ipsa Beneventana servetur Ecclesia, ideo & sæpe Majestatem nostram pleno animo & desiderio, ut hujusmodi aliquid illius B. corporis reliquiarum suæ ardentis devotionis sibi ipsi donare facere mus, & pro eo habendo paternitatem & devotionem vestram in qua confidimus, requirere clementius dignaremur. Nos igitur attendentes integram amicitiam, qua eidem Carolo sumus astricti, ob quam amicitiam ipsa lege in conferendis obsequiis mutuo debemus amicitiæ, & ipsius Domini justitiæ, ac pietatis merito, animadvertentes esse congruum, & justum, ac benignum, ut tanto talique amico piæ & singularis devotionis desiderio satisfiat, necnon considerantes nostræ mentis consultatione matura hujusmodi sanctis reliquiis honestissima, ut prædicitur, causa absumi, nullum fore diminutionis, pietatis, ac fidei, & sinceræ devotionis incrementum, pro quo decet Principem qui regit alios obnixius operari, necnon & aliis honestissimis causis mentem digne moventibus, Paternitatem, devotionem, & fidelitatem vestram requirimus, & hortamur, quatenus tam ex prælibatis rationibus, aliisq; multis, tum nostri intuitu eidem Carolo amico nostro ex illo corpore aliquid modicum, seu quod Reverendus in Christo Pater Episcopus Firmanus confessor noster dixerit, quem ob paternitatem & devotionem vestram, una cum Carolo Ludovici de Logis Ambasciatore dicti Caroli dilecto præsenti aliter destinamus, velitis ad honorem & fidelitatem sacrosanctæ Christianæ Religionis, ipsiusque Bartholomæi promptius condonare, & benignius impartiri, quod erit ad nostram complacentiam singularem. . . . Dominus Carolus . . . . & potens reliquias ipsas digno honore recipiet & servabit, illiusque tabernaculum, & sale altare, & holocausta, & devotionis vestræ meritum, laus, honorque fuerit. Nobis verò justè ac piè opere exoluto ipsiusque Caroli, sacris visis reliquiis, fides, & devotio in melius effervescent. Super quibus omnibus, eisdem Episcopo, & Carolo Ludovici præbete fidem.

Datum in Castro novo Neapolis sub parvo nostro sigillo die 6. Februarii 7 Indictionis, anno Domini 1414. Ladislaus Rex manu propria.

Verum incompertum est an reliquiæ istæ Divi Bartholomæi ab Archiepiscopo traditæ fuerint, cum paulo post Ladislaus vita functus sit, cui successit Joanna II. quæ Beneventum vi occupavit, atque privilegia & exemptiones per Ladislaum fratrem, aliosque Reges concessas confirmavit, atque inter cætera addidit, ut cives Beneventani, pro quibuscumque causis, etiam appellationum extra civitatem trahi non possint, sed cognosci debere per officiales ejus, & Archiepiscopum, ut in privilegio ejusdem plenius continetur. Datum Neapoli die 6. Octobris 1414. Regnorum ejus anno primo.

Anno 1418. Donatus ad favorem Canonicorum Ecclesiæ suæ Beneventanæ perpetuo univit Ecclesiam S. Marcelli de Collinis, ut melius ac decentius Canonici vitam traducere possent, pro qua re sequens scripsit documentum; ipsum authographum vidimus è Bibliot. nobis transmissum, & exscribi fecimus; signatum est n. 117. fasciculi M.

Donatus miseratione divina Archiepiscopus Beneven. Ad perpetuam rei memoriam.

Ad ea quæ utilitatem & commodum Majoris Beneven. Ecclesiæ sponsæ nostræ, & Canonicorum, aliarumque personarum, quæ ibidem crebrò virtutum Domino sedulum exhibent famulatum, divinique cultus augmentum respiciunt libenter intendimus, paternoque eis affectu favorem benevolum impartimur. Sane sicut experientia rerum magistra sæpe didicimus fructus, redditus & proventus Ecclesiæ nostræ Beneventanæ temporum qualitate usq; adeo sunt effecti tenues exilesque, quod quotidianæ distributiones ejusdem Ecclesiæ longe minus solito Canonicis personis hujusmodi afferre commodum comprobant. Itaque Canonici & personæ hujusmodi juxta ipsius Ecclesiæ exigentiam dignitatis distributiones à multis retro temporibus solitas non percipiunt quoquo modo. Nos igitur provide attendentes, quod hujusmodi Canonici & personæ ex redditibus ipsius vitam ducere nequeant condecentem, ac volentes propterea eis de aliquo sustentationis auxilio providere, Parochialem Ecclesiam sancti Marcelli de Collinis territorii Beneventani cum omnibus juribus & pertinentiis suis Venerabili capitulo prædicto nostræ majoris Ecclesiæ auctoritate ordinaria ta perpetuum unimus, annectimus, & incorporamus. Itaque cedente vel decedente Rectore ipsius parochialis Ecclesiæ, vel ipsam Ecclesiam aliàs quomodolibet dimittente, liceat eidem Capitulo libere auctoritate propria recipere, & licite retinere, licentia super hoc minime requisita. Mandantes omnibus & singulis parochianis censuariis, locatariis, terrarum colonis, & habitatoribus aliis quibuscumque dictæ Ecclesiæ, quatenus postquam per dictum Capitulum possessio corporalis ejusdem dictæ Ecclesiæ recepta fuerit, de omnibus & singulis fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, universis ipsis bonis eidem Capitulo integre respondere. Investientes ex nunc, prout ex tunc Venerabilem virum Abbatem Barbatum . . . . Canonicum Beneventanum generalem procuratorem Capituli prælibati in corporalem possessionem Ecclesiæ, juriumque & pertinentiarum prædictarum, vel quasi per nostrum anulum præsentialiter de eodem. Volumus tamen quod ipsa parochialis Ecclesia, si habilitas affuerit, ipso tempore postquam Ecclesia ipsa per dictum Capitulum recepta fuerit animarum cura in ea nullatenus negligatur, sed per Capellanum idoneum ibidem laudabiliter serviatur in Domino. In quorum omnium testimonium, certitudinem, & cautelam has nostras patentes litteras nostri Pontificalis sigilli appensione munitas fieri jussimus eidem Capitulo concedendas.

Datum Beneventi in nostro Archiepiscopali palatio, anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo decimo octavo, die decimo septimo mensis Octobris, duodecimæ Indictionis, Pontificatus in Christo patris & Domini nostri Domini Martini divina providentia Papæ Quinti anno primo.

Adest sigillum ex rubea cera cum insigniis ejusdem Archiepiscopi, reptantis nempe Leonis.



Circumcirca hæc verba insculpta *S. Donat. de Aquino Dei & Apost. sedis gratia Archiepis. Beneventi.*

Post hæc aliqua etiam monumenta Donati reperiuntur, & cùm eximiè Beneventanam Ecclesiam annis 41. rexisset, ex hac mortali vita discessit in Griptæ Mainardi suæ Diœcesis oppido, die 8. Aprilis 1425. Corpus relatum Beneventum in Metropo-

lita-

litana cooditum fuit die 12. ejusdem mensis, ut prodit Emortualis liber tabularii Beneveotani signatus num. 148. pag. 6. in hæc verba. *Anno Domini 1426. quintæ Indictionis ista die 12. Aprilis fuit sepultus in Ecclesia majori D. Donatus de Aquino Archiepiscopus Beneventanus, & obiit in Gripta Moina da die 8. dicti mensis, & stetit in sede sua annis 41. & univit Capellæ suæ Ecclesiam S. Nicolai de Uturono pertinentiarum Montis-Fusculi ac S. Susannæ de Benevento, & Ecclesiam sancti Pauli foras, &c.* Visitur in Metropolitana marmoreus tumulus, ubi corpus Donati requiescit, his versibus ornatus.

Præsulis egregii requiescunt ossa Donati
Hic tumulata mei. Querar heu, te Samnis tu quam!
Alta domos genuit Regus domus inter Aquinas
Hunc, sed eum melius genuerunt stegmata morum.
Quid queror ò Mortale genus? quid plasma caducū,
Cum mens æterna melior pars gaudeat aura
Cursus & annorum placeat, dic. versibus illum
Mille quatrincentosque decem jungendo duobus,
Inter quos annos Indictio quinta notatur.

Verum error deprehenditur in his versibus, quibus addendi sunt anni 14. qui conficient ann. 1426. in quem cadit indictio quiota. Ex quibus conjecit Vipera Donatum obiisse aono 1412. eidemque ex suo ingenio successisse refert quendam Hugonem; quem tertium appellat; sed gratis Hugonem asfinxit, cum ex iis quæ diximus, tum ex diplomate Martini V. in electione Pauli clare appareat Donatum de Aquino successorem immediatè habuisse Paulum Capranicam. Idem Martinus Papa mentionem facit Donati Pauli prædecessoris io bulla ad Jacobum Episcopum Guardiensem, ac civitatis Beneventanæ Rectorem, sub datum Romæ apud SS. Apostolos 8. Idus Junii Pootificatus undecimo. Sed eodem aono obitus Donati Beneven. excessit Carolus de Afflicto præceptor domus hospitalis S. Joannis Jerosolymitani apud Beneventum, vir nobilis, ac Donato in paucis charus, cujus meminit suis io litteris idem Martinus, quæ extat in Bibl. Beneveot. num. 109 dat 4. Non. Julii pontif. 11.



LXXVI. 32 PAULUS Capranica, Romanus, Dominici, & Angeli Capranicensium Card. germanus frater, Martini V. intimus familiaris ac Secretarius ex Episcopo Ebroicensi in Gallia adlectus est Beneventanus Archiepiscopus die 16. Kal. Julii anno 1427. immediatè successit Donato, ut ex bulla Martini V. anno Pontif. 10. Sedit vir egregius anno 1. meos. 6. & die 1. Romæ obiit die ultima Decemb. 1429. (1) Sepultus est in Ecclesia S. Marci, marmoreo tumulo hoc epitaphio virtutes ejus commemorante.

Deo Omnipotenti Sacrum.

Paulo Archiepiscopo Beneventano è Capranica oriundo, qui ob morum clementiam, & præclaras animi dotes Martino V. Pontif. Max. charus, dignusque cujus fidei secreta sua, & Cardinalis, & Pontif. crederet, ac ad summos honores eveheret, majoribus suis omnia virtute præluxit, & sacellum moriens è suo dotatum familiæ suæ Capranicensi reliquit; Et Nicolao Episcopo Firmano Antonii fratris filio insignibus virtutibus conspicuo, honoribus amplis. à Summis Pontificibus ornato, Angelus Episcopus Prænestinus S. ✠ in Hierusalem fratri, & Nepoti B. M. ob pietatem Posuit. Anno Christi MCCCCLXXVI. Sixto IV. Pontif. Max.




33 GASPAREM Columnam, Antonii filium, Archiepiscopum Rheginen. in Calabria, ad hanc Beneventanam Ecclesiam transtulit Martinus V. ejus coosanguineus 7. Id. Januarii 1429. qui cum esset generosi animi vir, statim atque Ecclesiæ possessionem adeptus fuisset, S. Bartholomæi sacellum inter Templi Pantheon constructum cooperiri fecit, variisque picturis exornavit, Archiepiscopale palatium restaurari fecit, Cathedralem Ecclesiam pretiosissimis ornamentis ditavit, atque Cleri mores salutaribus decretis correxit, & constitutionem ad bonum regimen Beneventanæ Eccl. partim auxit, partim moderatus est; sed cum sortitus esset cum nobilitate generis indolem ad omnia flexibilem, mortuo Martino V. ejusque in locum Eugenio IV. substituto, in eum tumultuantibus Columnensibus cum eorum primario Stephano Columna, conspiravit. Quamobrem jussu Pontificis die 20. Junii 1432. capitur, & in mole Adriana carceri mancipatus, parumque absuit quin Archiepiscopali honore spoliaretur: itaque sumpto supplicio de quodam fratre Masio conjurationis antesignano, post carceris macerationem, tandem liber abire permissus, Beneventum adiit ludisque fortunæ pertæsus, pacato animo haud diu supervixit: extrema enim clausit die 4. Julii anno 1435. Sepultus in Cathedrali ante majus altare. Sub hoc Gaspare diversæ reperiuntur epistolæ Episcoporum Beneventanæ Ecclesiæ suffraganeorum, quibus ob ingruentia bella in Neapolitano regno, se se excusant, quo minus, ut moris erat, singulis annis eis permittatur accedere ad visitanda limina B. Bartholomæi Apostoli. Ex quibus colligitur Archiepiscopos Beneventanos per omnia imitatos esse Romanos Pontifices, ut jam supra dictum est. LXXVII

34 ASTORGIUS Agnensis a, nobilis Neapolitaous Patritius, inter Prælatos sui sæculi eminentissimus, nobilioribus disciplinis cultissimus, qui per omnes Togæ gradus in Aula Romana versatus, virtutum suarum favore ad supremos hoooores ascendit. Hic sub Joanne XXIII. delectus Episcopus Melitensis b, mox traoslatus ad Ravellensem, & Melphiensem Ecclesias sub Martino V. factus est Anconitanus Antistes, & ab Eugenio IV. ad Beneventanam Ecclesiam translatus 6. Id. Feb. 1436. Tandem à Nicolao V. S. R. E. Cardinalis creatus, diversis functus legationibus mirè se gessit, &, ut scribit Ciaconius, vir literarum scientia, prudentia, & animi, dexteritate præditus, expetien- LXXVIII

a De quo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 970.

b Milati in Calabria.

(1) Annus obitus hujus Capranicæ referendus est in præcedentem 1428. Acta enim Consistorialia à nobis diligenter ejus temporis transcripta, & observata sub inspectione Protonotarii Campioni electionem sequentis reliciunt in an. 1429. 7. idus Januarii. Laurentius.



A

rientia etiam qua maxime pollebat, & ad res benè B gerendas utiliſſima, ob quod à Nicolao eodem Patrimonii Eccleſiæ legatus, & præfectus conſtituitur, quod quidem ita gubernavit, ut apud omnes maximum ſui nominis teſtimoninm reliquerit. Abſens Beneventanam rexit Eccleſiam annis plus minus 15. Cujus temporibus Nicolaus V. anno 1450. Capitulo Beneventanæ Eccleſiæ Monaſterium, & Eccleſiam S. Lupi Ord. S. Benedicti intra ipſam urbem ſitum perpetuò univit. Requieſcit in hac Eccleſia corpus S Lupi Epiſcopi; caput in Cathedrali ſervatur. Credit Vipera hunc S. Lupum, cujus corpus aſſervari ibidem ſcribit, illum eundem eſse de quo agit Martyrolog. Rom. die 29. Julii, ſed ille Trecenſis ſuit Epiſcopus, cujus ſacra lipſana Trecis in Eccleſia eius nomini dicata cuſtodiuntur. Quis autem Lupus iſte Epiſcopus, cujus corpus ibidem requieſcit, fuerit, vel cui præfuerit Eccleſiæ, non eſt facilè dictu. Cæterum Aſtorgius de Eccleſia benemeritus moritur Romæ 6. Id. Octob anno 1451. Corpus ſepultum in Clauſtro Eccleſiæ S. Mariæ ſuper Minervam marmoreo ſepulchro muro affixo C cum inſignibus, & hoc elogio,

Aſtorgio Agneſi Patria Neapol, tit. S. Euſebii Presbyter. Cardin. Beneveat. pro Rom. Eccleſ. victus, & omnis vita ſemper in actione fuit, qui rebus, & legationibus maximis ſedentibus Martino, Eugenio, & Nicolao Rom. Pontif. bene geſtis Romæ obiit ann. ſalutis MCDLI. & vixit annos LX. Galeottus ejuſdem familiæ vir inſignis, & doctor, Patruo benemerenti conſtruit,& ſe propè poni mandavit.



D

LXX
XIX. 35 JACOBUS della Ratta *a*, Balthaſsaris ex Comitibus Caſertæ, & Margaritæ Marzanæ filius, cum eſset Archiepiſcopus Roſsanenſis in Calabria, ad hanc Beneventanam Eccleſiam vocatus fuit à Nicolao V. in Ferdinandi I. Regis gratiam, die 7. Oct anno 1451. hoc dedit ad ipſum diploma.

a De eo Caolus de Lellis de Famillis Neapol. par 3. p. 1. & Campanilis p. 69. Mandeſ.

NICOLAUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili Fratri Jacobo Archiepiſcopo Beneventano, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum nuper te tunc Roſſanenſem Archiepiſcopum à vinculo quo tenebaris Roſſanenſis Eccleſiæ, cujus regimini præſidebas de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes: Te ad Eccleſiam Beneventanam tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo te illi in Archiepiſcopum, & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad præfatam Beneventanam Eccleſiam tranſeundi, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur, ac poſtmodum pallium in ſignum videlicet plenitudinis Pontificalis officii à nobis ex parte tua fuiſſet cum ea qua decuit inſtantia poſtulatum. Nos hujuſmodi ſupplicationibus annuentes pallium ipſum de corpore Beati Petri ſumptum per dilectos filios noſtros Proſperum ſancti Georgii ad Velum aureum, & Joannem ſancti Angeli Diaconos Cardinales tibi fecimus aſſignari, cum illo infra Eccleſiam tuam illis diebus, dumtaxat utaris, qui expreſſe in ipſius Beneventanæ Eccleſiæ privilegiis continetur, recepto per eos à te poſtmodum noſtro, & Romanæ Eccleſiæ nomine fidelitatis ſolito juramento. Ut igitur ſignum non diſcrepet à ſignato, ſed quod geris exterius, intus ſerves in mente, fraternitatem tuam monemus, & hortamur in Domino per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus humilitatem, & juſtitiam, dante Domino, qui dat munera, & largitur præmia obſervare ſtudeas, quæ ſuum ſervant, & promovent ſervatorem, & Eccleſiam Beneventanam ſponſam tuam ſolicite, autore Domino, ſpiritualiter, & temporaliter augmentare.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo. Nonis Octobris, Pontificatus noſtri anno quinto.

Eo ſedente Beneventum jam diu occupatum ab eodem Ferdinando Rege ad Eccleſiam redierat, Pius II. Ravennaten. Præſulem eo tranſmiſerat, qui urbem pro Romana Eccleſia gubernaret; & nutabant animi civium, & Alphonſi odio infenſi ad Francos inclinabant. Iacobus vero Archiepiſcopus cum eſset turbidi ingenii, & ingrati animi vir, clanculum cum Gallis Ferdinandi æmulis ex agitatis conſiliis Beneventum occupare pro ipſis cogitavit. Quamobrem dies & noctes urbem luſtrabat armatus, aſſimilans vereri ſe, ne Cathelani per factionem aliquam intromitterentur, ſervare velle civitatem pro Rom. Eccl publicè ajebat, occulte vero cum hoſtibus ſentiens aperire illis portas adnitebatur; ſed detecta per Ravennenſem Archiepiſcopum improba Iacobi conſilia, & civitas ſub Romani Pontificis imperio ſervata eſt: ipſe vero ſtatim atque detectam fraudem intellexit ſuam, relicta Eccleſia ad fratrum Caſtella confugit. & quaſi privatus homo, & Apoſtata ſui ordinis, dimiſso Epiſcopali habitu per Gallorum Caſtra aliquando verſatus, tandem publico in Conſiſtorio à Pio II. anno 1460. ut Apoſtata R. E. proditur, & ſimoniacus, Archiepiſcopali dignitate privatus, miſere vitam liquiſse narratur. Ejus erga Romanam Eccleſiam infidelitatem refert idem Pius lib. 5. com. aliique ſcriptores. Vipera in ſua Chronologia poſt Corradum quendam repoſuit Nicolaum, quem vult præceſſiſse Alexio, ſed tum ex actis Conſiſt. tum ex iis, quæ modo dicemus, clare patet gratis affinxiſse Nicolaum, & Alexium ſucceſſiſse immediatè Corrado.

36 ALEXIUS de Cæſareis, *b* Nobilis Senenſis, egregia literatura prædirus, jam antea ſub Eugenio IV. ad Epiſcopatum Cluſinum aſſumptus. apud Eugenium ipſum, Nicolaum, Calliſtum III. Piumque II. gratioſus fuit, ſub quibus maximis functus XC.

b De eo Ugurgerius in Pompis Senenſibus. Mandel.

mu-

muneribus evasit Archiepiscopus Beneventanus in locum privati Jacobi anno 1460. Diem postremum Senis obiit anno 1464. Pridiè Kal. Augusti, sepultusque apud S. Franciscum in medio Ecclesiæ cum hac inscriptione.

Alexius Senensis apud Pontifices Romanos auctoritate claruit, Eugenium, Nicolaum, Calixtum, & Pium secundum, quo trajiciente in Turcas Romam regebat, extinctus prid. Kal. Augusti MCCCCLXIV.

Infra in eodem simulachro ad pedes ejus simulachri hæc alia legitur.

Alexius de Cæsareis Senensis Beneventanus Archiepiscopus; Vice-Camerarius, Referendarius Apostolicus, & Prænestini Episcopatus Commendatarius.

Antonio de Cæsareis Civi Clariss. ac parenti benemerito Alexius filius Beneventi Archiepiscopus suisque hæredibus P. An. MCCCCLX.





XCI. 37 NICOLAUS Piccolomineus a Senensis Pii II. consanguineus Alexio immediatè successit anno 1464. Paulo II. Pontif. Breviori mora Beneventanam Ecclesiam administravit, decessitque Senis anno 1467. 11. Kal. Octob. sepultusque in Ecclesia S. Bernardini de observantia extra civitatem posita sub candido marmore, ubi cum ejusdem effigie gentilitia Piccolominorum stemmata cernuntur cum hac inscriptione.

a De eo citatus Ugonellus. Mandos.

NICOLAUS PICCOLOMINUS
ARCHIEPISCOPUS BENEVENTANUS
XI. KAL. OCTOBRIS
DEFUNCTUS.





XCII. 38 CORRADUS Capycius b, nobili vetustaque Neapolitana familia natus, clarusque virtutibus à Paulo II. adlectus est Archiepiscopus anno 1469. cui, ac successoribus suis anno 1476. Sixtus IV. Privilegium ademit sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum deferendi, dum Diœcesim lustrarent suam, nec uti pontificali Camauro, quamvis unica tantum esset redimitum corona; neque amplius bullas suas signare Romanorum pontificum more. Laudatissimè Corradus hanc rexit Ecclesiam annis 14. decessit an. 1482. Eo defuncto Ferdinandus Primus Rex in Beneventanam Sedem intrudere conatus est Laurentium Prothonotarium Columnam, qui paulo post Romæ in domo sua captus, ac brevi jussu Sixti Pontificis securi percussus est, ac temerarius suæ culpæ pœnas luit.


b De Familia Capycia legendus Campanilis de Familiis Neapol. p. 45. Mandos.





39 LEONARDUM Gryphium, Patritium Beneventanum, aliis Romanum, c Episcopum Eugubinum, ad Beneventanum Sacerdotium transtulit Sixtus IV. ann. 1482. mense Octob. Excessit circa finem an. 1485. XCIII

c Aliis etiam Pisanum.



40 LAURENTIUS Cibo, d Genuensis, Innocentii Octavi Papæ ex fratre Nepos, cum esset miro ingenio præditus, ac morum haud insuavium, & litteratus, post Leonardum ordinatus est à Patruo Beneventanus Archiepiscopus anno 1486. die 16. Januarii. Beneventum solemni ritu ingressus est anno 1488. mense Aprili. Is multa reliquit suæ pietatis monumenta. siquidem Organum in Cathedrali confecit, ostensorium, ut vocant, argenteum ingentis ponderis affabrè elaborati sacrario dedit, ordinatisque Ecclesiæ suæ rebus Romam revocatus ab eodem Innocentio S. R. E. Presb. Card. tit. s. Marci creatus est anno 1489. Pridie Id. Martii, qui in eo statu, & ordine ita vixit, cum esset maximæ probitatis vir, ut ab omnibus summè commendaretur. Innocentio Patruo sepulchrum ex ære in Basilica Vaticana posuit, Sacello ibidem erecto. Aliud quoque sacellum in Ecclesia B. Mariæ de Populo extruxit, picturisque eximiis, ac dote ampla exornavit. Romæ, legata prius sua Bibliotheca Ecclesiæ Beneventanæ, quæ hucusque extat, valde tamen diminuta, excessit sub Julio II. Episcopus Card. Prænestinus Kal. Decem. ann. 1503. In suo Sacello, quod construi fecerat marmoreo sepulchro insignibus, & epitaphio conditus est. Epitaphium leges in 1. nostro tomo in serie Prænestinorum Episcoporum. XCIV

d De quo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 144.

(„ *Dies obitus hujus Laurentii signatur in Ciaconiano opere 9. Kal. Decembris, ibique de eo hæc leguntur*; Hic Archiepiscopus locum Capitulo Beneventano ædificavit, & Canonicis biretum rubeum restituit, seu potius donari curavit; *quæ tamen præeminentia bireti an aliquando in usu fuerit, ignoramus. Nobiliorque laus hujus Laurentii ibidem ab Oldoina præcinitur*. Præcepit Innocentius Papa sub dat. 18. Junii an. 1491. ut pro tempore generalis Vicarius Beneventani Archiepiscopi ad normam alterius privilegii Pii II. judex esset appellationum causarum omnium tum in civilibus, tum in criminalibus citra pœnam tamen corporis afflictivam.)

XCV. 41 LUDOVICUS Podocatharius, *a* Cardinalis Nicosiensis, Episcopus Caputaquensis, Beneventanus Archipræsul dictus est à Julio II. an. 1503. (1) die 10. Januarii. Mortuus Romæ est die 25. Julii eodem anno, de quo vide seriem Caputaquensium Episcoporum tomo Septimo.

a De eo eltatur Ciaconius tom. 3. col. 197.

CXVI. 42 GALEOTTUS Card. Franciottus *b* Lucensis Episcopus die 31. Augusti 1504. Administrator Beneventanæ Sedis adlectus est à Julio II. Romæ extinctus die 11. Septemb. 1508. de quo egimus in Catalogo Lucensium Episcoporum tom. 1.

b De eo idem Ciaconius ibid. col. 232.

XCVII. 43 SIXTUS Gara Card. de Ruvere, *c* Galeotti uterinus frater, à Julio II. Beneventanus Antistes declaratus est Id. Septemb. 1508. Sedit an. 8. utroque se abdicavit. De eo egimus tom. 1. in Episcopis Lucensibus.

c De eo pariter Ciaconius ib. col. 159.

XCVIII. 44 ALEXANDER Card. Farnesius, *d* ille qui sub Pauli III. nomine ad Petri sedem ascendit; factus est Beneventanæ Ecclesiæ Administrator die 6. Martii 1514. Septem omnino annis rexit, eamque resignavit, cum regressu tamen anno 1521.

d De eo idem Ciaconius ibid. col. 181. & 532.

XCIX. 45 ALPHONSUS Sfortia, Romanus, Federici Comitis sanctæ Floræ, & Bartholomeæ Ursinæ filius, Guidi Ascanii, & Alexandri Sfortiæ Cardd. frater die 8. Aprilis 1521. ex dimissione patruelis tunc Cardinalis creatus est Archiepiscopus Beneventanus; post aliquot annos eo florente ætate extincto, rediit Beneventana Ecclesia per regressum ad Cardinalem Farnesium, qui iterum eam resignavit Francisco Roboreo.

46 FRANCISCUS Roboreus, Julii II. ex fratre nepos, matre nobilissima Comnenorum Imperiali familia natus, Episcopus Melitensis, *e* Camerinensis, Volaterran. antea fuit: denique cum trium sedium titulos, opesque congessisset, tandem Archiepiscopus Beneventanus, demortuo Alphonso, renunciatus est, die 17. *f* Martii 1530. Annis plus, minusve 14. sedit, senioque fessus liberè Ecclesiam hanc nobilissimam resignavit die 7. *g* Aprilis 1544. Romæ septuagenario major extrema clausit 21. Januarii 1545. sepultusque in Ecclesia S. Augustini cum hoc epitaphio ad columnam exposito.

e Mileti in Calabria.

f Die 10. Januarii ex Actis.

g Die 2. Aprilis.

D. O. M.

Francisco de Ruvere Archiepiscopo Beneventano Julii II. Pontif. Max. ex fratre nepoti, ex matre vero nobiliss. Comnenorum Græciæ Imper. familia, qui vivens, & animi, & fortunæ bonis locuples fuit. Arantius Comnen. Maced. Princep. gratiss. ac ornatiss. consanguinei memor posuit. Obiit ann. Domini MDXLV. die xxi. mensis Januar. vixit ann. lxx. bo. xii. d. xx.

Ad Franciscum hunc legimus literas Pauli III. quibus non solum jura confirmat aliqua eidem ac successoribus suis, verum commemorat in minoribus constitutum Archiepiscopatum gessisse Beneventanum sub hoc tenore.

PAULUS EPISCOPUS
servus servorum Dei.

Venerabili fratri Francisco Archiepiscopo Beneventano salutem, & Apostolicam benedictionem.

Illam in Romano Pontifice decet esse providentiam, ut si qua per eum importunis instantiis, aut alias concessa fuerint, quæ in alterius præjudicium vergant, illa de medio submoveat, & ad rationis tramitem reducat. Nuper siquidem dilecto filio Ludovico Duzzoto civi Neapolitano moderno civitatis nostræ Beneventanæ Gubernatori contra, & inter quoscunque sibi ratione gubernii, seu quovis modo subditos, si de tali causa ageretur, ex qua civitatis status perturbari posset, quotiens sibi videretur summariè, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta juris ordine prætermisso, & alias manu regia procedendi, necnon meram, & mixtam omnimodam gladii potestatem in eis exercendi, necnon quascunque pœnas criminales ubi de ultimi supplicii, aut de mutilationis pœnave ageretur (habita prius per eos, qui delinquerent ab offensis, vel eorum hæredibus pace) in pecuniarias pœnas commutandi statutum, & ordinationem per fel. record. Clemen-

(1) Hic ex typographi errore annus electionis Ludovici notatur 1503. & ex Ughello Sarnellius in eumdem incidit. Scripsisset in Caputaquensium serie ad Beneventanam transisse an. 1503. quod si ex dispositione Julii II. ad Beneventanam Cathedram pervenit Ludovicus mense Januario, id minime contingere potuit an. 1503. cum nonnisi mense Novembri ejus anni ad Pontificatum ascenderit Julius: & obitus pariter eidem anno adstandus est. *Lucindina*.

mentem Pap. VII. prædecessorem nostram sub substitutione procuratoris fiscalis in qualibet civit. Sedi Apostolicæ immediate subjecta, & aliis tunc expressis facta, & dicta in dicta civitate Beneventana in omnibus, & singulis eorum capitulis observari, & exequutioni demandari, ac alia tunc expressa faciendi plenam, & liberam per alias nostras in forma Brevis liberas facultates concedimus, necnon ut causæ civiles civitatis, & diœcesis prædictarum, quarum cognitio in secunda instantia ad Archiepiscopum Beneventanum pro tempore existen. seu ejus Vicarium ex antiqua, & approbata hactenus pacifice observata consuetudine devolvi consueverat, alterius terminarent, statuimus & ordinamus, quod exinde de cætero nisi Archiepiscopus, aut Vicarius præfati causas prędictas infra tres menses à die, qua procedere incœpissent, ipsas causas expedirent, causę præd. ad Abbatem S. Modesti Monasterii Beneventi Ordinis S. Benedicti devolverentur, & devolutæ esse censerentur, prout in eisdem literis sub nonnullis revocationibus, suspensionibus, aut limitationibus comprehendi, & quibus nullatenus derogari posset, sicq; judicari debere ac quicquid secus attētari contingeret irritum, & inane decrevimus, plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat per præmissa cognitio causarum hujusmodi ad te, & pro tempore existen. Archiepiscopum Beneventanam ex immemorata consuetudine semper observata spectans à tua Curia limitetur, & abdicetur, & ad inferiorem te devolvatur, Nos qui in minoribus constituti Ecclesiæ Beneventanæ præsuimus de præmissis plene informati, eandem Ecclesiam, quam in visceribus gerimus caritatis in suis juribus conservare volentes, teq; qui unum ex officiis scriptorum litterarum Apostolicarum ex concessione Apostolica obtines à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequen. harum serie absolven. & absolutum fore censentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati literas prædictas, & inde sequuta quæcunque quoad ea, quæ causarum hujusmodi cognitionem, decisionem, & terminationem, illarumque devolutionem, & statuti prædicti observationem concernunt, auctoritate Apostolica tenore præsentium revocamus, & annullamus, illaque nullius prorsus roboris, vel momenti fuisse, & esse, ac propenitus infectis, quoad omnia haberi volumus, & decernimus: necnon te, & præfatam Ecclesiam in pristinum, & eum in quo antequam literæ à nobis emanarent, quomodolibet erat statum restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, ac repositos, restitutos, & reintegratos existere, necnon quæ in causis appellationum hujusmodi tam civilium, quam criminalium à quibuscunq; aliis, atq; ad exactionem procurationis à suffraganeis dictæ Ecclesię, & quibuscunq; aliis personis visitationi subjectis ratione visitationis hujusmodi debitis, & pecunia numerata juxta solitum, necnon quascunq; alias dictæ Eccl. consuetudines, quæ hactenus in viridi observantia fuerunt, approbamus, confirmamus, & innovamus, illasq; prout ante concessionem literarum hujusmodi observantias in posterum observari debere, necnon eam, & ejusdem Ecclesiæ ordinariam jurisdictionem ex eisdem causis, & consuetudinibus illibatam permanere, & causas ipsas per te, vel tuum in spiritualibus Vicarium generalem pro tempore existen. decidi debere, & licitè posse, nec per dictum Gubernatorem prætextu literarum prædictarum, seu quoscunq; alios, & quacunq; dignitate fungen. judicare, & diffiniri debere, necnon quicquid secus attentari contig. irritum, & inane decernimus, non obstan. præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon literis prædictis, ac quibusvis aliis literis, privilegiis, & indultis Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunq; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, revocationis, annullationis, voluntatis, constitutionis, requisitionis, & reintegrationis, approbationis, confirmationis, innovationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Velletri anno Incarnationis Dominicę millesimo quingentesimo trigesimo octavo, decimo Kal. Septembris, pontif. nostri anno quarto.





CI. 47 JOANNES Casa Florentinus patritius à Paulo III. adlectus est Beneventanus Archiepiscopus die 7. a April. 1544. sub Paulo IV. Cameræ Apostolicæ Clericus, ad Rempublicam Venetam Apostolicus Nuncius, variis muneribus egregiè functus sedit annis 15. Romæ fato concessit ao. 1559. b de quo proferre juvat, quæ scripsit Jacobus Gaddius c de Scriptoribus non Ecclesiasticis 1. par. Casa Patriam, imò Italiam universam elapso ævo illustravit, politioris literaturæ radiis latè diffusis; siquidem geminæ linguæ calamo prænobili evectus, æquales, & forte primos etiam Florentinos, tersi, & accurati styli gravitate superavit, licet egregios libellos tum soluta, cum vincta numeris oratione perscripserit. hinc patet sanis oculis dignitatem, æstimationem, atque præscientiam scribentis parari, & cognosci non à mole voluminum, sed ab eruditione haud vulgari, & varietate operum, licet exiguarum. Inter Florentinos lyricos Latii, (si excipias Claudianum, & Politianum) excelluit Casa. Tassonus li 9. firmat Casam Etrusco calamo, æqualem, vel superiorem Boccaccio, qui minus implicatum, & magis purum, atque purgatum Casam pronunciat. Celebrem habuit orationem ad Carolum V. pro restitutione Placentiæ. Extant Casæ latina monumenta edita peculiari, nec magno volumine, inter quæ facile excedunt vitæ quibus geminum Cardinalem, & Patritium Venetum maximi nominis, ac eloquentiæ Contarenum & Bembum disertè celebravit. Summis laudibus celebratur à pluribus Poetis & Elogiographis, & ab historico Thuano Casa qui à Summis Pontificibus Paulo III. & Paulo IV. Archiepiscopatum Beneventanum, & legationes gravissimas obtinuit, purpuram tamen non obtinuit, clam à Pontifice designatus Cardinalis sed hanc dignitatem amplissimam eripuit Casæ invidorum maligna, vel calumnia, vel certè exprobratio turpis lascivię nota culpantium hominem qui elato, ingentique animo calcans iniquitatem æmulorum, & fortunæ adversantis injuriam, quadam hilaritatis dulcedine sibi, vel amicis blandiebatur. Casam illustravit magnus Tassus edita nobili dissertatione, qua ejus sonet. explicavit. Quęrengus celeberrimus condidit dissertationem in hoc lemma: *De' Remedi d' Amore sopra un sonetto del Casa:* Casa qui excelluit Etruscè, & latinè scribens jocosa, atq; seria, licet existimationis maxime scriptor onustus meritis erga Rempublicam litterariam, & Roman. Pontif. & dignitate, ac muneribus pręcipuis ornatus esset. Cardinalatum tamen obtinere numquam potuit, Ammirato teste, vel id enixe contendentibus

a Die 2. Aprilis ex Actis.

b 14. Novem. 1556.

c Laudatur etiam à Ghilino in Theatro par. 1. pag. 79. Imperiali in Museo hist. pag. Poccianto de Scriptoribus Florentinis, & fusè in Notitiis Academiæ Florentinæ par. 1. pag. 115. *Mandos.*

Pontificis nepotibus. Avunculum extinctum illustravit perhonorifico, atque pulcherrimo epitaphio in æde S. Andreæ de Valle Oricellarius; A

D. O. M.

Joanni Casæ Archiepiscopo Beneventano, cujus singularem in omni virtutum, & disciplinarum genere excellentiam, ne quidquam posteritas admiraretur, Horatius Oricellarius avunculo merito posuit.

CII 48 ALEXANDER Cardinalis a Farnesius Paulli III. Nepos Beneventanam Ecclesiam post Ioannis Casæ obitum administrandam suscepit b, quam dimisit ad favorem Cardin. Sabelli die 20. Ianuarii 1560. de quo laudatissimo Principe pluribus in locis egimus in hoc opere nostro.

a De quo Ciacconius Oldoini tom. 3. col. 558. b 22. Novem 1556.




CIII. 49 IACOBUS Card. Sabellus c olim Episcopus Eugubinus, tunc Neocastrensis Ecclesiæ Administrator, Beneventanam evasit ad sedem eodem anno, dieque quibus Farnesius huic Ecclesiæ nuncium remisit. Hic laudatissimus Purpuratus Beneventi Clericorum Seminarium juxta Concilii Tridentini Sanctionem instituit, ac fundavit. Provincialem Synodum celebravit an. 1567. die 11. Aprilis, in qua C interfuerunt duodecim Episcopi suffraganei. Sedit ann. 20 ultroque se abdicavit d. Romæ obiit Episcopus Card. Portuensis ann. 1587. sepultusque est in Templo Nominis Iesu.

c De quo idem Ciac. tom. ibid. col. 891. d Die 13. Maii 1574.

CIV. 50 MAXIMILIANUS de Palumbara, Iacobi Card. ex sorore nepos, adlectus est Beneventanus Archiepiscopus die 26. e Maii 1574. Romæ consecratur die 26. Novemb. ejusdem anni in Ecclesia sancti Francisci ad ripam Tyberis à IulioCard Sanctæ Severinæ assistentibus Ioan. Andrea de Cruce Tiburtino. & Alphonso Binarino Reatino Episcopis Hic sedente Sixto V. an. 1586. Corpus S. Pantaleonis Martyris in diruta Ecclesia sancti Cornelli de Plano curiæ inventum in Cathedralem maximo populi concursu. & solemni pompa transtulit. Synodum provincialem coegit die 29 Septemb. 1599. in qua interfuerunt septem suffraganei Episcopi; & cum sedisset laudabili fama virtutum, acerrimusque Ecclesiasticæ libertatis propugnator an. 33. plenus dierum, mortuus est die 23. Ianuarii 1607. in Sacello sancti Antonii de Padua, de quo in eadem Basilica extat memoria. D

e Die 17. Maii.

Max de Palumbara Archiep. bene officii & beneficii memor, emptis agris Capitulo suo cavit in perpetuum, ut Sabb. litaniæ B. Mariæ decantarentur, ultimo Aprilis Trojano pro patre iv. Decemb. pro Iacobo Card. Sabel. prædecess. xv. pro Thaddæo Card. de Gaddis avunculo Anniverf. in altari Privileg. solemne fiat, ac semel in mense pro singulis celebretur. Post obitum ejus, & Anniverf. & Missa qualibet mense tertiam pro remiss. peccatorum dicatur. M. DC. Iulius de Cochilin Not.



CV. 51 POMPEJUS Card. Arigonius f à Paulo V. ordinatus Archiepiscopus Beneventanus die 10. Aprilis 1607. Mansionarios Cathedrali Ecclesiæ restituit, eandemque Basilicam restauravit, & pretiosis ornamentis ditavit, Archiepiscopale Palatium vetustate pené collapsum, non firmatum solum, verum etiam auctum, exornatumque reliquit, Collegium Societatis Jesu maximis beneficiis cumulavit, fundatoris nomen, & titulum jure optimo adeptus. Præsul summæ doctrinæ, incomparabilis bonitatis, prudentiæ, ac morum probitate clarissimus, Neapoli die 3. Aprilis 1616. è vivis exemptus est: cadaver ejus, ut ipse mandaverat, Beneventum delatum in Cathedrali honorificé tumulatum cum hoc epitaphio. B

f De eo Ciacconius Oldoini tom 4. col. 399.

Memoriæ

Pompeii S. R. E. Presbyteri Card. Arigoni Romani, hujus Ecclesiæ Archiepiscopi, & optimé meriti, viri magni, rara animi & ingenii in religione, prudentia, ac iuris, rerum multarum intelligentia eximia, sacri Consistorii Advocati, Romæ Auditoris, ex his, aliisque publicis muneribus ad amplissimum ordinem à Clemente VIII. Pontif. Max. evecti, gravissimis quibusque negotiis spectati Julia, & Clarix, Cyrinens, & Antonius Roccii Diomedis, & Joan. Petrus Varesii hæredes Avunculo benemerentissimo posuerunt. Vixit an. lxiv. mensem unum dies ij. obiit die iv. Aprilis MDCXVI.





52 ALEXANDER de Sangro. Neapolitanus, vetusta, ac nobilissima prosapia natus, Archiepiscopus Beneventanus inauguratur à Paulo V. mense g Maii 1616, Sub eodem Pontifice in Hispaniam Apostolicus Nuncius apud Philippum III. fuit, Patriarchatu Alexandrino exornatus, post multos labores pro Romana Ecclesia exantlatos Romæ defunctus est annum agens 67 die 13. Febr. 1633. Sepultus in Ecclesia s. Spiritus nationis Neapolitanæ. Quo Præsule cives Beneventani inter suos tutelares con- CVI.

g Die 25. Maii.

nu-

numerarunt, S. Blasium Episcopum & Martyrem, sanctum Donatum Aretinum Episcopum & Martyrem, sanctos Dominicum, Thomam Aquinatem, Ignatium, Franciscum Xaverium, ac Beatum Andream Avellinum. Federicus vero Cardin. Borromeus Archiepiscopus Mediolanensis, civitati, Cleroque Beneventano dono transmisit ex reliquiis corporis S. Caroli Card. quæ in Ecclesia sanctissimæ Annunciatæ honorificè reconditæ fuere.

CVII. 53 AUGUSTINUS Oregius *a*, honestis ortus parentibus in Valle sanctæ Sophiæ Florentinæ ditionis, doctrina, egregiisq; moribus ornatus, ad maximos Ecclesiasticæ dignitatis honores sibi aditum fecit. Faventiæ primum Canonicus Theologus publicè docuit; Romæ deinde inter Maphei Card. Barberini domesticos adscriptus, ab ipso jam Pontif. Max. creato sub Urbani VIII. nomine, sanctæ, ac universalis Inquisitionis Theologus Consultor, magnus Eleemosynarius, ac Vaticanæ Basilicę Canonicus adlectus, ac tandem die 18. *b* Novemb. 1633. S. R. E. Card. & Archiepiscopus Beneven. creatus est. Archiepiscopatus possessionem adipiscitur die 16. Decemb. & cum præfuisset an. 1. mens. 9. Beneventi excessit die 12. Julii 1635. collachrymantibus populis in sua Cathedrali humatus hac inscriptione.

a De eo videndus Janus Nicius in Pinacotheca 1. imag. 10. *Mandos.* & Ciaconius Oldoini tom. 4. col. 595.

b Die 28. Novemb.

D. O. M.

Augustino tit. S. Sixti Presbyter Card. Oregio, viro innocentia probe spectato, ne dum virtutibus verum cæteris scientiis, ac morum suavitate conspicuo, Vaticanæ Basilicæ Canonico S. D. N. Urbani VIII. Theologo, intimo Cubiculario, Eleemosynis generali Præfecto, sacræ, & Universalis Rom. Inquisitionis fidelissimo Consultori, variis arduisque muneribus egregiè functo, ab eodem Urbano ad sacram Purpuratorum dignitatem, & ad hanc insignem Benevent. Metropolim ex meritis evecto, Anno ætatis lviii. post purpuram xiv. mense xii. Julii MDCXXXV. celebri orbita contumulato, Joannes frater Nicol. & Joseph. nepotes

M. P. P.

VIII 54 Fr. VINCENTIUS Maculanus *c* è Juliç Fidentiæ Insubriæ nobili oppido, Ord. Præd. multiplici scientiarum cognitione instructus, per gradus ad præcipua in eodem Ordine munia obeunda vocatus, eos progressus fecit, ut sancti Officii Commissarius, ac sacri Palatii Apostolici Magister fuerit, in quibus muneribus adeo se gessit, ut ab Urbano VIII. Purpura, & Beneventano Archiepiscopatu *d* ornatus sit anno 1641. vulgo Card. S. Clementis dictus. Ecclesiam sibi creditam sua præsentia illustravit, atque in ea Ecclesiasticam disciplinam, pietatemque in quantum valuit, propagavit, non modo gravitate sermonis & prudentia, sed quod longè præstat, vitæ modestioris exemplo: sed post annum Romam revocatus à Pontifice, implicitusque Curiæ gravioribus negotiis Beneventanum Sacerdotium dimisit anno 1643. Adhuc superest Purpuratus Princeps, cujus veneranda canities omnium virorum concursu Christiano orbi admirationi est, cui par est longam vitam, faustamque precari.

c Egregiè de eo Charterius in Athenæo Rom. quod extat Ms. apud Cl. Equitem Mandosium, & Ciaconius Oldoini t. 4. col. 609.

d Archiep. electus est 13. Januarii 1642.

CIX. 55 JOANNES BAPTISTA Foppa, nobilis Bergomensis, Civisque Romanus, ad ejus favorem cedente Cardin. Maculano, Archiepiscopus Benevent. adlectus est ab Urbano VIII. die 16. *e* Maii 1643. Synodum Provincialem celebravit mense Aprili an. 1656. cui interfuerunt duodecim Episcopi suffraganei. Ejus suasu Beneventanus populus sanctum Philippum Nerium Patronum sibi delegit, in cujus honorem Foppa sacellum in Archiepiscopali Palatio excitavit, dicavitque, mirisque cælaturis, necnon sacra supellectile exornavit. Cathedrali multa, ac pretiosa dona contulit, pieque ac religiosè gregem sibi commissum verbo, & exemplo ad pascua salutis pergit adducere recurrente anno sui Archipræsulatus decimo nono.

e Die 18. Maii ex Actis.

A D D I T I O.

(,, *Hic Archiepiscopus, qui Vener. Congreg. D. Philippi Nerii Adolescens in alma Urbe nomen dederat, & quam sacrum virtutum cumulavit exemplis, donec Beneventana Mitra honestatus fuit, præter Anniversarias Synodos pleniorem coegit diœcesanam die 25. Octobris an. 1646. ejusque constitutiones prælo voluit excusas Romę ann. 1648. quas deindè tamquam laudabiles Cardinalis Archiepiscopus Ursinus in sua prima Diœcesana item Synodo c. p. an. 1686. Obfirmavit. In insigni D. Bartholomæi Apostoli, ac præcipui Patroni templo, suo, aliorumque collato ære, nobilem Confessionem, instar illius Vaticanæ Basilicæ, pretioso marmore ditatam extrui curavit; atque in eleganti ejusdem Confessionis ara sacra Apostoli præfati lipsana anno 1671. recondidit. In principis templi navi maxima, ac etiam in transversa laquear auro, ac picturis ornatum obducendum mandavit. Sed cum morte præventus, absolutum minimè conspexisset, ex patrimonialibus bonis, post ipsius obitum vendendis, expleri voluit; prout numeris omnibus expletum fuit; ideoque dicta Basilica nobili laqueari ornata Civium, ac exterorum sibi vindicat laudes. Immunitatem ecclesiasticam semper acerrimè propugnavit. Aureorum illorum temporum exempla repetens, quibus ipsimet sacri Pastores concreditam sibi gregem Divini verbi pabulo nutriebant, solemnioribus diebus summo zelo, sacraque eruditione refercas conciones habuit. Nec est omittendum, quod assistens solemni sacro feria II. Pentecostes, & decantato à Diacono Evangelio, in quo per mendum dixit* Spiritus Paralyticus, *pro,* Paraclytus, *extempore Pontificali è Cathedra per mediam horam detonuit; variasque verbi Paraclytus, ac Paraclitus significationes ex Græcis, Latinisque haustas doctè, ac eruditè adeo expendit, atque expandit, ut audientes in admirationem planè conjecerit; Diaconus verò ingenti perfusus rubore, à tanto doctore mirificè edoctus fuit. Centum morales discursus super D. Gregorii Magni Dialogos, duos in tomos distributos lucubravit. Romæ anno 1673. primus tomus editus fuit, secundus autem in lucem minimè prodiit. Demum, postquam annos triginta, & menses septem sedisset, septuagenarius diem suum clausit extremum die 18. Decembris eodem anno 1673. Dum Justa incliti Præsulis funeri persolverentur, ejusdem laudes Fr. Ambrosius de Vivo, Ordinis Prædicatorum, S. Theologiæ tunc Lector, postmodum Magister; Præclara extemporanea funebri oratione extulit. Foppa plura perpetua reliquit Missarum legata, præterea annuam viginti quinque ducatorum dotem puellæ in die festo S. Joannis Chrysostomi distribuendam, ac capitale pro duabus lampadibus jugiter ante præfati Apostoli lipsana ardendis. Quæ omnia, ære itidem ex patrimonialibus bonis alienatis conflato, Marcus Antonius Zollius Cremensis Episcopus, dignissimi avunculi dignus nepos, abundè explevit; ejusque tumulum in præfato D. Bartholomæi templo inscriptione honestatum voluit. Verum præfato templo terræ ingenti motu anno 1688. everso, tanti Antistitis corpus in principem Basilicam delatum, conditum fuit ante S. Mariæ majoris aram, in qua deposita Sancti Apostoli lipsana fuere. Ibi in præsens sequens legitur inscriptio.*

,, Joanni Baptistæ Foppa hujus Urbis Archiepiscopo, post annos XXXII. Pontificatus sui vita functo, in ea Confessionis mole, quam magnificentissimam excitaverat anno Domini MDCLXXII. die XI. Junii, ut ubi venerabile Divi Bartholomæi Corpus solemni translatione honorificentiùs repositum coleretur, sepulchrum magnificum posuit Marcus Antonius Zollius Episcopus Cremensis hæres, & consanguineus. At cum deinde terræmotu anno MDCLXXXVIII. una cum Ecclesia ipsa quassatum funditus concidisset; anno Domini MDCXCVI. hic rursus eri-

gendum curavit, ut adhuc suo, & totius Civitatis Patrono adjacens mortuus exoraret, quem semper ornaverat vivus, & simul honorem, qui sibi ob Dioeceseos, ac Episcopii fines augustius explicatos, Metropolitanum templum regio nitore inaurato laqueari, plurimaque supellectile ex ære patrimoniali ditatum, Immunitatem Ecclesiasticam acerrimè propugnatam, concionandi munus doctissimè obitum, Provinciale Concilium anno MDCLVI. splendidè celebratum, impletum denique omni ex parte solliciti Pastoris officium, debebatur, haberet.

CX. *JOSEPH de Bononia, Patritius Neapolitanus, ac insignis Decretorum Doctor, ex utriusque Signaturæ Referendario delectus fuit Archiepiscopus à Clemente X. die 12. Martii 1674. Laudabiliter huic Ecclesiæ annos quinque, menses undecim, ac dies septem præfuit. Eidem die 29. Februarii anno 1680. Innocentio XI. regnante sponte nuntiam remisit. Deinde Capuanæ Ecclesiæ Archiepiscopus ab Innocentio XII. præfectus fuit.*

CXI. *HIERONYMUS Gastaldus, in insigni Ottagii Oppido Genuensis ditionis vitam auspicatus, Jurisprudentiæ doctrina magnus (prout doctus liber de peste in lucem editus testatur) pietate major, ac prope omni laude superior fuit. Proinde post varia munera egregie obita, S. R. E. Presbyter Cardinalis titulo S. Anastasiæ à Clemente X. adlectus fuit. Cumque Bononiæ Legatum à latere summo plausu ageret, à præfato Innocentio XI. Archiepiscopus creatus fuit die 19. Februarii anno 1680. Legationi prædictæ addictus, præsentia sua Ecclesiam sibi concreditam minimè beare valuit. Nihilominus eam, etiam absens, optimè rexit, misso Hieronymo Rocca Isclano Episcopo, Delegati titulo decorato, præter Vicarium, ac Auditorem Generales. E Bononiensi legatione Romam reversus, animo Beneventum adeundi, die 9. Aprilis anno 1685. vitam cum morte pientissimè commutavit, cum annos quinque, mensem unum, ac novendecim dies præfuisset. Tanto Antistiti Metropolitano Capitulo die 16. ejusdem mensis solemnia justa peragente, ipsius laudes extemporanea oratione, Etrusco sermone concinnata, perstrinxit Joannes de Nicastro Patritius Beneventanus, & Sipontinus, & nunc Beneventani Principis templi Archidiaconus, familiæ splendore, vitæ integritate, omnigena doctrina, ingeniique sui æviternis monumentis præclarissimus.*

CXII *Fr. VINCENTIUS Maria Ursinus, genere Romanus, Patritius Neapolitanus, ac Venetus, ex Ferdinando Gravinæ Duce progenitus, & Joanna Frangipane della Tolfa, hujus præclarissimæ Stirpis, quæ eadem cum vetustissima Anicia Romana constanti omnium fama perhibetur, postremo germine, vitam auspicatus fuit anno 1649. die 12. Februarii. Sacro latice expiatus, Petri Francisci nomen nactus est. Adolescens sedulam humanis literis, Philosophiæ, ac utrique Juri, optimis sub præceptoribus, operam navavit; atque epigrammatum sacris de rebus libellum à se lucubratum prælo edendum curavit. Ferdinando ipsius parente postmodum vita functo, Petrus Franciscus, Divino afflante Spiritu, humanis rebus nuntium mittere statuit. Posthabito proinde amplissimo Ducatu, per speciem Italiam lustrandi, Venetias se contulit. Ibi Prædicatorum Ordini in S. Dominici Cœnobio, Longobardiæ Provinciæ se dicatum voluit; atque ejusdem filius adlectus, Petri Francisci nomen in Vincentium Mariam commutavit. Prægnanti matri vaticinantis in modum Baccalaureus quidam Prædicatorum Ordinis, probitate, ac doctrina spectatissimus, Petrum Franciscum ejus filium indubitanter eidem Ordini nomen daturum præcinuerat. Enim verò, cum quadam die eandem invisisset, ac suis cum ancillis in Gynecæo casulam, Phrygio opere pingentem deprehendisset, prima vice eandem casulam à nascituro filio adhibendam, ac Prædicatorum Ordini eundem adscribendum edixit. Quæ verba, licet tunc temporis audientibus haud vero proxima, & tanquam insulsa excidissent, cum primus natorum Dux, ac amplissimæ ditionis Dynasta futurus ab omnibus crederetur, attamen ita accidit; nam & Petrus Franciscus Prædicatorum Ordini nomen dedit; & presbyteratu à Paluzio Cardinali de Alteriis, prævia duorum annorum Apostolica super ætate dispensatione initiatur, cum amantissimam consolaturus parentem, Gravinam accessisset, sequenti die sacrum litare peroptans, casulam illam adhibuit, profusissimas interea temporis lachrymas matre effundente; quæque deinde absoluto sacro filium complexa, eidem jam comprobatum enarravit vaticinium. Hoc etiam Petro Francisco præcinuerat in insigni Solofsæ Oppido (quod Ursinæ Gentis Principatus effulget) quidam circumvagus, futurorum præcentor, qui eundem Divi Dominici alumnum, atque asseclam futurum, cum hoc Petrus Franciscus neque per somnium autumaret, prænunciavit.*

Sed prætermissis vaticinationibus Petro Francisco de Dominicano habitu suscipiendo, peractis, ac comprobatis, ad eundem, post susceptum habitum, & Vincentii Mariæ nomen indeptum, sermonem convertamus, oportet. Inter tyrones itaque virtutum omnium cumulo enituit. Hinc tyrocinio expleto, Theologiæ curriculum enixis viribus emensus fuit. Postmodum sacris ordinibus initiatus, Brixiæ Philosophiam docuit. Quo tempore funebrem orationem in Antonii Cardinalis Barberini, Prædicatorum Ordinis Protectoris laudem recitatam typis mandavit; prout etiam apologeticam Epistolam pro Regulari habitu à Regularibus Episcopis deferendo in Josephum Cianter, Ordinis itidem Prædicatorum, ac Marsicensem Episcopum, adversam sententiam tuentem, edidit. Sed cum Bononiæ moram duceret, in ea diœcesi proximo Quadragesimali tempore conciones habiturus, vigesimum tertium ætatis annum agens S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli S. Sixti à summo Pontifice Clemente X. creatus, Purpuram sponte sibi oblatam constanti humilitate respuit. Verùm à præfato Pontifice ad obedientiam coactus fuit; prout & Brevi die 1. Martii 1672. expedito, ac memorabilibus ab Antonio Bulifone collectis Epistolis, & anno 1683. editis adjecto, locupletissime habetur. Exinde in Urbe moram ducens, ac Congregationis Concilii Præfectum agens, & inter Congregationum Episcoporum, ac Regularium, Sacrorum Rituum, Ecclesiasticæ Immunitatis, Indulgentiarum, & Reliquiarum Patres cooptatus, ac etiam Episcoporum examinator renunciatus ab eodem Pontifice Clemente X. Sipontinus Archiepiscopus delectus fuit die 28. Januarii 1675., cum eadem Ecclesia per resignationem præcedenti die sponte ab Archiepiscopo Benedicto Capelletto emissam, vacaret. Postquam autem prælaudatæ Ecclesiæ annos quinque maxima laude præfuisset, anno 1680. die 12. Januarii ab eodem Innocentio XI. Cæsenatensis Ecclesiæ Episcopus creatus fuit. Proinde Sipontinis Valere dixit, luculentissima, ac amoris, zelique plena Epistola, seu potius parvæ molis libro, Italico idiomate conscripto, præfatoque anno prælo demandato. Postmodum duplici, gravique morbo, ac præsertim quartanæ affectus, eo quia abstemius, Cæsenatenses aquas, ferè teterrimas, bibere cogebatur, Neapolim salubritatis causa accessit. Cumque præfatæ Ecclesiæ laudabiliter præfuisset annos sex, mensem unum, ac dies viginti sex, ab eodem Innocentio XI. die 18. Martii 1686. ad Metropolitanum Ecclesiam Beneventanam, per obitum Hieronymi Cardinalis Gastaldi vacantem, translatus fuit. Cæsenatensibus Valere dixit præclara Epistola, Italico itidem idiomate donata, ac die 31. Decembris anno 1685. data. Quæ quidem Epistola adjecta Chronologicis Beneventanorum Antistitum memoriis, a Pompejo Sarnellio lucubratis, ac prælo editis

ba-

habetur. Beneventanæ Ecclesiæ possessionem ejus nomine nactus fuit die 28. ejusdem mensis præfatus Pompejus Sarnellius, Generalis tunc Auditor, nunc vero Vigiliensis Episcopus. Pacificam, ac Pastoralem Epistolam ad clerum, populumque sibi concreditum Neapoli die 30. Martii misit. Quæ quidem Epistola in Chronologicis Beneventanorum Antistitum memoriis à prælaudato Sarnellio anno 1690. editis habetur. Archiepiscopale Pallium itidem Neapoli in templo Oratorii S. Philippi Nerii die 26. Maii ejusdem anni ab Horatio Fortunato Neritonense Episcopo suscepit Cardinalis Archiepiscopus, adsistentibus Episcopis Nicolao Antonio Tura Sarnensi, & Didaco Ibagnes Puteolano. Die trigesima ejusdem mensis solemnem per Portam Summam ingressum habuit, Civitatis præcipua via usque ad maximum templum splendidam in formam ornata, magno exterorum concursu, plausu, ac lætitia. Primas inter curas fatiscentis Archiepiscopii restaurationem cœpit, ac etiam Metropolitani Templi, Ecclesiæ S. Bartholomæi, sacri seminarii, domusque campestris appellatæ La Pace Vecchia. Quare triginta aureorum millia duobus tantum annis, ac mensibus impendit. Primo Iunii Sabbato in Deiparæ laudem conciones habere cœpit; & usque ad præsentem diem, cum in Civitate moram agit, minimè prætermittit. Visitatione sacræ supellectilis metropolitanæ ecclesiæ habita, eam reficiendam proprio ære curavit. Vasa argentea omnia in gazophylacio servata meliorem in modum conflata voluit. Ex inutilibus ecclesiæ D. Bartholomæi argenteis vasis nobilissimam ejusdem Apostoli statuam, insigni adjecta reliquia, confecit. Exinde alias duas itidem argenteas, SS. episcoporum, civium, ac tutelarium, Januarii Martyris, ac Barbati Confessoris statuas conficiendas curavit, eorundem reliquiis itidem appositis. Pro urbani cleri, populique instructione, statuit, ut Theologus singulis Dominicis post Vesperas sacræ Scripturæ lectionem haberet. Die 15. Junii ejusdem anni diœcesanam visitationem cœpit, ac deinde inexplicabili Ecclesiarum decore, & Ecclesiasticorum reformatione prosecutus fuit. Die 24. Augusti consuetam annuam diœcesanam coegit Synodum, aptamque pro ea præscripsit methodum. Ita etiam singulis coegit subsequentibus annis; quare usque adhuc quinque, & triginta Synodi habitæ fuere, ac omnes excusæ. S. Philippi Nerii patrocinium in Clerum, super Civitatem universam extensum voluit, sacrorum Rituum Congregationis decreto lato die 5. Octobris ejusdem anni. Die 25. ejusdem mensis Octobris, & quinque subsequentibus diebus Litaniarum consuetam coegit Synodum, data itidem methodo in quintæ Synodi appendice postmodùm edita: & ita subsequentibus annis summo sacræ actionis decore persolutum fuit. Die 19. Martii sequentis anni 1687. edictum evulgavit, quo in honorem Pontificalis Cathedræ Cathedraticum ab omnibus Beneficiatis singulis annis solvi mandavit. Occasione restaurationis metropolitanæ basilicæ maximam ejusdem aram pretiosa marmore ditatam voluit, ibique plura Sanctorum corpora, ac lipsana ab Archiepiscopo Cardinali Arigonio die 23. Martii 1608. coadunata, in novis plumbeis capsulis prius reposita, solemnique per urbem habita supplicatione, recondidit die 10. Novembris præfati anni 1687. addita itidem marmorea inscriptione Reliquiarum nomina præferente. His peractis Prædecessorum suorum memoriam perennem effecit, depictis eorum stemmatibus in maxima Archiepiscopii Aula; ubi itidem per compendium eorum nomina, ac gesta exhibentur. Successoribus autem decentem in Metropolitana statuit tumulum, ac alterum è regione pro ejusdem Basilicæ Canonicis. In urbana visitatione die 6. Decembris ejusdem anni cœpta parochiales ecclesias numero quindecim, partim fatiscentes, partim male habitas, præsertim verò octo à sex amovibilibus œconomis rectas deprehendit. Proinde suppressis præfatis octo œconomatibus, eorumque familiis septem bullatis paræciis adjunctis, novam in Ecclesia S. Mariæ Constantinopolitanæ erexit parœciam: utque octo in posterum tantum essent, edicto die 7. Aprilis 1688. evulgato, ac in appendice III. Diœcesanæ Synodi excuso demandavit. Casuum rituumque Congregationibus quaque hebdomada habendis urbanum, ac diœcesanum Clerum edoctum voluit. Cujus rei gratia Beneventana civitas, ob clerum reformatum, ob laicos Ecclesiis obsequentes redditos, atque ob Ecclesias omnes, præsertim principem, tanquam sponsam viro suo ornatam, altera ab antiqua prodibat. Verum Deo Optimo Maximo sic annuente, & terræmotu die 5. Junii anno 1688. Sabbato SS. Pentecostes hora vigesima cum dimidio sæviente, fere tota eversa est Civitas, peremptis mille tercentum, & sexaginta septem civibus, exteris autem biscentum, ac in diœcesi septingentis nonaginta tribus. Cardinalis Archiepiscopus à summis Archiepiscopii ædibus, cum ipsis ruinis corruit, & D. Philippi Nerii imaginibus in armario sistentibus abtectus, innoxius insigni miraculo servatus fuit. In Metropolitana transversa crux cum odæo, pastophoriis, & novo secretario eversa fuit. Quinq; ejusdem naves quassatæ fuere, & ipsæ itidem corruissent, nisi eas navi laterales parietes substentassent. Archiepiscopium totum corruit, præter aulam maximam, quæ concussa remansit. Universæ civitatis ecclesiæ cecidere, nec ulla sacra ædes, ubi Missæ celebrari possent, superfuit. Sanctimonialium Cœnobiis, Ecclesiisque eversis, Cardinalis Archiepiscopus, licet oculis læsus, sacras virgines ad Montis Herculis Oppidum suæ diœcesis duxit, ac exinde Neapolim. Ibi Antonio Cardinali Pignatello Archiepiscopo annuente, qui postmodum summus ecclesiæ Hierarcha evasit, in variis Cœnobiis collocatæ fuere.

Die 24. Octobris ejusdem anni habito Metropolitani Capituli consensu statuit non esse deinceps inter Canonicos cooptandos, nisi ejusdem Ecclesiæ Mansionarios, ad hoc, ut ipsius Ecclesiæ servitium rectiùs haberetur, & Clerici Mansionariatum complecterentur; quatuor enim ex iis tunc temporis vacabant, & nemo unus Mansionariatum prensabat. Quare hoc habito, qui Mansionariatum exoptent, non defuere, nec desunt. Die 4. Novembris ejusdem anni Cardinalis Archiepiscopus prima vice post terræmotum Civitatem adiit, ac secundam habuit visitationem, ut ecclesias eversas reficiendas curaret, & Ecclesiasticam disciplinam labefactatam restitueret. Pro metropolitana basilica, Archiepiscopio, & Archiepiscopalis mensæ ædibus reficiendis plura edidit mandata; fractæ enim opes, non fractum, sed infractum animum repererant, ut Symmachi verba usurpemus. Cumque in civitate domus nulla, ubi degeret, haberetur, ad Cervinariæ Oppidum se recepit. Ibi in Archipresbyterali Ecclesia Adventus tempore egregias habuit conciones, prout in præfato Montis Herculis Oppido toto quadragesimali tempore sequentis anni 1689. obivit.

Vita functo die 12. Augusti ejusdem anni Innocentio XI. Romam pro novo deligendo Pontifice adiit, & electus fuit Petrus Othobonus, dictus Alexander VIII. Cumque ibi degeret à S. Rituum Congregatione propriam Missam pro Indigete suo, D. Philippo Nerio, obtinuit, decreto lato die 11. Februarii ejusdem anni 1690 Eodem die, ac anno eadem Congregatio decretum edidit, quo annuendum dixit pro usu Pontificalium concedendo prælaudato Pompejo Sarnellio, insignis Collegii S. Spiritus Abbati: Apostolicum Indultum die 4. Aprilis expeditum fuit. Beneventum reversus Cardinalis Archiepiscopus mense Martio novum Archiepiscopium inhabitare cœpit die 11. Maii. Die verò 24. ejusdem festo SS. Pentecostes solemni ritu dictum Sarnellium Abbatem benedixit. Restituto intereà temporis sanctimonialium Cœnobio D. Petri,

tri, Cardinalis Archiepiscopus Neapolim petiit, ut utriusque cœnobii sanctimoniales reciperet, easque in civitatem reportaret, prout explevit, & in dicto restaurato cœnobio omnes deposuit, quousque alterum S. Victorini restitueretur, prout eodem postmodum restituto, ibidem collocatæ fuere. Eodem anno diœcesanam habuit visitationem. Eodem autem obeunte magnum Inventariorum opus omnium Ecclesiarum, ac locorum piorum civitatis, atque diœceseos expletum fuit. Inventaria prædicta in Archiepiscopali Archivo servata fuere; prout servantur alia postmodum confecta, nempe unoquoque decennio servata Sixtinæ Constitutionis forma. Vita functo sequenti anno 1691. die 1. Februarii Alexandro VIII. Cardinalis Archiepiscopus Romam prò successore deligendo repetiit, & prælaudatus Antonius Cardinalis Pignatellus electus fuit, ac Innocentius XII. nuncupatus. Numeris omnibus tandem metropolitanæ basilicæ restauratione absoluta, die 26. Maii 1692. feria II. Pentecostes, D. Philippi festo recurrente, Cardinalis Archiepiscopus, eamdem simul cum maxima ara solemni pompa dicavit, dedicationem præfatam honestante Nicolao Antonio Tura Sarnensi Episcopo. Successivè diversis diebus decem, & septem alias minores ejusdem basilicæ aras sacravit. An. 1693. mense Aprilis primum Provinciale Concilium habuit. In eo decem, & septem Episcopi, nempe suffraganei quatuordecim, ac tres honestantes interfuere cum Generali Montis Virginis Abbate, aliisque Abbatibus. Constitutiones Synodales à S. Congregatione Concilii die 26. Septembris probatæ, eodem anno impressæ fuere. Ibi itidem legitur Conciliaris Epistola Summo Pontifici Innocentio XII. data, qua supplices preces datæ fuere, ut spolia, quibus Neapolitani Regni Episcopi post mortem subjacebant, & in vitæ exitu ab Apostolicæ Nunciaturæ Commissariis vexabantur, remitterentur; prout rectissimus Pontifex Bulla abolitionis spoliorum data die 30. Januarii 1694. effecit, eodem spolio in Cathedralium beneficium relicto. Cujus præclari beneficii monumentum hic lapis à Cardinali Archiepiscopo in Metropolitana excitatus locupletissimè testatur.

Neapolitani Regni
Sublimia templorum tecta æternum
quatiat alleluja.
Nè deinceps nuda sint, Pastorum spoliis ditavit
Innocentius XII. Pont. Opt. Maximus
Instante Provinciali Beneventano Concilio
Celebrato
Mense Aprili Anno MDCXCIII.
Divino certe Consilio factum!
Pseudo-Clemens VII. his adinventis Spoliis
Urbanum VI. Neapolitanum Pont. Maximum
Spoliare nixus est.
Innocentius XII. Neapolitanus,
spoliorum abolitione.
Concivis memoriam, & Nationalium Ecclesiarum Inopiam decore vestivit.
Tanto Hierarchæ beneficentissimo
Hoc in marmore
Novùm trophæi genus
Non ex ademptis, sed ex remissis Spoliis
Fr. Vincentius Maria Ordinis Prædicatorum
Cardinalis Ursinus Metropolita
Ac cæteri Duodeviginti
Samnitium Provinciç Pontifices
erexerunt
Anno ab orbe Redempto MDCXCIV.

Hoc itidem anno 1693. die 15. Junii ad Civitatem Lucerræ suæ Provinciæ accessit, ac pluribus diebus in vim delegationis S. Congregationis Episcoporum, & Regularium dirimendis controversiis inter Episcopum Dominicum Morellum, ac Cathedralis Capitulum vacavit. Hoc eodem anno mense Novembri ad Civitatem Alipbi suæ Provinciæ accessit; ibique Cathedralis visitationem sibi à Provinciali Concilio, instante Josepho de Lazara Episcopo, demandatam laudabilibus datis decretis peregit. Anno 1694. mense Majo Oppidum Spinæ aureæ Venusinæ diœceseos adiit, ardua pro causa ab Innocentio XII. sibi delegata. Die 30. Decembris ejusdem anni viginti annua Anniversaria ad Metropolitani Capituli beneficium fundavit, constituta dote annuos ducatos 269. complente. Anno 1695. Capitularia ejusdem Metropolitani Capituli partim aucta, & partim moderata juxtà Provincialis Concilii sanctiones probavit, ac in lucem edita voluit. Edidit itidem hoc anno Beneventanum Synodicon, sex Papalia Beneventi habita Concilia, ac tredecim Beneventana Provincialia Concilia complectens, doctisque notis egregiè illustratum. Die 26. Maii ejusdem anni prævia Ordinarii facultate in Ecclesia Oratorii S. Philippi Nerii Neapolis Pontificalem Missam litavit, ac antè Vesperas, recurrente festo centesimi anni ab obitu dicti sancti, ejusdem laudes nobili panegyrico prosecutus fuit coram Eminentiss. Carrafa, de Aguirre, & Cantelmo. Die 2. Junii præfati anni possessionem insignis Abbatiæ S. Sophiæ hujus Civitatis à Benedicto Cardinali Pamphilio sub annua ducatorum bis millium pensione sibi resignatæ nactus fuit. Quare Ecclesiæ Sophianæ partim dirutæ, partim fatiscentis restaurationem statim aggressus fuit, eamque nobiliorem in scenam vertit. Dirutam campanariam turrim alio in loco ex marmore excitavit. Reliquias omnes sedulo recognitas, & concinnatas voluit, ac insignes in duabus argenteis thecis christallis munitis, atque ornatis, ac verè nobilibus recondidit. Anno 1697. mense Septembri Apostolicam Visitationem in oppido S. Bartholomæi in Galdo Vulturariensis diœcesis, exolvit, ac decreta prælo edidit. Die 27. Octobris ejusdem anni solemnem supplicationem omnium Reliquiarum hujusce Civitatis (Sophianis tantum exceptis) decentibus in thecis iisdem prius aptatis peregit. Lipsanothecæ præfatæ suis in Ecclesiis consignatæ fuerunt. Anno 1698. mense Majo secundum Provinciale Concilium coegit; in quo viginti tres Episcopi tam suffraganei, quàm honestantes interfuere. Hac occasione sacra Dom. Bartholomæi Apostoli lipsana recognovit, elevavit, concinnavit, porphyretica in urna recondidit, & post solemnem supplicationem in ara maxima novi, ac decentissimi templi recondidit. Die 5. Julii ejusdem anni in novum Monialium Cœnobium Ordinis S. Dominici Civitatis Montisfusci Sanctimoniales introduxit, & sub cura duarum Monialium, quæ ex Civitate Gravinensi tamquam Regulæ fundatrices accesserant, statuit. Eidem Cœnobio in redditum augmentum ducatos mille dono dedit. Post Innocentii Papæ XII. obitum die 27. Septembris anno 1700. secutum, Romam mense sequenti pro novi Pontificis electione adiit; & electus fuit Ioannes Franciscus Cardinalis Albanus, ac Clemens XI. nuncupatus. Cum Romæ degeret, sequenti anno 1701. die 2. Januarii titulum S. Sixti deseruit, ac Tusculanam optavit Ecclesiam; cujus possessionem nactus fuit die 19. ejusdem mensis, & urbanam, ac diœcesanam visitationem diligentissimè peregit, Confirmationis ministravit Sacramentum, ac Pontificalia munia obivit. Demum mense Februario Beneventum repetiit. Obtento amplissimo Apostolico Indulto usus Mitrarum cum indumentis, ac paramentis instar Abbatum pro Dignitatibus, & Canonicis suæ metropolitanæ basilicæ, die 24. Decembris Mitras solemni ritu benedixit, ac iisdem imposuit. Actio prædicta luculenter in ephemeridibus sequenti anno ad posterorum memoriam editis narrata fuit. Consimile indultum idem Pontifex anno 1715. Mediolanensis Ecclesiæ Canonicis concessit, asserens in diplomate se ad instar Ecclesiæ Beneventanæ concedere. Quod extat de ad instar Ecclesiarum Beneventanæ, ac Mediolanensis indulsit Neopatriarchalis

Ulys-

„ Ulyssiponensis Ecclesiæ Canonicis. Utrobique Mitrarum benedictio, ac impositio habita fuit, servata prorsus forma actionis in Beneventana Ecclesia præsolutæ, ac in dictis ephemeridibus enarratæ. Die 14. Martii anni 1702. hora 11. iterum terra contremuit, civitatis Templa, palatia, ac ædificia omnia, vel eversa, vel concussa fuere. Cardinalis Archiepiscopus in Archiepiscopio degens, & cum Capellano preces in D. Philippi Nerii honorem recitans, ejusdem ope etiam hac vice incolumis servatus fuit. Etenim non corruit dictum Archiepiscopium, sed fatiscens remansit. Sanctimoniales utriusque Cœnobii s. Petri, & S. Victorini ad varia Regni Cœnobia deduxit, ut ibi quousque diruta earum Asceteria restituerentur, moram traducerent. Suoque tempore decentissimè restauratis Ecclesiis, cœnobiisque, restitutæ fuere. Ob Philippi V. Hispaniarum Monarchæ Neapolim adventum Card. Archiepiscopus Neapolim petiit; dieque 21. Aprilis dicti anni 1702. simul cum Archiepiscopo Cardinali Cantelmo, Regem salutavit, à quo benignè exceptus fuit. Beneventum reversus, iterùm die 2. Iunii Neapolim repetiit, Regem adiit, eumque proficiscentem usque ad mare comitatus fuit; dieque sequenti Carolum Cardinalem Barberinum à latere Legatum itidem salutavit. Hoc eodem anno Clericos Regulares Pauperes Matris Dei Scholarum piarum huc evocavit, ut Collegium erigerent; iisque pro erectionis subsidio octo ducatorum millia erogavit. Præterea quingentorum ducatorum dotem Fratribus Ord. Prædicatorum hujus Cœnobii præbuit, ut singulis Sabbatis in sua absentia Marianum sermonem in Metropolitana habere tenerentur. Die 3. Decembris ejusdem anni 1702. Neapolim petiit enixis precibus ab Archiepiscopo Cardinali Cantelmo lethaliter ægrotante, accersitus; quem tamen melius habentem reperit. Verùm ingravescente morbo die 10. Sanctissimum Viaticum, ac deinde extremam Unctionem eidem ministravit, Pontificiam benedictionem impartitus fuit, & quousque spiritum edidit, animæ commendationem laudabili charitate, ac zelo peregit. Et tandem religiosissimè vita functo, in antiqui amoris, ac necessitudinis pignus oculos clausit. Eodem anno 1703. Clericorum Seminarii Regulas recognitas prius, castigatas, auctasque è typographia Archiepiscopali editas voluit. Die 29. Decembris ejusdem anni lectionem Sacrorum Rituum bis in hebdomada Missionariis à lectore peragendam instituit, statuta ducatorum quingentorum dote. Die 28. Martii sequentis anni 1704. Doctoralem præbendam pro uno Metropolitanæ Ecclesiæ Canonico fundavit, constituta ducatorum mille dote, qui annuos ducatos quinquaginta redderent; adjectaque lege, ut locorum piorum causas præbendam eamdem obtinens gratis tueri teneretur. Die 13. Aprilis ejusdem anni, tanquam Apostolicus Delegatus, Generali Capitulo Congregationis Montis Virginis interfuit. In eo Generalis Abbas electus fuit Honorius de Porcariis, qui deindè die 20. ejusdem mensis ab eodem Cardinali Archiepiscopo benedictus fuit. Die 31. Maii præfati anni post Vesperas, ac Marianum Sermonem præclaram Beatæ Mariæ Virginis imaginem musivo opere Romæ compactam, instar illius S. Mariæ Majoris de Urbe, à S. Luca pictæ, stato ritu benedixit; ac in ara S. Mariæ Majoris collocatam voluit. Peracta diœcesana Visitatione hujus anni, nonnulla Congregationis Montis Virginis Cœnobia mense Novembri, & reliqua sequenti anno Apostolica auctoritate visitavit. Die 3. Januarii sequentis anni 1706. Fratres Ord. S. Francisci strictioris observantiæ in Cœnobium decenter, cum Ecclesia SS. Annunciationis, extructum in Ceppaloni Oppido, hujus diœceseos, Apostolica itidem auctoritate introduxit. Die 2. & quarta mensis Junii præfati anni coram Domino Morello Lucerino Episcopo, ac Apostolico Delegato, aliisque necessariis ministris, ac testibus, postulatore Doa-

A „ sellio, super vita, ac virtutibus venerabilis servi Dei Gregorii Cardinalis Barbadici Episcopi Patavini deposuit. Depositiones in Secretario habitæ fuere, ac Romam earumdem autographum transmissum fuit. Die 23. Aprilis anni 1709. solemnis prius fuit habita per Civitatem supplicatio, in qua interfuere Archiepiscopus Sipontinus de Lerma, & quinque suffraganei Episcopi, ac Pontificius Gubernator. Tandem in tribus aris Sophianæ Ecclesiæ reposita fuere SS. lipsana, ibidem ab antiquo tempore existentia, recognita prius, ac concinnata. Sequenti die in Oppido Montis Herculis, tanquam Apostolicus Delegatus, in novum excitatum cœnobium Annam Theresiam, & Theresiam Franciscam de Avalos ex ejusdem Oppidi, ac Civitatis Trojæ Principibus Moniales Tertii Ord. S. Francisci, ex cœnobio Neapolitano SS. Trinitatis translatas, utpotè fundatrices, cum aliis puellis postea ibidem Deo dicandis, introduxit. Eidem cœnobio tria ducatorum millia dono
B dedit in annuorum redditnum augmentum implicanda. Hoc eodem anno, attenta Episcopali Vulturariensi Sede vacante, Administrator, & Visitator Apostolicus in dicta Civitate, ac diœcesi à Clemente XI. delectus, visitationem die 29. Junii incœpit; Confirmationis Sacramentum ministravit, ac Ecclesias decenter restauratas cum suis aris dicavit. Prodictæ diœceseos commoditate Synodales Constitutiones ab Episcopis Thoma Carrafa, & Dominico Surrentino evulgatas, sequenti anno 1710. Archiepiscopali in typographia cudendas curavit. Hoc itidem anno triginta super Exodi libro lectiones à Cardinali Archiepiscopo in Metropolitana recitatæ, excusæ fuere, ac anno sequenti iterum Venetiis editæ. Itidem Beneventanis typis anno 1711. prodiit liber nuncupatus, Il Tempo della Quaresima, e della Pasqua spiegato ab eodem Cardinali Archiepiscopo lucubratus. Die 11. Aprilis ejusdem anni 1711. Apostolicam visitationem in Civitate Montis Marani suæ Provinciæ
C cœpit, ac deinde prosecutus fuit. Die 19. Novembris anni 1712. datis prius encyclicis literis, tanquam Delegatus Apostolicus, in Oppido Campibassi Bujanensis diœcesis, suæ etiam Provinciæ, visitationem cœpit Ecclesiæ, & Cœnobii S. Mariæ Gratiarum Ord. Minorum S. Francisci de Observantia, Provinciæ S. Angeli, ac exinde alterius Cœnobii ejusdem Ordinis in eodem Oppido existentis. Sequenti verò anno alia ejusdem Provinciæ Cœnobia visitavit. Ineunte anno 1714. die nempè 5. Januarii, Apostolica auctoritate visitationem in Civitate Gravinæ cœpit, eamque absolvit die 24. Junii. Interea omnes Ecclesias decentissimè restaurandas curavit, restauratasque cum suis aris dicavit, Confirmationis Sacramentum ministravit, Beneventum dumtaxat paucos per dies pro functionibus Majoris hebdomadæ, & Paschatis habendis reversus. Die 2. Januarii 1715. in Oppido Jesphicis, auctoritate itidem Apostolica fultus, interfuit electioni Ministri Provincialis, ac Defini-
D torum Ordinis Minorum S. Francisci Observantiæ, prælaudatæ S. Angeli Provinciæ. Die 18. Martii ejusdem anni Romam adiit à Summo Pontifice Clemente XI. accersitus. Ibi Tusculanam deseruit Ecclesiam, ac Portuensem optavit. Possessione ejusdem nacta, modicam visitavit diœcesim, & pro majoris hebdomadæ, ac Paschalibus functionibus peragendis Beneventum regressus fuit. Anno 1716. mense Februario denuo Romam à præfato Pontifice, eleganti epistola propria manu conscripta, vocatus fuit, ut legationem ad Cæsarem haberet ad finem eum hortandi ad arma contra Turcarum Tyrannum capescenda. Verum post Cardinalis in Urbem accessum, à Cæsare certus redditus Pontifex de bello Turcis gerendo, maximas eidem gratiae de prompta obedientia, etiam hyemali tempore sæviente, præstita rependit. Hac occasione Cardinalis Archiepiscopus Portuensem diœcesim denuo visitavit, ac Beneventum regressus, majo-

ris

ris hebdomadæ, ac Paſchales perſolvit functiones. Expleto quinto Prædicatorum Ordinis ſæculo præfato anno 1716. die 22. Decembris à die fundationis ejuſdem, cum Cardinalis Archiepiſcopus dicto tempore ſolemni ritu feſtum peragere minimè potuiſſet, eo quod tunc Eccleſia functionibus Nativitatis Domini implendis dedita eſſet; proinde ad menſem Junii ſequentis anni 1717. diſtulit. Hujus rei gratia in Metropolitana Baſilica regio prorſus nitore ornata per dies octo præfatum quintum expletum ſeculum ducatorum quatuor millium impenſa celebravit. Die itaque 12. Junii primas Veſperas, dieque ſequenti, nempe Dominica Miſſam cum ſecundis Veſperis decantavit, feſtum præfatum quinque ſuffraganeis Epiſcopis honeſtantibus. Tota in Octava Miſſæ, ac Veſperæ à ſelectis muſicis Neapoli evocatis decantatæ fuere, ad hunc effectum duplici pulchro Choro pro vocibus, ac inſtrumentis prope Diaconalem amboaem parato. Hac occaſione maxima in ara expoſitum fuit præclariſſimum argenteum ejuſdem S. Dominici Simulacrum Cardinalis Archiepiſcopi ære conflatum, atque ab eodem prius rite benedictum. Infra octavam vel idem Archiepiſcopus, vel alii ſupradicti Antiſtites Miſſas, ac Veſperas decantavere. Primum panegyricum Montis Marani Epiſcopus ingenti plauſu recitavit; reliquos verò ſeptem alii præclariſſimi Oratores Neapoli itidem evocati. In die Octava generalis communio habita fuit, in qua tria hominum millia cum ſeptingentis, & triginta tribus ſacram Synaxim pro plenaria indulgentia lucranda ſuſceperunt. Prædicti omnes ſacro numiſmate, indulgentia in articulo mortis ditato, donati fuere. Tandem (Latina prius Oratione in gratiarum actionem à Magiſtro Rhetorices Societatis Jeſu habita) ſolemnis per civitatem peracta fuit ſupplicatio, ad D. Dominici templum; ubi præfata ſtatua in obſequentis animi pignus erga tantum ſuum parentem, ac Patriarcham ab Archiepiſcopo dono data relicta fuit. Hac occaſione S. P. Q. B. plura numiſmata partim argentea, partim verò ex auricbalco conflanda curavit. In iis una ex parte ejuſdem Archiepiſcopi effigies habetur, cum his literis circumcircà: Fratri Vincentio Mariæ Ord. Prædicat. Cardinali Vrſino, Epiſcopo Portuenſi, Archiepiſcopo Beneventano Senatus Populuſque Beneventanus. Altera ex parte conſpiciebatur effigies S. Dominici genuflexi ante æternum Patrem orantis, ac poſteriori ex parte Lateranenſem Eccleſiam habentis, in anteriore verò Angelum, camaurum in manibus geſtantem. Superiore autem in parte, hæc legebatur epigraphe. Sæculi quinti felicitas. Quæ quidem numiſmata Præſulibus, Sacris Oratoribus, Capitulo, Magiſtratui, præclariſque viris diſtributa fuere.

Anno 1718. publica luce prima Sermonum pars ſuper ſummæ Deiparentis vita à Cardinali Archiepiſcopo in Sabbatis habitorum donata fuit; & quamprimum ſecunda pars edetur. Præterea ſub prælo adhuc laborat ſecunda Scripturalium lectionum pars ſuper Exodi libro, ab eruditis enixè expetita. Lethaliter anno 1719. pleuritico morbo ægrotante Nicolao Cardinali Acciajolo, Epiſcopo Oſtienſe, ac Veliternenſe, ſacrique Collegii Decano, à P. Antonino Cloche Prædicatorum Ordinis Generali Magiſtro, etiam ſummi Pontificis hortatu, literis datis die 18. Februarii, Cardinalis Archiepiſcopus Romam accitus fuit; ut ibi præſens ſervata forma quintæ Conſtitutionis Pauli Papæ IV. anno 1555. die 23. Auguſti editæ præfatas Oſtienſem, ac Veliternenſem Eccleſias optare poſſet, ſacrique Collegii Decanus evaderet. Verum tunc temporis accedere renuit, nè amantiſſimi fratris, ac Collegæ ſui mortem optare, ac rem peragere videretur a Generali Lateranenſi Concilio graviſſimis hiſce verbis deteſtatam, atque in cap. ſecundo de conceſſione præbendæ relatis. Turpe eſt, & divini plenum animadverſione judicii, ſi in Eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio locum habeat, quam ipſi etiam Gentiles condemnare curarunt. Præter quamquod aut perlongam in Vrbe moram trahere, ſi protractus fuiſſet Decani morbus, aut ſi benè convaluiſſet, ſuos ad lares ſummo cum rubore redire coactus fuiſſet. Quare nonniſi præhabito certi obitus nuncio, & poſt acceptas reiteratas epiſtolas, ac etiam prius eidem Cardinali Decano, principe in templo Juſtis religioſiſſimè celebratis, Tuſculum acceſſit, ac exinde ad ſuburbanam S. Paſtoris villam ſe recepit. Ibi ſupplici Epiſtola Sanctiſſimo ſuum prius ſignificavit adventum, ac poſteà expoſuit, ſe nolle cum Fulvio Cardinali Aſtallo litem contrahere, quippe qui is, tamquam antiquior poſt ſe ex Cardinalibus in Vrbe tempore mortis prædicti Decani degentibus, præſens fuit; nec optare in judicio expendi, utrum Paulina Conſtitutio de præſentia requiſita tempore mortis ejuſdem Decani, vel potiùs tempore vacationis, & antequam in Conſiſtorio fiat optio, ſit intelligenda: non enim in votis habebat partem ullam in judicio incipere, ac proſequi, ab Apoſtolo in Epiſtola ad Titum optimè edoctus: Servum Dei non oportet litigare; atque ex alia ejuſdem Apoſtoli ad Corinthios: Si quis videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. Ideò omnia ſibi competentia jura ad Sanctitatis ſuæ pedes libentiſſimo, atque obſequentiſſimo animo depoſuit. Ad hæc addidit ſe Beneventanæ Eccleſiæ obſtrictum reperiri, ad ſacri verò Collegii Decanum, eumdemque Oſtienſem, & Veliternenſem Epiſcopum multiplices curas, nec levem pro animarum regimine vigilantiam incumbere, optare proinde, atque obteſtari, ut quacumque ratione poſthabita, dignitas Decanatus præfato Cardinali Epiſcopo Aſtallo ex reſidentibus in Romana Curia antiquiori deferretur, eidemque Eccleſiarum Oſtienſis, & Veliternenſis optio permitteretur. Verùm ſanctitati ſuæ enixas porrexit preces, ut in propoſitione prædicti Cardinalis Aſtalli in Conſiſtorio habenda, expendi demandaret articulum; an reſidentia Cardinalis antiquioris in primo Epiſcopatu requiſita ab Urbani VIII. Conſtitutione 130. §. 17. edita die 18. Decembris 1634. ſit publica, ac neceſſaria cauſa, vel potius voluntaria, & privata, à Paulina Conſtitutione excepta, cum hoc alios decem, & ſeptem Cardinales Epiſcopos in Italia jugiter, ac laudabiliter ſuis in Eccleſiis reſidentes tangat; nè ipſi contra jus Divinum, Sacros Canones, ac præfatam Urbanam Conſtitutionem, reſidentiam deſerere cogantur, vel ſaltem, audita lethali Decani infirmitate, ad Urbem præcipites accedere adſtringantur, magno Heterodoxorum ſcandalo, ad ſinem Decanatum prenſandi ac numerandi ſingula agonis mox morituri Decani, momenta; vel ipſo in ſalutem reſtituto ſuam ad reſidentiam redire cum turpi ambitioſi nota, ab ipſis etiam Ethnicis damnata, itidem cogantur. Itaque digniſſimus Pontifex ità peragere ſpopondit, ac non tantùm eatenus affirmavit die 30. Martii eidem Cardinali Archiepiſcopo ad ſe evocato, ſuoſque ad pedes provoluto, verum etiam eidem Beneventum reverſo, honorifico Brevi dato Romæ apud ſanctum Petrum die 8. Aprilis ſe quam primùm peracturum obfirmavit. Exinde ut rebus facta reſponderent, idem Pontifex in allocutione ad Cardinales habita in Conſiſtorio feria IV. die 20. Aprilis ita peregit, nempe ad iſtâ declaratione, quod ſimili in poſterum occurrente Decanatus vacatione, ſalva, & illæſa remanerent, ſi quæ eſſent, jura Cardinalium Epiſcoporum, qui Cardinalatu quidem eſſent antiquiores, ſed extrà Romanam Curiam in

prioribus suis Episcopatibus tunc cessiderent, dummodò è converso salva itidem, ac inviolata persisterent jura aliorum quorumcunque antiquiorum Cardinalium in eadem Romana Curia tunc commorantium. Qua de causa reservantis hujusmodi juribus Cardinales Astallius Ostiensem, ac Veliternensem optavit Ecclesias, ac Decanus evasit, reverso porrò Beneventum, ut supra prætulimus, Cardinali Archiepiscopo, hujus rei gratia exquisitis laudibus, maximoque plausu in Urbe, ac Orbe ab omnibus honestato. Reliquum est, ut ab eodem Pontifice perpensis prius prælaudatæ Paulinæ Constitutionis verbis nova, ac clara super hac re edatur Bulla, nè ancipiti diutius, varioque sententiarum judicio in ambiguum, atque incertum Paulina præfata trahatur; atque in posterum super ea controversiæ ullæ, aut dissensiones inter Cardinales oriantur. Quanta mæstitiæ nebula Beneventanorum animos resperserat timor aliquot per menses Antistitem suum amittendi, ut Ostiensis Ecclesiæ, ejusque diœceseos visitationi operam dare posset, si præfati Episcopatus optionem fecisset, tanta eos lætitiæ luce faustissimus ejusdem regressus superduxit, mærоremque demulsit. Lætitia maximopere aucta fuit, cum idem Cardinalis, vix reversus, inceptam extra mœnia Ecclesiam cum Cœnobio S. Mariæ Angelorum, Fratrum Ordinis B. Mariæ Servorum, perfici mandavit decem ducatorum millibus largiter erogatis. Et quod omnium excepit plausum, id est, quod absoluto opere, ac Fratribus optato postliminii jure reversis, marmoreo in monumento, proprio tantum Servorum ære Ecclesiam præfatam cum Cœnobio fundit us erectam fuisse, posteris testatum voluit, humanæ gloriæ phaleras conspuens, atque expuens. Pro novo erigendo Societatis Jesu Collegio mense Augusto ejusdem anni primum imposuit lapidem, ac quinque ducatorum millia hactenus pro ejusdem structura impendit. Quod quidem Collegium ita magnificè extrui cœpit, ut cum Deo favente, numeris omnibus erit absolutum, nullum præter hoc Neapolitano in Regno Societatis Collegium, aut magnificentius extructum, aut quod Conditoris sui pietatem cum munificentia conjunctam nobilius eloquatur, forsan conspicietur. Neque hic silentio obruendum est, quod prius pro absolvendo prælaudatæ Societatis Jesu templo quatuor ducatorum millia cum centum nonaginta duobus erogaverat; pro restituendis templo, cœnobioque S. Dominici sui Prædicatorum Ordinis decem, & septem millia cum quatuorcentum octoginta tribus ducatis impenderat; ac pro Patrum Congregationis Cœlestinorum Asceterio duo millia cum tercentum, & quadraginta tribus ducatis donaverat; Fratribus Carmelitis discalceatis decem ducatorum millia pro Cœnobii fundatione dono dedit. Montem pro diœcesanarum Ecclesiarum restaurationе erexit, constituta ducatorum sex millium dote. Hæc summa singulis annis pauperculis diœcesis duntaxat Ecclesiis mutuo datur: adjecto pacto post annum summam mutuo receptam restituendi, ut Mons integram semper valeat, ac in perpetuum pro sacris diœcesanis fabricis statuta dos inservire valeat. Pro quotidiana Matutini Officii recitatione à Metropolitanæ Basilicæ Canonicis, ac Mansionariis peragenda, viginti quinque ducatorum millia cum septingentis quinquaginta erogavit. Novum in Vitulani Oppido erexit Collegium, septem Canonicis constans, cui pro quatuor Canonicis quatuor ducatorum millium constituit dotem. Pro Domini Præsepe quotannis in Metropolitana instaurando ducatorum mille dotem dedit. Ad explodendas usuras, frumentarium in Civitate Montem, aliosque centum sexaginta sex, pauperum subsidio in diœcesi, aut suo erexit ære, vel auxit. Divi Bartholomæi Xenodochium bis dirutum, bis excitavit, in quo singulos peregrinos per tres dies alit; iisque pedes abluere, mensæque humiliter inservire consuevit. Omnia Ecclesiastica Civitatis, ac diœceseos Archiva, etiam Beneventanæ Communitatis, proprio ære concinnavit. In Divi Deodati Cœnobio Fratrum Ordinis S. Joannis de Deo ambulacrum cum suis adjacentibus cubiculis excitavit, aliaque fatiscentia suffulsit. Magnam Nosocomii aulam fornice contexit, ornavitque. Viginti etiam ægrotorum cubilia necessaria supellectile opipare instruxit. In D. Francisci Asceterio, Ordinis Minorum Conventualium, cubicula pro tyronibus excipiendis adornavit; ante enim terræmotum anni 1688. probationis domus erat, dirutoque Cœnobio Nolam tyrocinium, quousque hic restitueretur locus, translatum fuit. Cujus rei gratia quamprimum probationis domus, ut prius, hoc Asceterium prodibit. In D. Augustini Cœnobio Ordinis Eremitarum plura terræmotu diruta restituit cubicula, ac in præsens structuram prosequitur. Quia etiam hic tyrocinium efflorescebat, ac dira anni 1656. lue aruit; ideo in votis habet tyrocinii quoque locum funditus excitare, ac tyrones, qui in præsens in Solofræ oppido aluntur, restituendos curare. Itaque dicere possumus nullam Ecclesiam, Cœnobium nullum in hac Civitate, ac Archidiœcesi haberi, quæ Cardinalis Archiepiscopi Ursini beneficentiam aut stemmatibus, aut inscriptionibus marmoreis testatam minimè depromant, ac buccinent. Cum hæc civitas (duo quamvis inter flumina à Diomede Ætoliæ Rege extructa) fontanis aquis intus careret, ac summa ejusdem pars puteis carens, aquis maximè indigeret, idem Cardinalis Archiepiscopus, Theodoretum Cyrensem Antistitem, qui (teste Cardinali Baronio) aquis Urbem carentem, aquis abundè replevit, æmulatus, longa extructo aquilegio, decem aureorum millium impensa, largas in eam intulit aquas; atque antè Sophianum templum, cujus est perpetuus Commendatarius, fontem excitavit. Tanti Beneficii memor S. P. Q. B. lapidem in fonte in D. Bartholomæi platea postmodum extructo stare voluit, hoc præferentem encomium.

Fratri Vincentio Mariæ, Ordinis Prædicatorum,
Episcopo Portuensi S. R. E.
Cardinali Ursino Archiepiscopo,
Quòd post CLXVII. frumentarios Montes
Esurientibus erectos,
Salubres sitientibus suffecerit Aquas:
Tanti Beneficii memor S. P. Q. B.
Benefactori insigni
Perenne Monumentum posuit
Anno MDCCXVIII.
Clemente XI. Pontifice Maximo,
Josepho Erculano Gubernatore,
Joanne Hieronymo Albino, &
Bartholomæo de Leone,
Hujusce Fontis structuræ Deputatis.
Gaudete Cives, ac Pastori Optimo,
Qui vestram semper salutem sitiens,
Ne vos sitientes aspiceret,
Largas intulit Aquas,
Uberes grates persolvite.

Ecclesiasticæ immunitatis, ac libertatis acerrimus semper assertor, ac vindex, plures Regni Proceres anathemate perculsit; attritisque demisso animo absolutionem poscentibus, satisfacto prius Ecclesiæ, ac fisco, in forma consueta absolutionem impendit. Gregis sui salutis semper memor Apostolicum Missionarium statuit, qui singulis triennis totam lustrans diœcesim, Missiones in ea peragere teneretur. Quare prælaudatæ Societatis Jesu Collegio tria ducatorum millia hac lege erogavit. Constitutiones, seu statuta pro duobus Urbanis, aliisque sex diœcesanis collegiis, ac etiam pro una, & viginti Conventualibus, seu, ut vulgò ajunt, receptitiis Ecclesiis, itidem diœcesis, recognovit, auxit, probavitque. Suppresso Innocentii Papæ X. jussu Ordinis Minimorum Cœnobio in Oppido S. Georgii de Montanea, Apostolica auctorita-

te suffultus, servatisque servandis, Fratres ordinis Minorum S. Francisci strictioris observantiæ in illud introduxit. Præterea in aliud, ut supra itidem suppressum in S. Georgii de Molaria Oppido existens cœnobium eadem Apostolica auctoritate, sui Prædicatorum Ordinis Fratres Congregationis Cavotorum introduxit, dono eidem Cœnobio datis duc. mille in annuorum redditutum augmentum implicandis. Metropolitanæ Eccl. gazophylacium aureis, deauratis, ac argenteis vasis, atque ex auricalco, ac etiam pretiosa supellectile, auro texta, vel ornata ditavit. Ipso hortante, ac urgente Ecclesiarum bona adeo aucta fuere, ut earundem redditus, duplici quamvis terræmotus clade attriti, in duplex excreverint. Cumque an. 1686. annua ducatorum millia 67051. 84.7. explerent, in calculum sedulo revocata anno 1715. ad 135936. 28. excrevisse præfati annui redditus deprehensi fuere. Proinde S. Job effatum ovans occinere valuit. Addidit Dominus omnia quæcumque fuerant, duplicia.

Innumera Edicta prælo edidit, quæ duo ingentia conflare possent volumina. Inscriptiones marmoreæ, quæ in perenne grati, obsequentisq; animi pignus inclyto Præsuli in Civitate, ac diœcesi Beneventana erectæ fuere, itidem innumeræ habentur; adeoque numerari minimè valent. Sufficiet dicere tantum Præsulem in beneficiis conferendis, gratumque aliorum animum in excitandis insigni Benefactori monumentis semper decertasse. Spatio annorum quinque, ac triginta, quo Cardinalis Archiepiscopus hanc laudabiliter rexit, prout faustissime hoc anno MDCCXXI. regit, Ecclesiam sexcenta, & nonaginta octo millia cum quingentis, ac nonaginta tribus ducatis impendit. Præsul hic, magnum Litterarum decus, ac Litteratorum Mæcenas, cui in præsens Christiana Europa paucos pietate pares, doctrina neminem majorem inspicit, suos inter nobiles Aulicos nonnisi doctrina spectatissimos cooptatos semper voluit. Testantur hoc tredecim Infulæ, quibus usque adhuc tredecim ex eis honestati fuere, ut potius dicere velimus Infulas ab eis jure optimo honestatas. Testantur itidem plurima variæ eruditionis opera ab Ursinis Aulicis, tanti Viri exemplo doctis, & ductis, publica luce donata, ac profusissimis Eruditorum omnium plausibus excepta, ac consecrata. Ad prædicta omnia addendum remanet, quod præfatus Cardinalis Archiepiscopus annua visitatione diœcesim media pro parte lustravit suam; Civitatem verò unoquoque biennio. Confirmationis Sacramentum per annos singulos administravit, generales Ordinationes statutis temporibus semper cum cantu celebravit. Quadragesimales cursus plures persolvit. In Dominicis Adventus, ac solemnioribus festis, præter Sabbati dies, doctas, ac sacra eruditione refertas semper habuit conciones. Omnibus festis diebus, ac quandoque etiam ferialibus præsertim Quadragesimæ, ac Adventus in Metropolitanæ Basilicæ Choro horas canonicas recitavit, aut decantavit, Missæque conventuali interfuit. Per totum annum 1720. sacro latice expiavit 318. confirmavit 81881. initiavit Clericos 2312. Ostiarios 1609. Lectores 1416. exorcistas 1472. Acolytos 1492. Subdiaconos 1518. Diaconos 1491. Presbyteros 1625. Consecravit Episcopos duodecim; Abbates Infulatos sexdecim benedixit; Abbatissas quatuor, Sanctimoniales 157. Matrimonia sexdecim celebravit; Extremam unctionem vigintitribus ægrotis ministravit; primos lapides 26. benedixit, ac imposuit. Ecclesias 345. sacravit. Altaria fixa 1386. Portatilia 620. Polyandria, seu Cœmeteria 90. benedixit; Patenas vero 821. Calices 714. Campanas 614.

Demùm tantus Purpuratus Antistes tot, tantaque gessit, ut vix explicari valeant. Dicere sufficiet hanc Civitatem, ac diœcesim sacris, profanisque ædibus adeo bearfasse, ut alteram prorsus induisse formam videantur. Quod autem de Augusto historicus ille jactitavit, de eo jure dici potest, Marmoreum se relinquere Beneventum cum sua diœcesi, quod lateritium acceperat. Reliquum est eidem diuturnissimos apprecari annos, ut ad majorem Dei, ac magnæ Deiparentis gloriam, in sibi concrediti gregis utilitatem, in perenne nominis sui decus, atque in aliorum Antistitum exemplum, innumera alia gerere valeat, atque de eo illud Ecclesiastici cap. 50. effatum ad literam comprobatum dici possit: Ecce Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit Domum, & in diebus suis corroboravit Templum, Templi etiam altitudo ab Ipso fundata est, duplex ædificatio.

ABELLINENSES
EPISCOPI.



ABELLINUM, vulgo *Avellino*, antiquum Hirpinorum oppidum, civitas est ulterioris Principatus in loco editiore ad Sabatum flumen apud Montis-Virginis radices posita; abest à Benevento Metropoli ad xvi. M. P. à Neapoli xxx. Ejus meminit Ptolomæus. Plinius lib. 3 cap. 5. in secunda Italiæ Regione Abellinates populos commemorat. Exordium illius prorsus ignoratur; quamobrem qui ejus auctores adstruunt Jani filios, & ab ipsis in honorem Abelis cognominatam in fabulas Anuii inciderunt. Sunt qui scribant à populis destructæ Avellæ Campaniæ felicis urbis antiquissimæ suum habuisse exordium, & nomen Avellini deinceps in Abellinum derivasse; sed longe diversa fuit Avella inter Campaniæ felicis urbes connumerata ab Avellino Hirpinorum oppido. Credunt alii ab Velliæ, seu Avelliæ urbis finitimæ ruinis initium & nomen sumpsisse. alii narrant Bellinum primum, à Bellinæ Deæ vanissimæ cultoribus, qui illud exædificarunt, vocatum, in Abellinum postea commutatū. Ut ut res sit, antiquissimæ tamen illud fuisse fūdationis omnes conveniunt, & Abellinum deductam fuisse Coloniam testatur Frontinus de Coloniis. *Abellinum*, ait, *muro ducta Colonia lege Sempronia iter populo non dabitur, ager ejus veteranis est assignatus.* Celebris urbs antiquitus fuit Abellinum, titulo hodie Principatus illustris nobilissimæ, ac vetustissimæ Caracciolæ gentis, ante annum vero nostræ salutis DCCCXC. Comitatus dignitas ibidem instituta est ab Ajone Beneventanorum Principe, ut Herempertus scribit. Cæterum jam inde ab Apostolorum alumnis, *a* cum finitimis populis fidem Christi suscepisse Abellinum arbitrantur nonnulli, quam deinde ex Imperatorum persecutione jam fere extinctam, sua prædicatione in paucis fovisse Modestinum Antiochenum Episcopum cum sociis suis Flaviano, & Florentino huc ex Angeli monitu accersitum, & in pace prope Abellinum quievisse, Diocletiano, & Maximiliano Impp. quorum sacra pignora post multa sæcula in Cathedralem translata fuere. Narrant M.S Acta, ex quibus Ferrarius, eadem persecutione Diocletiani, Hippolystum, quem Hippolysterum vocant, Presbyterum Antiochenum cum Sabino Episcopo, & Romualdo

a Seu potius ab ipso Apostolorum principe, ut ex actis infra referendis.

Le-

Levita, aliisque sociis, Abellinatibus in fide confirmandis plurimum insudasse, & postquam octo millia circiter hominum ad fidem convertisset, Oratorium apud Templum Jovis Capitolini in ipsa urbe extruxisse, ac proprio sanguine apud Atripaldum milliario ab Abellino coronam meruisse Martyrii, & ibidem cum sociis hucusque venerari. Itaque eliminata Idolorum spurcitia, redditaque per magnum Constantinum Ecclesiæ pace, templa à veteri impietate, ad novam Salvatoris nostri pietatem traducta, cultu Sanctorum sunt illustrata, adeo ut Ecclesiastica Hierarchia, & Episcopalis dignitas coastabilitæ fuerint. Primus qui occurrit ex vetustis Episcopis, Timotheus est, qui Synodo Romanæ sub Symmacho interfuit anno 502. nisi velimus ante ipsum sanctum Modestinum civitatis Patronum, & Sabinum Tripaldæ tutelarem connumerare; sed ii Episcopi Abellini a non fuerunt, ut ex Actis eorum facilè percipi potest, quæ adeo depravata circumferuntur, ut maxima castigatione indigeant, ut in Modestini compendiosa vita observat Ferrarius die 10. Iunii. Anno Domini DCCCCLXIX. Ioannes XIII Papa Metropolim Beneventanam erexit, deditque facultatem Archiepiscopo ejusdem consecrandi Episcopos iis in locis, in quibus jam fuerant, inter quos numeratur Abellinus, tanquam suffraganeus primarius, & recensetur in valvis æneis Beneventanæ Metropolis. Quamobrē haud negandū est multo ante Episcopali dignitate Abellinum fuisse ornatum. Huic Ecclesiæ Frequentinam desolatam, ac propemodum destitutam Paulus II. an. MCCCCLXVI. 7. die Maji perpetuo univit: perdurat fœdus, atque unio, idemque Præsul Abellinensis, & Frequentinensis titulo decoratur. Mensæ Episcopalis annuus census utriusque Ecclesiæ ducatorum Regni 2700. taxatur in lib. Fisci Apostol. ad flor. 100. Cathedralis Abellina Beatissimæ Virgini Mariæ Assumptæ dedicata est, decentis structuræ, divesque sanctorum reliquiis Modestini civitatis Patroni, Spinæ unius coronæ Domini, vivificæ Crucis frustuli, Laurentii Martyris, aliorumque sanctorum Martyrum. In ea sacris ministrant Canonici undecim, ex quibus tres dignitate eminent, Archidiaconus, Archipresbyter, & Primicerius, Presbyteri plures, & Seminarii clerici. Quinque sunt in hac civitate virorum Monasteria, quatuor Mendicantium, unum Monachorum Montis-Virginis, quod Comes Raioulphus incœperat; post multa sæcula Maria de Cardona Comitissa jam desolatum, à fundamentis reædificavit; Monialium Cœnobium unum. Diœcesis Abellina satis ampla, continet oppida decem & novem, inter quæ Atripalda frequentia hominum, & sanctorum Martyrum Cœmeterio illustris. Hic sub Confessione, seu Crypta supra mille, & trecentos annos corpora sanctorum Hippolyti, seu Hippolysti, ac Sociorum, tum & Sabini Episcopi & Confessoris, ac Romuli Levitæ jacuerunt occulta; superioribus verò annis reperta decentiorem in locū translata sunt. Eorum inventionis, atque translationis historiam narrat doctus Bollandus tom. 2. Febr. die 14 b In universum autem Diœceses Abellinensis, & Frequentina simul unitæ habent Ecclesias Cathedrales duas, Collegiatas Curatas decem, curatas tantùm vigintiquatuor, Regolarium monasteria viginti quatuor, simplices, & Oratoria centum vigintiquinque, Confraternitates octuaginta, simplicia beneficia quinquaginta septem, Hospitalia octo, Montes pietatis quatuor, Monialium unum, Conservatorium virginum unum: fidelium animæ in totum recensentur supra triginta millia. In hac Diœcesi S. Guilielmus Vercellensis, auctor Congregationis Montis-Virginis nobile fundavit Cœnobium sanctæ Mariæ, quod à loco, Montis-Virginis nuncuparunt, quod ob celebritatem loci, ac Monachorum incolentium sub Apostolica potestate a Summis Pontificibus susceptum à Diœcesana subjectione liberum evasit, cujus initium, progressumque descripsit Jacobus Jordanus olim ejusdem

a Hi quoq; accensendi sunt inter Episcopos Abellin. ut infra dicemus.

b Imo die 9 ubi agitur de SS. Sabino, & Romulo, quæ verò ad S. Hypolytum spectant, tractat Henschenius in tom. 1. Maii pag. 41. & seqq.

Ord. Generalis, nunc Laquedonensis dignus Episcopus. Abellinenses autem Episcopi sequentes sunt à nobis observati, ex diversis monumentis; pauci tamen, & Actorum jejuni juxta morem hujus Provinciæ.

(„ *S. SABINUS c, Abellini nobili genere natus, à* I.
„ *B. Petro Apostolorum Principe in suo, vel primo,*
„ *vel secundo Romam versus itinere baptizatur, &*
„ *christianis mysteriis adeo feliciter imbuitur, ut unum*
„ *ipsum S. Apostolus suum Vicarium Abellini reliquerit, adeoque primum Præsulem novæ huic Christianitati dederit. Vineam Domini ab eodem plantatam, non modo suis gloriosis sudoribus, exemplis, ac doctrinis, sed etiam sanguine fœcundavit, passus quidem sub Trajano ann. 109. & ipsius sepulchro hæc fuit apposita epigraphe.*

c De eo Acta Ss. Febr. t. 2. p. 781.

„ Si nescit mens sancta mori; si pura voluntas
„ Cum membris nunquam præcipitata ruit.
„ Vivis in hoc Mundo, meritis post facta, Sacerdos:
„ Atque tuos titulos nulla sepulcra tenent.
„ Civibus auxilium, solatia semper Egenis
„ Præstabas animis, pectore, mente Pius.
„ Justitiæ lector, sacri servator honesti.
„ Nunquam furta tibi, nec placuere doli.
„ Tempsisti Mundum semper Cœlestia captans
„ Quotidiana tibi lucra fuere Deus.
„ Sacra colens sacrum nunquam corrumpere nosti
„ Præmia, nec fidei subripuere tuæ.
„ Communis, carus, humilis adum summa teneres:
„ Dives semper erat, & tua larga manus:
„ Testatur Præsul, sedes reparata, Sabine
„ Authoris clari lucida facta sui.

„ *Ejus ossa statis quidem temporibus manna resudant, ut in die 9. Februar. anniversario ejus passionis, in Dominico Adventu, in die S. Catarinæ V. & M. & in festo Sanctorum Omnium; cum verò copiosè redundat, ubertatem anni sibi populares ominantur. Ita naperimus omnium, qui de Abellino scripserant, Franciscus de Franchis Societatis Jesu Sacerdos omnigena doctrina præditus, concionator eximius, venerandæ antiquitatis cultor, ingeniique sui monumentis clarus in suo opere, quod inscripsit* Avellino Illustrato da' Santi, e da' Santuarii *lib. primo cap. 3. 4. & 5.*

„ *N . . . . quem ideo hic II. Abellinensem Præ-* II.
„ *sulem dicimus, quia qui sequitur, ex antiquo chronico, III. Episcopus dicitur.*

„ *S. ALEXANDER III. itaque Episcopus, & ci-* III.
„ *vis Abellinensis natus ann. sal. circiter 90. à S. Sabino primo Episcopo Sacerdos consecratus, quo zelo divinæ gloriæ, & animarum salutis flagrarit, dixisse sufficiat; difficillimis illis temporibus suæ patriæ renunciatus fuit Protomista. Catholicam fidem propalavit, eamque non modo vitæ exemplaritate, sed, quod caput est, etiam prodigiis confirmando, adeo ut ad temporalem vitam Luceiam popularem suum idololatram defunctam revocavit, ut beatæ æternitatis compotem sancto baptismo redderet: quo signo excitati ipsius genitores, & centum vigintiquinque adstantes Christianam fidem amplexati fuere. Frementibus autem fictilium Numinum Sacerdotibus eorum cultores quotidie decrescere, Alexander ferreis vinctus catenis Romam perducitur insequentibus eum Crescentio presbytero, Bonifacio, & Vitali suis Diaconibus. Coram ipso Tyranno sævissimè verberatur, & in teterrimum carcerem detruditur quatriduo ad deliberandum assignato, utrum vellet in sua religione persistere, an sculptilibus Diis immolare. Ab Angelo autem Domini liber è custodia eductus crucifixi gloriam Romanis gentibus denunciat, prodigiorum mira semper sigillo conciones suas obsignans. Quare iratus summopere Antonius primum Equuleo torqueri, posteà accensis facibus ejus amburi latera, demum ferreis scorpionibus integrum corpus dilaniari voluit; quo facto sperans à sua sententia recessurum ad s . num*

Apol-

Apollinis, ut litaret, deduci jussit; sed coram glorioso Christi Athleta ædes illa primum contremuit, postea in majorem partem concidit. Acrioribus idcirco furiis agitatus Imperator, in Amphitheatro belluis objectum voluit; sed hæ suæ ingenitæ feritatis oblitæ ipsius lambere pedes: ignis ipse, in quem ferventem conjectus fuit, illicò in cineres consedit. Quo viso magni nominis miles Herculanus nomine Christi militiæ nomen dedit, pro qua etiam sanguinem fundere meruit. Imperator Alexandrum capite tandem percuti jubet; per viam itaque Claudiam XXI. M. ab Urbe passus incedens ab obvia vidua velum, quod in capite gerebat, cum sponsione restitutionis post mortem mutuatur, ridentibus Idololatris, qui illis verbis deceptam mulierem credebant. Sed ille gloriosus Christi Agonista suos contegens oculos in eadem via collum intrepidè securi obtulit die 21. Sept. ann. sal. 154. Imperat. Antonini 15. Illo cadente terra contremuit, illius regionis vicus concussus, velum illud invisibili manu viduæ restitutum, & ab ipsa lictoribus, ac Cæsareæ Ministris iræ ostentatam complures ad veræ fidei confessionem adduxit. Sui Abellinates discipuli ejus corpus in loco, ubi quatuor ante dies ignem extinxerat, sepelierunt; Pontifex autem Damasus illud in urbe vehit die 26. Novembr., ejusque nomini oratorium dicavit, cavitque, ut ejus memoria in die translationis recoleretur, ut quotidiè in illa Sacerdotum vivit, qui in sacro canone incruenti sacrificii illum invocant.

IV. *S. MODESTINUS Patriarcha Antiochenus post strenuè navatam operam pro fide catholica, & Antiochiæ contra Diocletianum, & in magna Græcia inter Locrenses, & Thurinos contra Maximianum vincula, tormenta, carceres Christiana constantia substinendo, à quibus prodigiosè semper exemptus, alio semper ab Archangelo translatus, ut negocium orthodoxæ religionis facesseret, huc tandem pro eodem effectu adductus fuit. Et reapse fidem ab Apostolo Petro plantatam ab sanctis Episcopis, & martyribus Sabino, & Alexandro irrigatam, difficillimis illis temporibus pene exarescentem, adeo suis sudoribus vivificavit, ut in prima ad Abellinates concione miris etiam perpetratis quatuor mille, & amplius Christianæ fidei nomen dederint, è quibus bene à se diu noctuque instructis alios Cathechistas, alios concionatores, sacri altaris alios, sacrorumque ministros voluit. Sic religio orthodoxa revixit, &, frustra Tartaro obnitente, profundissimas radices jecit. Cœlesti tandem oraculo monitus de suæ peregrinationis termino in locum Prætorium nuncupatum, hodie* Pretura, *propter radices Vergiliani Montis cum suis sociis Florentino presbytero, Flaviano diacono, & nonnullis aliis secessit, ibique continua contemplatione jam inter cœlites esse videbatur, donec verè ad illos cum Florentino, & Flaviano migravit die 14. Febr. ann. Domini 305., quo eodem momento suis familiaribus cœlesti luce radiantes apparuere, superque eorum capitibus candida columba miro etiam nitore conspicua volitare visa fuit, tresque Angeli cum tribus Coronis ipsorum triumphalem in cœlos ingressum fecerunt, dum interea piissimi Abellinates ibidem tria S. corpora sepelierunt, in medio S. Episcopum Modestinum cum argentea in pectore columba, Florentinum à dextra, Flavianum à læva posuerunt, quo super sepulchro ritè signata oratorium condiderunt, ubi Omnipotens Deus intercessione suorum servorum fidelium innumera implorantibus elargitur suæ munificentiæ signa.* De Franchis.)

V. 1 TIMOTHEUS Abellinatis Episcopus interfuit Romanæ Synodo celebratæ à Symmacho Papa an. 499. 500. 501. Creditur quod idem sit Abellinatis, & Abellinensis. Post hunc per sexcentos ipsos annos desiderantur Episcoporum nomina.

VI. („ *S. HORMISDA, natione Campanus, patria Venafranus, Justi filius, Abellini post mortem uxoris suæ una cum suo filio Sylverio Clericali militiæ conscriptus, huic Ecclesiæ præfuisse dicitur à laudato de Franchis. Romanam deinde Cathedram per ipsius Symmachi mortem die 26. Jul. 514. implevit, in qua ut sanctissimè semper vixerat, ita sanctissimè mortalitatem conclusit an. sal. 524. De ipsius in supremo Pontificatu gestis consule Baronium, & Ciaconium.*

VII. *S. SYLVERIUS, Hormisdæ Pontificis filius, à proprio suo genitore, Abellinatis, cui ipse præfuerat, Ecclesiæ Episcopus constituitur. Quid in ea se dignum gesserit, temporum injuria nescimus. Hoc unum vere dicere possumus, illum renisse ea sapientiæ, sanctitatis, & Apostolici ferroris laude, ut jam Subdiaconus Regionarius meruerit an. 536. etiam supremus hierarcha renunciari.*

VIII. *S. Sylverio in hac Ecclesia successit S. JOANNICIUS an. 535. quam sanctissimè rexit an. 21. usq; ad 556., in quo, die 20. Julii obdormivit in Domino; sepultus fuit in D. Mariæ de Ayello sub hac inscriptione.*

Hic requiescit in pace Dei servus Joanoic. VV. Presbyt. qui vixit ann. LXXX. Evocatus à Domino die 13. Kal. Aug. Basilio V.C. Sedit ann. XXI.

De Franchis.)

IX. 2 N. Episcopus Abellinensis memoratur à Fulcone Beneventano in Chronic.

X. 3 JOANNES Ecclesiæ hujus Antistes, sancti Guillelmi Cœnobii Montis Virginis fundatori in paucis charus, Ecclesiam ejusdem Montis benedixit anno 1124. ac Monasterium à Diœcesana subjectione immune fecit, ut Jacobus Jordanus scribit; obiit autem ann. 1132.

XI. 4 ROBERTUS successit Joanni anno 1132. vel sequenti. Hic Alberto Abbati Montis Virginis, jus benedicendi Abbates in eodem Monasterio perpetuò libera voluntate dimisit, hoc favorabili diplomate, quod ab originali edidit Jordanus, & nos hic retulimus ab eodem.

In nomine Domini, Amen.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1133. mense Majo, undecima Indictione.

Ego Robertus, divina clementia favente, Sedis Avellinensis Pontifex sanctæ Mariæ claré facio, quoniam ante hos annos quidam religiosissimus Christianus Guilielmus nomine à longinqua venit Regione, & in Monte, qui Virgineus vocatur, & ubi Aqua Columbæ dicitur, ascendit, & ibi quoddam construxit Hospitium, quo constructo, post paululum temporis, auxilio Dei, multorumque Christianorum ibi construxit Ecclesiam, & monasterium vocabulo ejus sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ. Nunc autem dictus religiosissimus Christianus Gullielmus, inspirante divino Spiritu, discessit à Monasterio, quod in supradicto loco construxit, ad aliud Monasterium construendum in honorem sancti Salvatoris in pertinentiis Monticuli in loco, ubi dicitur lo Goglieto, *sed in ipso recessu de voluntate Monachorum elegit in Abbatem in ipso monasterio fratrem Albertum, & cum peterem ut ipsum Albertum consecrarem sine pecunia, ipse renunctiavit se velle consecrari, se cum Fratribus suis in Eremo morari pro servitio Dei, & ejus Genitricis, & propterea nolebat habere honorem Abbatiæ, etsi qui illum vocabant Abbatem, pro honore sanctæ Genitricis faciebant quia non dicebat se esse Abbatem, sed Priorem. Dicebat etiam quod si ipsum cogerem, monasterium cum omnibus Monachis & Fratribus, qui ibi habitabant, dimitteret locum ipsius, & alias proponebat Provincias ad inquirendum locum, in quo Deo, & ejus Genitrici servire deberet. Nunc ego prædictus Robertus Dei gratia Pontifex, cum hoc audissem, existimavi, & consilium habui cum Sacerdotibus, & Clericis de jam dicto Episcopio, & cum Amato, & Bernardo Judicibus, & cum aliis bonis hominibus de civitate Avellinen. & cum Romano Notario de jam dicto Episcopio, & de omnibus iis, quæ mihi dictus Abbas Albertus dixerat, quatenus ipsi quicquam exinde facere deberem, mihi consilium tribuerent. Qui existimantes, & providentes ea, quæ supradicta sunt, consilium mihi dederunt, quatenus melius esset ut dictum Abbatem non consecrarem, eo quo nolebat, & non petebat, sed renuebat quamquod ipse prædictus*

Do-

Albertus, omnesque Monachi & Fratres, qui in ipsum monasterii m habitabant solum illud in jam dicta Eremo dimitterent, & in aliis Provinciis iter arriperent: consilio vero inito, comparuit nobis bonum & optimum dictam consecrationem ipsi Abbati Alberto, & ejus successoribus illam non postulantibus in perpetuum dimittere. Quapropter ego qui supra Robertus Dei gratia Pontifex bona mea voluntate & per consensum & voluntates Sacerdotum, & Cler corum de jam dicto Episcopio, & meum habente prædicto Romano Notario Advocatore ejusdem Episcopii, & ante Amatum & Bernardum Judices, & idoneos homines, & subscr ptos testes, & per hoc quoque scriptum eemittimus consecrationem tibi jam dicto Abbati Alberto, & tuis successoribus illam non postulantibus, & etiam petentibus damus sine omni quæstione, & occasione, & absque pecuniæ exhibitione, & omnes libertates Ecclesiarum, quas quondam Johannes Episcopus prædecessor meus concessit tibi jam dicto Abbati Alberto & successoribus tuis confirmamus, & omni tempore à parte nostri Episcopii secure, liberè & indemnes permaneant in perpetuum, & semper sint sub potestate tua, & tuis successoribus ad partem jam dicti monasterii. Quod si taliter, ut dictu sunt ea omnia ego & successores mei, aut pars de dicto Episcopio tibi jam dicto Abb -es Alberto, & tuis successoribus, & parti jam dicti monasterii non adimpleverimus, aut contravenerimus volentes consecrare Abbatem electum invitum & nolentem, aut si nos ipsi exinde secum & cum tuis successoribus qualibet intentione proposuerimus, & per qualemcunque modum voluerimus contraire, aut per quemlibet modum ad partem nostram replicare, centum libras auri optimi ego Robertus Dei gratia Pontifex & successores mei, & partem jam dicti Episcopii tibi prædicto Abbati Alberto, tuisque successoribus, & parti de jam d cto monasterio pœna componere obligavi Et in antea nos invicem semper taciti & contenti maneamus exinde omni tempore adversus vos per suprad ctam obligatam pęnam, & de his omnibus, quæ superiùs leguntur ego prædictus Robertus Dei gratia Pontifex bona mea voluntate guadiam tibi jam dicto Abbati Alberto dedi, & med-atorem tibi posui me ipsum, & per ipsam guadiam obligo me, & successores meos, & partem de jam dicto Episcopio tibi prædicto Abbati Alberto & successoribus tu s, & parti de jam dicto monasterio, ut adimpleamus vobis omnibus, qualiter superius dictu sunt per supradictam guadium, & me ipsum mediatorem, & pęnam obligatam. Et si quicunque homo hoc scriptum à me emissum subtrahere & rumpere voluerit, aut non observaverit, fiat excommunicatus à Patre, & Filio & Spiritu Sancto, vel si non adimpleverit omnia, quæ superiùs leguntur sic eveniat ei, quomodo evenit Dathan, & Abiron, quando aperta est terra & vivos deglutivit illos. Et quomodo evenit Simoni Mago, Anan & Saphiræ, qui mentientes, corporibus mortui sunt, & partem habeat cum Juda, qui tradidit Filium Dei, & non fiat de eo hæreditas in sæcula sæculorum. Amen. Et taliter sicut prædicta scripta sunt, ego prænominatus Robertus Dei gratia Pontifex tibi Romano Notario præcepi scribere.

- † *Ego Robertus gratia Dei Episcopus prædictæ sedis.*
- † *Ego qui supra -ma-tus Judex.*
- † *Ego qui supra Bernardus Judex.*
- † *Ego Alferius Presbyter.*
- † *Ego Rogerius Presbyter.*
- † *Ego Dominicus Presbyter.*
- † *Ego Gustabile Clericus.*
- † *Ego Robertus Clericus.*
- *Ego Romanus Notarius.*

Inchoasse Robertum Cathedrale Templum, dicunt in honorem sanctissimæ Virginis Mariæ, cujus erat devotissimus, de quo in marmore ibidem leguntur carmina.

Virgo Maria tibi facit hoc splendescere limen
Præsul Robertus, cujus tu destrue crimen.

XII. 5 GUILLELMUS vir venerabilis, & pietate clarus post Robertum tenuit sedem; de quo habetur specifica mentio ab anno 1166. usque ad 1189 Hic Cathedralem ab antecessore Roberto inchoatam absolvit anno 1167. Ad limen templi hæc spectantur in marmore Leonina carmina.

Vos, qui transitis, qui crimina flere vultis
Per me transite; quoniam sum janua vitæ
Limina non arcto, Vuillelmo Præsule facto,
Jussit id ambire, sic crimina cuncta punire.

Interfuit Guillelmus consecrationi Ecclesię Montis Virginis celebratæ anno 1182. Corpora sanctorum Modestini, & sociorum summa religione transtulit temporibus Guillelmi secundi Siciliæ Regis è loco, quem Prætorium vocabant, ad Ecclesiam Cathedralem. Translationis historiam scripsit Rogerius Episcopus ejus successor, quam recitat egregius doctusque vir, & eximia eruditione præditus amicus noster Godefridus Henschenius tom. 2. Acta Ss. Feb. ad diem 14. ejusdem mensis, ubi plura & scitu dignissima refert ad Modestini Acta spectantia, quæ omnino esse videntur cum actis S. Erasmi, ejus lipsana apud Cajetam venerantur.

6 ROGERIUS, cujus prima mentio habetur an. 1219. in monumentis Salernitanæ Ecclesiæ apud me. Cum Judex Apostolicus ab Honorio III. declaratus esset, litem composuit inter Abbatem Monasterii S. Mariæ Matris D. Cameratæ & heredes Philippi cives Salernitanos de quadam vinea, quorū initium; *In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi Amen. Anno ab Incarn. ejus 1219. & 21. primo anno Regni D. nostri Federici Gloriosissimi Romanorum Regis & semper Augusti, & septimo anno Regis D. nostri Henrici ejus clarissimi filii, m. Februarii Ind. 8. super quæstione quę vertitur inter Monasterium S. Mariæ Matris Domini, & inter Dominos Michaelem & hæredes q. Philippi Camerarii, qui de Camerata dictus est cives Salernitanos scilicet de quadam vinea. Nos Roggerius Dei gratia venerabilis Avellini Episcopus, & Amerius Abbas S. Petri super eandem quęstionem authoritate Apostolica Judices delegati, recepimus litteras Apostolicas in hunc modum. Honorius Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Avellini, & Abbati S. Petri Salernitanæ diœcesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Dilecti filii Abbas & conventus S. Mariæ Matris Domini nobis conquerendo monstravit quod Michaelem, & heredes Philippi de Cameraria Salern. diœcesis, &c.*

XIII. Rogerius iste S. Modestini translationis scriptor, vitam etiam ejusdem satis confusam (1), & S. Sabini, ac sociorum Acta conscripsit circa ano. Domini 1231. Illum successisse ferunt Guillelmo, ac piè Abellinensem Ecclesiam rexisse annis multis.

7 JACOBUS Abellinensis Episcopus sub Clemente IV. sponte onere, & honore se abdicavit. XIV.

8 JOANNES electus à Capitulo, eodem Clem. IV. sedente in manibus ejusdem libere resignavit. XV.

9 LEONARDUS ex Archidiacono eligitur ab eodem Capitulo; sed cum ab Archiepiscopo Beneventano haud confirmatus fuisset, post longam altercationem, tandem sub Nicolao IV. juri suo cessit. XVI.

10 BENEDICTUS Episcopus Bisaciensis à Nicolao IV. ad hanc Abellinam Ecclesiam translatus est anno 1288. 12. Kal. Maji ex reg. Vatic. Epist. 245. fol. 56. Obiit anno 1294. XVII

11 FRANCISCUS jam antea Episcopus Terracinensis ad hanc Ecclesiam translatus est 6. Id. Apr. 1295. an. 1. pontific Bonifacii VIII in reg. Vat. Epist 329. fol. 72 Excessit anno 1310. XVIII



12 GOTIFREDUS de Tuso nobili genere natus, XIX.

(1) Hæc confusio non habetur in authenticis actis ab laudato de Franchis meditanter observatis, ut apud eundem in jam citato opere: Avellino illustrato. l. 2. c. 7. fol. 186. & 187.

tus, jam Episcopus alterius Ecclesiæ, translatus est ad hanc Abellinam, postquam Robertus Archidiaconus Abellinensis, & Palmerius Canonicus Beneventanus in controversia à Capitulo electi jus suum renunciassent, die 11. Kal. Martii anno 1310. Præfuit ann.16.& ad Episcopatum Tricaricensem translatus est anno 1326.ex eodem regest. Vatic.

XX 13 Fr. NATINBENE Ord. Eremitarum S. Augustini Præsul renunciatus est Abellinensis 12. Kal. Martii 1326. Transfertur ad Ecclesiam Triventinam an.1334.ex Regest. Vatic.

XXI. 14 NICOLAUS Episcopus Olonensis ad hanc sedem translatus 15.Kal Julii 1334.Successorem habuit in Ecclesia Olonensi Joannem quendam Ord. Cisterciensis Monachum 18. Augusti eodem anno, ex reg.Vatic.Nicolaus verò mortuus est ao.1351.

XXII. 15 Fr RAYMUNDUS Ord. Minorum successor datus est Nicolao die 5.Kal.Julii anno 1351. reg. Vatic.Clementis VI.anno 6.

XXIII (,, *ALBERTUS Albertinus, dum esset Episcopus ,, Abellinensis, Capuanam Administrator suscepit regendam Ecclesiam post obitum Joannis de Porta ,, an.1357.Ejus meminit Ughellus in Capuanis 6.6.*)

XXIV 16 Fr. NICOLAUS hanc Cathedram regebat an. 1374.(1) vita functus est ao. 1391.ex lib. Provis. Prælat. Qualis autem fuerit facies civitatis, & Ecclesiæ Abellinæ sedente hoc Episcopo, facilè colligi potest ex civium documento subscripto etiam ab eodem Nicolao, in quo statuerunt Oratorem mittendum ad Gregorium XI Pontificem, ut afflictæ, ac captæ civitati per sceleratos homines proscriptos, opem ferre dignaretur. Exemplum documenti, quod extat apud me, ita proloquitur.

In nomine Domini Dei æterni & Salvatoris nostri Jesu Christi.

Anno divinæ Nativitatis millesimo trecentesimo septuagesimo quarto.

Regnante serenissima Domina nostra D. Joanna Dei gratia Regina Jerusalem & Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, Provinciæ & Fortalquerii, ac Pedimontis Comitissæ, Regnorum verò ejus anno trentesimo secundo feliciter Amen, die verò vigesimo quarto mensis Februarii, duodecimæ Indictionis apud Avellinam. Nos Philippus de Bisancio dictæ civitatis Avellinæ annalis judex, Joannes Ægidii de Turribus habitator ejusdem civitatis Avellini publicus per provinciam Principatus ultra terras Montorii regia authoritate Notarius, & subscripti testes ad hoc vocati specialiter, & rogati, præsenti scripto publico notum facimus, & testamur, quod prædicto die in nostri præsentia congregata universitate desolatæ dictæ civitatis Avellinæ, & homines universitatis ipsius, seu majori & saniori parte hominum prædictæ civitatis ad vocem preconis in dohana ipsius civitatis, ubi alias pro eorum negotiis peragendis congregari hactenus consueverunt: quæ universitas, & homines universitatis ipsius concorditer, & pari voto cum ululatu, fremitu, atq; luctu asseruerunt, quod destructa, dissipata, & dissoluta civitate ipsa, nec rehabitandi, & reformandi eis facultas, nec possibilitas adest, cum Castrum, seu fortalitium ipsius civitatis prædictum fuerit captum & retentum per Malandrinos, & effecta est communis, & spelunca latronum, qui eum tenentes, monasteria quamplura, Episcopalem Ecclesiam, & omnes Parochias, & pro majori parte .... disrobbarunt & disrobbatas igni incendiis concremarunt, & in eorum discessu de Castro eum pro dissolato, & habitatione privato totaliter reliquerunt. Cumque civitas nostra non possit, nec valeat reformare, nisi divino, & Domini Nostri, Domini summi Pontificis ejus auxilio succurratur, quod petere omnes propter viarum distantiam non possunt, ad pedes dicti Domini nostri summi Pontificis omnes personaliter interesse; igitur confisi de fide, prudentia, & discretione nobilis viri Jacobi fortis de eadem civitate eorum concivis fecerunt, constituerunt, & legitimè ordinaverunt eorum, & dictæ universitatis ac hominum ejusdem verum, legitimum, & generalem procuratorem, actorem, Syndicum, oeconomum, & Nuncium specialem, seu quocunq; alio nomine melius dici posset, & censeri, eundem Jacobum Fortem ibidem præsentem, & acceptantem ad conferendum & præsentandum se nomine & pro parte eorum, & eorum cujuslibet ante pedes ejusdem Apostolicæ Sanctitatis, & ei, & ejus sacro consilio damna, suppressione, impotentia, dissolutiones, destructiones, & enormia alia delicta homicidia, violationes virginum, & monialium, ac mulierum aliarum, quas, & quæ dicta civitas & cives per diversas vices, & tempora passi sunt, & quam patiuntur inopiam, exponendum recitandum, & declarandum, gratias, immunitates, indulgentias, & beneficia postulandum, litteras privilegiaque cujuscunque continentiæ & tenoris impetrandum, & pro ipsis petitiones offerendum, & omnia alia opportuna & necessaria, quæ sibi videbuntur pro reformatione, habitatione, & reductione ejusdem civitatis, & hominum facienda, tractandi .... & exequendi, quæ & quilibet verus, legitimusque Procurator Syndicus, œconomus, & Nuncius specialis facere potest, & debet, facere posset, & deberet, & quæ ipsimet universitas facere possent & deberent, si ad ipsu, vel ipsorum quilibet personaliter esse possent, etiam si talia fuerint, quæ mandatum exigerent propterea speciale, promittentes & obligantes se dicta universitas, & homines universitatis ipsius, se totum ratum, gratum perpetuò habituram, & firmum omne totum, & quicquid per eundem Procuratorem Syndicum, & Nuntium specialem actum, firmum, impetratum, petitum & gestum extiterit in præmissis, & de præmissis, & quolibet præmissorum, & aliis, quæ opportuna sibi videbitur expediri, & erit opportunum. Ut autem de præmissis fides plenaria valeat adhiberi, factum est exinde per nos prædictos judicem & Notarium præsens publicum procurationis Instrumentum signo consueto mei prædicti Notarii signatum signo, ac subscriptione mei prædicti judicis, & subscriptorum testium signis, subscriptionibus, & subsignationibus communitum, quod scripsi ego prædictus Joannes publicus, ut supra, regia authoritate Notarius, qui prædictis omnibus rogatus interfui, & meo solito signo signavi. Locus † Signi.

† Ego qui supra Philippus judex.

† Ego Abbas Rogerius de Arminio testis sum.

† Ego Ludovicus de Rempito testis sum.

† Ego Sebastianus Januarius testis sum.

† Ego frater Nicolaus Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Avellinus testis sum.

† Ego Vincetius Thomasius de Diano Capitaneus civitatis Avellinæ testis sum.

† Ego Notarius Nicolaus .... habitator Avell. prædicto fateor vera esse.

† Ego D. Laurentius de Rempico Archipresbyter majoris Ecclesiæ Avell. testis sum.

† Ego D. Marcus Antonius de Antecta Canonicus majoris ... testis sum.

† Ego .... testis sum.

† Ego fr. Ludovicus Abbas Monasterii S. Benedicti Avell. testis sum.

† Ego Antonius de Altopasso testis sum.

† Ego D. Modestinus testis sum.

† Ego D. Franciscus .... testis sum.

17 MATTHÆUS ex Rectore Ecclesiæ sanctæ Mariæ de sancto Magno Frequentinæ diœcesis electus Kalendis Martii 1391. Excessit sub Martino V. ex lib. Provisionum. XXV

18 CICCHUS, sive Franciscus Pulumbus, Neapolitanus, Monachus S. Benedicti, & Abbas Monasterii ejusdem cognominis, Abellinensis Episcopus à Martino V. Kal. Novembris 1423. Translatus deinde est ad Melphiensem Ecclesiam anno 1431. 4. Id. Decembris. XXVI

19 FUCCIUS, Civis & Canonicus Melphiensis, eligitur die 30. Januarii 1432. Quo Præsule, Nicolaus V. an. 1452. perpetuo univit Capitulo Abellinensi vetustam Abbatiam S. Benedicti in ea civitate sitam, tunc destitutam Pastore, & Monachis, ac pror- XXVII.

(1) Abellinensem Cathedram regebat Nicolaus anno 1367., quo primo die Julii interfuit consecrationi Ecclesiæ S. Adjutori à Simeone Vigiliensi Episcopo peractæ, ut apud Sarnellium de Episc. Vigilien. p. 51.

prorsus desolatam, extincta in ea Abbatiali dignitate, quam unionem Nicolaus Abbas S. Modestini Beneventanæ Diœcesis à Pontifice deputatus absolvit hoc sceipto documento.

Reverendo in Christo Patri, & Domino Futio Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopo Avell. de Provincia Beneventana, necnon ejus in spiritualibus, & temporalibus Vicario Generali, ac etiam venerabilibus viris Dominis Canonicis & Capitulo majori Ecclesiæ dictæ civitatis Avellinen. ac illi, vel illis, ad quem, vel quos infrascriptum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum etiam communiter, vel divisim. Nicolaus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Abbas ven. Monasterii S. Modestini Beneven. executor ad infrascripta à Sede Apostolica specialiter deputatus, salutem in Domino, & nostris hujusmodi, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Literas sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Nicolai divina providentia Papæ V. ejus vera Bulla plumbea cum cordula filis canapis more Romanæ curiæ in pendendi bullatas, sanas, & integras, non buratas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sua parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspectu carentes nuper nobis per Venerabiles viros Dopnum Angelum Archipresbyterum, & Dopnum Antonium de Rosata Primicerium & Canonicos dictæ majoris Eccl. Avell. Procuratores legitimos ordinatos, & deputatos ad infrascripta exequenda per Capitulum & Canonicos dictæ Eccles. Avell. de quorum procuratione plenè nobis constitit publico documento manu notarii Joannis de Callio de Catanzano Procuratoris dictę civitatis Avell. confecto omni qua decet solemnitate vallato, & per nos viso, lecto & intellecto præsentatus coram Notario & testibus infrascriptis nominatis, ea qua decuit reverentia recepisse tenoris, & continentiæ subsequentis, videlicet, Nicolaus Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Abbati Monasterii S. Modesti Benevent. salutem & Apostolicam benedictionem, quoniam dum Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum opportunitates, & commoda temporalia rerum tenuitas minuit, illarum decus passim deperit, & divinus cultus in domo Domini desinit exerceri, Apostolicæ igitur ad hoc non indignè extenditur provisionis opera, ut hujusmodi dispendiis per remedia succurri valeat opportuna. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli & Canonicorum Ecclesię majoris B. Mariæ Avell. petitio continebat, quod fructus, redditus & proventus mensæ capitularis dictæ Eccl. sunt adeo tenues, & exiles, quod ex illis Capitulum & Canonici supradicti, qui novem numero existunt, & quorum aliqui propter exilitatem eorundem inibi residentiam facere negligunt, se sustentare, eisque incumbentia onera supportare non possunt. Et sicut eadem petitio continebat, si Monasterium S. Benedicti Avell. Ordinis ejusdem sancti, quod Monachis caret, & Abbatiali dignitate, & ordine hujusmodi in illo suppressis penitus & extinctis eidem mensę triginta sex florenorum auri de Camera fructus, redditus & proventus, secundum communem existimationem valorem annuum non excedunt, in perpetuum uniretur, incorporaretur, & annecteretur, ex nunc Capitulum, & Canonici antedicti non modicum susciperent relevamen. Quare pro parte Capituli & Canonicorum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut Monasterium prædictum mensæ Capitulari unire, annectere, & incorporare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur de præmissis certam notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, per Apostolica scripta mandamus, quatenus de eisdem præmissis omnibus & singulis, ac eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes, & si per informationem hujusmodi ita esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, præfatum Monasterium, cujus Abbas pro tempore mitra, annulo, & baculo Pastorali uti consuevit, dignitate, & ordine antedictis per te prius, ut ex suppressis penitus, & extinctis cum omnibus juribus, & pertinentiis suis eidem mensæ auctoritate præfata in perpetuum unias, incorpores, & annectas. Ita quod cedente, vel decedente dilecto filio Joan. de Messina Monasterii ipsius moderno Abbate, & monasterium ipsum alias quomodolibet dimittente, liceat Capitulo & Canonicis præfatis per se, vel alium, seu alios corporalem Monasterii Juriumque & pertinentiarum prædictarum possessionem auctoritate propria liberè apprehendere, ac hujusmodi illius fructus, redditus & proventus in suos & dictæ mensæ usus, & utilitatem convertere pariter & detinere, Diœcesani loci, & cujuscunq; alterius licentia super hoc minimè requisita, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus Monasterii & ordinis prędictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, literis Apostolicis, generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus, ut expressa, vel totaliter inserta, effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis: proviso quod Ecclesia dicti monasterii ad prophanos usus, veluti hæreditas minimè redigatur. Nos enim, si suppressionem, extinctionem, unionem, incorporationem, & annexionem præfatas per te vigore præsentium fieri contingat, ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, pridie Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto. Expedita septimo Id. Januarii anno quarto C. de Rogeriis. Scusliben. Bonanus. Post quarum quidem literarum Apostolicarum præsentationem, & receptionem nobis, & per nos, seu, ut præmittitur, factas, fuimus per præfatos procuratores nomine quo supra coram nobis personaliter constitutos debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem dictarum literarum Apostolicarum, & contentorum in eisdem procedere dignaremur juxta traditam seu directam à dicta sede Apostolica nobis formam. Nosque Nicolaus Abbas, & exequutor præfatus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam & consonam rationi, ac volentes dictum mandatum Apostolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi ut tenemur, pensatis diligenter omnibus, quæ in dictis literis Apostolicis demandantur, & ipsarum circumstantiis universis solemniter exquisitis, quia invenimus contenta in dictis literis Apostolicis inniti veritati, fructus, redditus, & proventus d. Eccl. S. Mariæ Avell. & mensæ Capitularis ipsius adeò tenues, & exiles, quod ex illis Capituli & Canonici, qui novem reperiuntur esse numero, & quorum aliqui propter exilitatem eorundem, qui triginta scutorum, inibi non resident, cum se sustentare, & onera illi incumbentia supportare non possunt, quodque monasterium S. Benedicti de Avell. Ord. S. Benedicti, ejusque fructus sexaginta florenorum auri de Camera valorem annuum non excedere, & Monachis carere, auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa, dignitatem Abbatialem, & ordinem hujusmodi in monasterio ipso suppressimus penitus & extinximus, & tenore præsentium supprimimus, & extinguimus, eidemq; mensæ capitulari uniendum duximus incorporandum, & annectendum, & in perpetuum univimus, incorporavimus, & annexuimus, ac tandem tenore unionis, incorporationis & annexionis cum omnibus juribus, & pertinentiis suis ita quod cedente, vel decedente venerabili viro Joan. de Messina moderni ipsius monasterii Abbate, seu Monasterium ipsum aliàs quomodolibet dimittente, liceat Capitulo, & Canonicis præfatis per se, vel alium, seu alios corporalem eorum, juriumque & pertinentiarum prædictarum possessionem auctoritate propria liberè apprehendere, & hujusmodi illius fructus, redditus, & proventus in suos, & dictæ mensæ usus & utilitatem convertere pariter, & retinere, Diœcesani loci, & cujuscumq; alterius licentia super hoc minimè requisita; de quo quidem Monasterio cum juribus suis præfatos Procuratores investiendos duximus, & per

A *sonaliter per manus anulum investimus, proviso, quod Ecclesia dicta. . . . . ad profanos usus, veluti hæreditas nunquam redigatur, non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac Statutis, & consuetudinibus nostris, & ordinis prædictorum juramento confirmatis, Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, & quibuslibet privilegiis, Indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, ac aliis non obstantibus, quæ in dictis Apostolicis literis Dominus noster Papa voluit non obstare, ut in supradictis literis commissione nostræ hujusmodi pariter continetur. Intimamus propterea vobis Reverendissimo in Christo Patri Domino Episcopo Avell. vestrisque in spiritualibus & temporalibus Vicario generali prædictas suppressionem, extinctionem, & annexionem, unionem, & incorporationem nostram hujusmodi, imò verius Apostolicam, & mandantes vobis omnibus, & cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunic. pœna, ne vos, vel alter vestram perse, vel interpositam personam directè, vel indirectè, publicè* B *vel privatè, quovis quæsito colore impediatis, aut impediri permittatis Canonicos antedictos quominus facto, tamen præmisso, pacificam possessionem, & tenutam dicti monasterii cum juribus, & pertinentiis suis consequatur, & præsentes hujusmodi nostræ literæ, & processus, seu instrumentum processum quo minus juxta formam literarum dictarum Apostolicarum continentiam, & tenorem debitum consequantur effectum. Quod si infra sex dierum spatium per dictos Canonicos, seu alios eorum nomine à dicto impedimento non destiteritis, seu alter vestrum non destiterit, & quantum in vobis erit, ab aliis desisti feceritis realiter, & cum effectu infra eundem terminum seu dierum, quorum duos pro uno, duos pro secundo, & reliquos duos pro tertio, & ultimo peremptorio, ac monitione canonica assignamus, excommunicationis vinculo sententialiter, quam ferimus in iis supradictis innodantes. Vobis autem Domine Episcope tuæ ob reverentiam dignitatis Pontificalis deferimus in hac* C *parte, si contra præmissa, seu aliquid præmissorum feceritis per vos, vel submissam personam, publicè, vel occultè directè, vel indirectè quovis quæsito colore, dicta sex dierum canonica monitione præmissa, ex nunc prout ex tunc in iis suprad. suspendimus à divinis. Verum si præfatorum interdicti, & suspensionis sententiis per alios sex dies dictorum duodecim dierum innodari sequentes, animo, quod absit, sustinueritis, indurantos vos ex nunc, prout ex tunc, dicta canonica monitione prævia, in eisdem supradictis excommunicationis sententia innodamus: mandantes insuper omnibus, & singulis presbyteris, pensionariis, censuariis, terrarum colonis, & laboratoribus, & stalleriis, & aliis debitoribus quibuscunque omnium & singulorum bonorum. possessionum, & terrarum dicti monasterii S. Benedicti, tam in civitate Avell. quam alibi constitutis, tam præsentibus, quam futuris, cujuscunq; conditionis existant, quatenus, facto tamen prædicto Domino cedente, vel decedente ipsius monasterii S. Benedicti Abbate, seu monasterii ipsius alias quomodolibet dimittente ex tunc de cætero prædictæ mensæ* D *Capitularis dictę majoris Eccl. Avell. de ipsius monasterii S. Benedicti fructibus, redditibus, & proventibus universis integrè debeant respondere, contradictores vero, & rebelles per censuram Ecclesiasticam compescendo. In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium. . . . dictæ mensæ Capitularis præfatæ Eccl. S. Mariæ de Avell. & Capitali rectitudinem, & cautelam præsentes literas, sive præsens hujusmodi nostrum processum exinde fieri, & per venerabilem Dominum Nicolaum Russum de Benevento publicum auctoritate Apostolica Notarium infrascriptum sigillari, & subscribi & publicari mandavimus, nostriq; majoris sigilli, quo utimur, jussimus, & fecimus appensione muniri. Datum Beneventi sub anno Nativitatis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, die decima mensis Septembris prima Indictione, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Nicolai divina provi-*

A *dentia Papæ V. anno sexto, præsentibus venerabilibus viris fratre Anselmo, & Fratre Pantutio monachis dicti monasterii S. Modesti, & Joanne de . . . . civibus & habitatoribus Beneventanis testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.*

Ego Nicolaus Russus civis Beneventanus pub. Apostol. auct. Notarius prædictus quia prædictarum literarum Apostol. præsentationi, receptioni, requisitioni, sententiarum fulminationi, omnibusque aliis & singulis supradictis, dum sic, ut præmittitur, per præfatum Dominum Abbatem, Commissarium, & Executorem fierent, & agerentur, una cum prænominatis testibus rogatus interfui, eaque sic fieri, vidi & audivi, & ideo hoc præsens publicum instrumentum hujusmodi nostrum processum in se continens, per me fideliter. . . . . . . exinde confeci, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine nostris solitis, & consuetis una cum appensione sigilli præfati Domini Exequutoris, &c.

Vixit deinceps Fuccius ad annum usque 1464. & B in sua Cathedrali humatus, post cujus excessum Paulus II. Ecclesiam Frequentinam cum hac Abellina, ut supra narravimus, perpetua unione connexuit eodem anno die 7. Id. Maii. Ambarum itaque Ecclesiarum simul junctarum primus Episcopus fuit is, qui modo sequitur.

20 BAPTISTA de Ventura, Neapolitanus, XX VIII.
iam antea Frequentinus Episcopus, Abellinus etiam dictus est eodem die 7. Id. Maii 1466. Altare in honorem S. Laurentii consecravit in Ecclesia S. Francisci de Mirabella. Per annos plus, minusve 26. has Ecclesias simul unitas consultissimè administravit. Obiit vero anno 1492.

21 ANTONIUS de Pyrrho, Barensis, Episcopus Castellanensis ad has moderandas Ecclesias XXIX
translatus die 8. Octobris 1492. Hic insignis juris interpres fuit, multoque in pretio habitus a Federico Rege Neapol. à quo ad Pannoniæ Regem gravibus de rebus legatus est. Reversus ad Ecclesiam suam post annum decimum à sua administratione C Abellini excessit an. 1503.



22 BERNARDINUS [a] Cardinalis Carvajal XXX
D factus est harum Ecclesiarum administrator die 28. Julii 1503.

[a] De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 200.

23 ANTONIUS de Caris, nobilis Barensis, per cessionem Cardin. Caravajal electus est Episcopus XXXI
eodem anno 1503. Sedit an. 2. atq; translatus est ad Neritonensem Ecclesiam die 26. Octobr. 1507.

24 GABRIEL Setarius, Neapolitanus, ab Ecclesia Neritonensi ad has translatus est eodem die XX XII.
26. Octobr. 1507. eoque deinde consentiente Julius II. Papa 1510. Abellina Ecclesia dissoluta fuit à Frequentina, & data fuit Joanni Francisco ejus nepoti, hac tamen conditione, ut uno ex ipsis decedente, iterum unirentur sub superstite Præsule. Gabriel morte præventus, vacuam nepoti reliquit Frequentinam sedem, ut Acta referunt Consistorialia.

25 JOANNES FRANCISCUS Setarius. Neapolitanus, Gabrielis ex fratre nepos, Abellinæ Ecclesiæ tantum renunciatur Episcopus die 11. Febr. XX XIII
1510. pauloq; post defuncto patruo. Frequentinam

simul suscepit administrandam. Interfuit is Later. Concilio sub Julio II. defunctusque est sub Leone X. anno 1516.

XXXIV. 26 Fr. ARCHANGELUS Madrigannus Mediolanen. successit Joanni Francisco die 18. Augusti 1516. & hic assensum præbuit die 28. Martii 1520. ut Ecclesia Abellina iterum dissolveretur à Frequentina, quam sibi retinuit, eadem conditione, ut ex recessu, vel decessu sui, vel Sylvii successoris iterum uniretur, quod per mortem ipsius factum est.

XXXV. 27 SYLVIUS Mesalia, Mediolanensis patria, Monachus Ord. Cisterciensis monasterii Claræ vallis prope Mediolanum, vir doctus, & probus, cujus cum laude meminit Bonifacius Simonetta lib. de persecutione Christianorum, à Leone X. electus est Episcopus Abellinus die 28. a Martii 1520. ac Romæ consecratus ab Augustino Card. Trivultio, cujus erat in paucis charus; defuncto deinde Archangelo Frequentinam iterum Ecclesiam unitam cum priori Abellina moderandam suscepit. Apud Proregem Neapol. insimulatus fuit civitatem Abellinam Lautrecho Regis Franciæ exercitus Præfecto tradere voluisse, ut produnt Diaria ad annum 1528. idcirco carceri mancipatus, sed postea innocens declaratus, ad Ecclesiam suam liberè remeare permissus, eam rexit laudabili fama virtutum ad annum usq; 1544. & mortuus in Abellina Cathedrali humatus est.

a Die 19. ex Act.

XXXVI. 28 HIERONYMUS Albertinus, Nolanus, Regiæ Cameræ Neapolitanæ Regens, ad hos Episcopatus evectus est à Paulo III. ann. 1545. die 19. Januarii; post annos omnino tres nuncium liberè remisit nondum consecratus.

XXXVII. 29 BARTHOLOMÆUS Card. della Queva b Hispanus factus est administrator die 12. Septemb. 1548. Onus deinde dimisit 10. Martii 1549.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 698.

XXXVIII 30 ASCANIUS Albertinus, Nolanus, Hieronymi superioris nepos, electus die 10. Maii 1549. Sedit vir laude dignissimus, & legali scientia clarus an. 22. Hic Eccl. S. Joannis Baptistæ extra Abellinum concessit Monachis Montis-Virginis, ut ibidem Cœnobium jam diu solo æquatum, iterum exædificaretur, quod sua deinde munificentia Maria de Cardona Marchionissa Padulæ, & Comitissa Abellini incœpit an. 1558. Obiit hæc pia, nobilissimaq; Heroina an. 1594. eaq; sine prole deficiente, Abellinum Comitatum à Regio fisco emit Jo. Baptista Filamarinus Rocchæ Comes, & post ipsum Comitatus pervenit ad Marinum Caracciolum Atripaldæ Ducem: qui titulo Abellini Principis exornatus est. Is etiam idem Cœnobium nondum absolutum perfecit, ac post plurimos annos monasterium virginum S. Mariæ de Monte-Carmelo à fundamentis fundavit, ac dotavit, Paulo V. sedente. Cæterum idem optimus Præsul juxta Conc. Trid. decreta Seminarium Clericorum in Abellina urbe fundavit, ædificavit, & necessarios sumptus ad pueros ibidem benè instituendos constituit, ut ex ejusdem documento libet prospicere, quod hic ab exemplari exscripsimus.

Ascanius Albertinus de Neapoli, Dei, & Apost. Sedis gratia Avellin. & Frequen. Ecclesiarum insimul perpetuo unitarum Episcopus, ad perpetuam rei memoriam.

Ex injuncto nostræ servitutis officio prædictorum locorum quorumlibet, præsertim vero, quæ ad commune bonum Ecclesiæ instituta esse dignoscuntur, cujusmodi sunt puerorum ministeriis Ecclesiis inserviturorum Collegia, Seminaria nuncupata à sancto Oecumenico Tridentino Concilio ordinata conservationi, augmento, & manutentioni in illis pro tempore degentium sustentationi providere cupientes, ne propter rerum temporalium carentiam, vel defectum, introductio, & institutio piorum locorum hujusmodi vana & inutilis remaneat. Cum itaque nuper nos prædicti Sacrosancti Conc. Trid. decretis, & ordinationibus insistentes, & inhærentes, cujusq; jussa, & mandata capessentes unum in nostra civitate Avell. Collegium Puerorum Ecclesiasticis ministeriis inserviturorum Seminarium nuncupatum pro

A *eadem civitate, & Diœcesan. nostris Avell & Frequen juxta dicti Concilii dispositionem per alias nostras inde confectas literas perpetuo ereximus, & instituimus, prout in eisdem literis nostris plenius continetur. Cumque ad Collegii prædicti fabricam instituendam, seu adaptandam, & mercedem præceptoribus, & ministris solvendam, & juventutem alendam, & ad alios sumptus inibi subeundos certi redditus sint necessarii, & propterea dictum Trid Conc. sess. 23. c. 18. super erectione, & institutione hujusmodi Seminariorum, inter alia voluerit, quod ejus loci Ordinarius cum consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligeretur, itemq. duorum de Clero civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius ad Clerum pertineret, ex fructibus Ecclesiasticis quorumcumq. beneficiorum Ecclesiasticorum, ut etiam aliorum locorum ibidem expressorum partem aliquam vel portionem detraheret, & hanc portionem sic detractam, necnon etiam beneficia aliqua simplicia cujuscunq. qualitatis, & dignitatis.... vel etiam præstimonia, vel etiam præstimoniales portiones sine cultus divini, & illa obtinentium præjudicio, huic Seminario Collegio puerorum applicaret, & incorporaret, idque locum habeat, etsi beneficia*

B *essent reservata, vel affecta, nec per resignationem ipsorum beneficiorum uniones, & applicationes hujusmodi suspendi, vel ullo modo impediri possent; sed omnino quacunque vacatione, etiamsi in curia effectum suum sortirentur, quacunque constitutione non obstante, & alias prout in dicto Concilio sess. & cap præallegatis similiter plenius continetur. Nos dicti Collegii puerorum Seminarii per nos in civitate nostra Avell. ut præfertur, erecti & instituti ædificiorum necessariorum constitutioni, seu adaptationi, ac puerorum ibi degentium sustentationi, & manutentioni, necnon alias in præmissis opportunè providere volentes, de dilectorum in Christo filiorum infrascriptorum, juxta præfati Conc Trid decretum respectivè electorum consilio, & assensu facultate & auctoritate nobis ab eodem sacrosancto Conc. Tridentino commissa, Ecclesias, & Capellas rurales, seu beneficia simplicia, & quibus cura non imminet animarum, videlicet S. Eustachii in loco prope Fossan. & S. Simeonis in loco, la Mattina, prope Gesualdi terrarum muros, & sancti Valeriani in loco de Fossacavallo Frequen. Diœc. rurales, &*

C *sine cura Eccles. quæ & quas beneficia, & Ecclesias possidet ad præsens D. Pyrrhus Mottula de Gesualdo obtinet. ex nunc prout ex tunc, & è contra cum primum per illarum, vel illorum D Pyrrhi cessum, vel decessum sine.... divini cultus, & illa obtinentis de præsenti præjudicio prædicto Collegio puerorum Seminario in civitate nostra Avell & per nos, ut præfertur, erecto, & instituto cum omnibus ipsarum Ecclesiarum annexis, & connexis, ac juribus, obventionibus, & pertinentiis suis universis juxta facultatem nobis à dicto sacros. Trid Conc attributam tenore præsentium unimus, annectimus, incorporamus, & applicamus. Ita quod Capellani in eis amovibiles deputandi Ecclesiarum prædictarum, ac annexorum, & connexorum, ac jurium, & obventionum suarum prædictorum fructus, redditus, & proventus nomine dicti Collegii puerorum Seminarii etiam propria auctoritate perpetuis temporibus exigere, & levare valeat ex eis, proviso, ne divinus cultus diminuatur in eisdem Ecclesiis tertia pars Capellanis prædictis, reliqua, quæ superexit, in usus dicti Collegii seminarii puerorum, & aliarum personarum in eo existen. exponatur. Decernentes quoque*

D *& nobis à dicto Conc. Trid. facultate attributa statuentes, unionem, annexionem, incorporationem, & applicationem nostras hujusmodi suspendi, vel ullo modo impediri nullatenus posse; sed omnino effectum suum sortiri, & obtinere, ac illas præsentes nostras literas perpetuò valituras, & efficaces existere, necnon ab omnibus inviolabiliter, & ad unguem perpetuo observari, censeri, ac ita per quoscunq; Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quovis modo aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate diffiniri & judicari debere, irritum, & inane quicquid secus super his à quocunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac quibusvis constitutionibus, ordinationibus, & regulis, necnon etiam omnibus illis, quæ dict. S. Conc. Trident. voluit non obstare: cæterisque contrariis quibuscunq. Quocirca omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis per civitatem & diœceses nostras Avell. & Frequen. & aliis Notariis publicis ubilibet constitutis auctoritate nostra ordinaria, &*

trinore præsentium committimus, & mandamus quatenus qui super hoc fuerit requisitus ad dictas Eccl. S. Eustachii, sancti Valeriani, sancti Simeonis accedat, & dilectum nostrum in Christo Dom. Franciscum de Gervasiis Canonicum Mirabellæ Frequen. Dioec. Commissarium dicti Collegii puerorum seminarii specialiter per nos deputatum, & nomine & vice dicti Collegii auctoritate nostra in corporalem, & realem possessionem ipsarum Ecclesiarum, jurium que & pertinentiarum prædictarum inducat, & defendat inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, sibique, vel alteri pro tempore nomine dicti Collegii de ipsarum Ecclesiarum S. Eustachii, S. Valeriani, & S. Simeonis fructibus, & redditibus, obventionibus, proventibus, & juribus universis respondeat, & faciat ab aliis integrè responderi, contradictores per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia compescendo. In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes literas hujusmodi unionem, annexionem, & incorporationem nostras in se continentes nostra propria & subscriptorum manibus subscriptas exinde fieri, & per Notarium nostrum subscribi, nostri sigilli quo in talibus utimur jussimus appensione muniri.

Datum in Palatio nostro Episcopali Avell. sub anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, die vero 17. Julii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Pii, divina providentia Papæ V. an. 2. Præsulatus vero nostri anno vigesimo feliciter, Amen. Præsentibus ibidem R. D. Cæsareo Fratenso Canonico Avell. D. Mario Quaranta Canonico Mirabellæ, D. Salvatore de Sibilia de Fontanarosa, & egregio Andrea Macerino de Resina Neapol. Dioec. testibus ad prædicta vocatis, habitis atque rogatis &c.

I. Episc. Frequen. & Avell &c.

Ego D. Ioannes de Iannulo Archipresb. Avell. deputatus.

Ego D. Cæsar . . . . Primicerius major Avell. deputatus.

Horatius Rota Notarius, & Curiæ Episcopalis actuarius de mandato Reverendiss. Domini Episcopi.

Cathedralem Abellinam variis ornamentis nobilitavit, inter quæ Odeum celebratur ad divinas laudes solvendas ita pulchrum, ita accommodatum, ut nil pulchrius desiderari posse videatur. Eremitanos S. Augustini Fratres eo sedente recipiuntur. Ipse excessit collachrymantibus populis ann. 1580; sepultusque fuit in Cathedrali.

XX XIX. 31 PETRUS ANTONIUS de Vicedominis ex Episcopo S. Angeli de Lombardis ad has Ecclesias translatus est die 4. Novemb. 1580. Fuit aliquando in Urbe Vicarii Vicesgerens. Fato obiit *a* ann. 1591.

XL. 32 FULVIUS Passerinus, nobilis Cortonensis, delectus est Episcopus die 21. *b* Maii 1591. Sedit ann. 8. & ad Ecclesiam Pistoriensem in Etruria translatus est die 21. Maii 1599.

XLI 33 THOMAS Vannuccius *c*, nobilis Cortonen. Fulvio successit die 21. Martii 1599. Obiit die 5. Maii 1609.

XLII 34 MUTIUS Cinquinus, nobili familia Pisana Romæ patre Alexandro, & Claudia Capranica parentibus natus, ex Liberianæ Basilicæ Canonico ad has Ecclesias vocatus est die 10. Junii 1609. Hic corpus S. Sabini apud Atripaldum inventum solemni supplicatione, Clero & Populo prosequente in antiquo monumento reposuit die 16. Septemb. 1612. Summa prudentia, vigilantia, morumque integritate per annos plus minusve decem & octo administravit. Ecclesiasticæ libertatis acerrimi propugnatoris nomen tulit, Episcopali munere se exsolvit an 1626. Romæ defunctus est septuagenario major die 8. Aprilis 1627. & in eadem Basilica in majorum sepulchrum illatus est. Fratres germanos habuit Curtium & Robertum ejusdem Liberianæ Basilicæ Canonicos, sororem vero Juliam, Marii Ferri Ursini uxorem, qui ex ea, nulla suscepta prole, monasterium Purificationis Beatiss. Virginis Mariæ in Urbe fundavit, & hæredem ex asse instituit, ut nobiles virgines ibidem gratis alerentur. Stemmata vero ejusdem sunt, in cærulea parma undæ albæ quinque

XLIII 35 BARTHOLOMÆUM deinde Justinianum *d*, Augustini, & Dianæ Justiniani ex Condo

a Cessit omnes 1591. ex Actis.

b Die 21. Junii ex Actis.

c Vannutius ex Actis.

d De quo Oldoinus in Athen.



minis Chii Insulæ filium, egregia virtute, rethorica & poetica arte clarum, & in Ecclesiasticis obeundis muneribus optime versatum, Urbanus VIII. ad has easdem sedes censuit sublimandum die 9. Febr. 1626. Consecratus eodem anno, solemni ritu Abellinum ingressus incredibili animi ardore gregem sibi commissum aggressus est instituere. Hanc vero in primis disciplinis excoluit, Clerumque & Ecclesiasticam libertatem ita coluit, ut pro ea servanda, virorum potentium procellas, persecutiones, & aliquando exilium infracto animo sustinuerit, ac victor tandem jura Ecclesiæ suæ sanctæ servaverit. Palatium deinde Episcopale, & census mensæ Episcopalis, & Cathedralem ipsam Canonicorum numero adauxit. Atripaldæ transtulit solemni pompa corpora sanctorum Hippolyti & sociorum Martyrum ex inferiori, ac subterranea Ecclesiæ parte, & cum per vigintiseptem ipsos annos has Eccles. rexisset, nihil omittens quod optimum videtur decere pastorem, post diuturnum morbum Abellini decessit ann. sal. 1653. Kal. Maii, annum agens 67. mens. 7. sepultusq; est in Cathedrali; ejus memoriæ nobile depositum, ac cœnotaphium sequens destinavit in ipsa Cathedrali Frequentina ponendum ejusdem Ecclesiæ Archipresbyter Fabius Cretensis.

D. O. M.

Bartholomeo Justiniano, Patritio Januensi, ex Chii Dominis non minus rerum gestarum magnitudine, quàm hujus Ecclesiæ Præsulatus diuturnitate memorabili.
Mensæ Episcopalis jurium, immunitatis, & jurisdictionis Ecclesiasticæ propugnatori, & propagatori acerrimo. Eadem qua vixit, animi fortitudine vita functo.
Anno Dom. MDCLIII. viii. Kal. Maii ætatis vero suæ lxvii. mens. vii. Fabius Cretensis Archipresbyter Benefactori hoc monumentum grati animi ergo, poni curavit.
Anno M D C. L V I.

Vitam ejusdem scripsit Michael Abbas Justinianus, & monumenta posteris ab eo relicta, tum soluta oratione, tum poetica arte concinnata perplura commemorat, quæ partim deperdita sunt, partim ab ipso conservantur.

35 LAURENTIUS Pollicinus *e*, Bononiæ nobilibus parentibus Petro Antonio, & Aemilia Gessi, ipso pervigilio S. Laurentii ann. 1603. natus, inde ab adolescentia nobilibus disciplinis institutus, lauream juris suscepit, & Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicatu, ac Præpositura exornatus, jurisprudentiam publicè in patria professus est. In Urbini Ducatu, Francisco Maria Duce, munia aliquot prudenter administravit, unde sapientissimi Principis laudes tulit, & gratiam promeruit. Romam profectus causarum patronum egit, & laudabili existimatione sibi famam peperit. Hinc Innocentius X. illum augustissimæ Abbatiæ Nonantulanæ Apostolicum Vicarium constituit, nec multo post, hoc est die *f* . . . . anno 1653. Episcopum Abellinensem, XLIV

Ligustico, Ejus vitam cum ejusdem carminibus Italicis paulo dedit Abbas Justinianus an. 1656. *Mandos.*

e Laudatur à Domin. Reggi in Memor. hist. ministrorum Inferm. l. 23. c. 3. In epist. memorab. Justiniani p. 1. leguntur duę Epistolæ scil. 30. & 31. summis cum laudibus de Pollicino tractantes. *Mandos.*

f 10. Novembris.

& Fre

& Frequentinensem, denunciavit. Ad has benè regendas Ecclesias profectus, præcipuo pietatis studio rexit, planè pater pauperum, in quos non modo ecclesiasticos census, sed etiam suos liberalissimè transfudit. Synodum celebravit, in qua Cleri mores aliquantulum ex diutino decessoris morbo depravatos, optimis legibus coercuit, Ecclesiam Cathedralem exornavit, ut potuit plebem, populumque festivis diebus ex suggestu ad animos eorundem excitandos, informandosque, ad piè, sanctèque vivendum convocabat. Ad tres annos iis ecclesiis consultissimè præfuit, successuris relinquens exemplum, quales Præsules requirat Deus, eos quippè, qui pro ovibus animam ponere non formidarent; etenim cum Abellinum teterrima contagii lues invasisset, ipse intrepide omnia, tum spiritualia, tum temporalia remedia gregi infecto adhibenda curavit: tactus tandem & ipse pestilenti morbo pie expiravit die 7. Julii 1656 populorum lacrymis in Cathedrali parentatus. Ejus vitam scripsit Abbas Michael Justinianus nondum typis excusam.

XLV. 37 THOMAS Brancaccius, Neapolitanus, Alexandro VII. Pont. Max. honorarius cubicularius ab eodem electus Episcopus die 16. Octobris 1656.

A D D I T I O.

Ad Neritinam posteà sedem translatus fuit an. 1669. de quo in tom. 1. illius Præsulum serie fol. 1060. & 1061.

XLVI *JOANNES Baptista Lanfranchus Neapolitanus Patritius, & Clericus Regularis Theatinus, hanc Cathedram implet an. 1670. 30. Junii. Brevi, quo in ea sedit tempore, luculentissima integritatis, pietatis, justitiæ, misericordiæ, ac religionis dedit exempla, per quæ diœcesis suo pristino nitori jam jam restituta videbatur, utinam diutiùs vixisset. Mortalitatis porrò spatium emensus fuit die 3. Januarii 1673.*

XLVII. *CAROLUS Pellegrinus Cassanensis, I. V. D. & S. Theologiæ Magister, Lanfrancho successit 13. Martii 1673. cujus laudatissimis vestigiis pro viribus semper inhæsit: terrenas reliquit exuvias die 4. Maii 1678. Plura scripsit ingenii sui monumenta, quæ inter Praxin Vicariorum pluries typis editam.*

XLVIII. *FRANCISCUS Scanegatta, Patritius Novocomensis V. J. & S. Theologiæ Doctor, Laudensis Episcopi Vicarius generalis, deinde Taurini Internuncius, ac tandem Vicarius generalis Archiep. Neapolitani, ab Innocentio XI. anno 1679. 12. Junii huic Ecclesiæ præficitur, quam summa sollicitudine procuravit usque ad annum jubilæi 1700. quo, post non minus LX. Aureorum M. in paupertate levanda, piis operibus fovendis, Ecclesiis vel reparandis, vel exornandis, vel sacra supellectile ditandis impensa, rerum gerendarum dexteritate, & virtutum ferè omnium ornamentis illustris è mortalium cœtu piissimè demigravit.*

XLIX *FRANCISCO Scanegattæ Emanuel Cicatellus successit, Præsul, non modò amœnioribus litteris, sed & gravissimis disciplinis omnibus imbutus in collegio maximo Neapolitano Societatis Jesu, ubi à celeberrimis illius Societatis, suo ævo in Divinitate magistris Tellino, & Guarino Theologiam perdidicit, & in utroque postea jure lauream promeruit, quas omnes postea scientias ipse etiam alios è cathedra docuit. Concionibus pariter dedit operam, & cum esset mira in dicendo gratia ornatus, semper & in panegyricis orationibus, & in Cursu quadragesimali quàm maxima eruditorum frequentia auditus fuit. Ab Eminentiss. Neapolitano Archiepiscopo Cantelmo, suæ ædis principis primùm Vicarius Curatus, dein judex Matrimoniorum, posteà Sancti officii Fiscalis, demùm Canonicus Theologus fuit renunciatus, in quibus omnibus muneribus ab illo concionandi numquam se exemptum voluit, adeò ut Methymnæ Cœliæ Dux Neapolitani regni Prorex illum in regio sacello audire voluerit; primusque fuit, qui ibi cum omnibus Canonicalibus insignibus coram Prorege, ac si in principe templo Neapolis: coram suo Archiepiscopo, concionem habuit. Neapolitano Provinciali Concilio, quod idem Cantelmus æternæ memoriæ Archiepiscopus celebravit, ut ipsius Concilii promotor interfuit. Non pauca sui nobiliss. ingenii monumenta vincta, & soluta oratione typis data fuerunt, & præcipuè occasione solemnium funerum, in quibus multoties pro funebri concione defunctos laudavit. Cum autem summa foris, domique authoritate, & apud omnes, etiam Urbis principes, ipsosque Purpuratos Patres gratia floreret, quia in eo summam litteraturam, pari affabilitati, sacræque hilaritati desponsatam omnes demirabantur, post recusatam Venafinam, aliasque momenti majoris Ecclesias, hanc Abellinatem anno jubilæi 1700. 28. Maii coactus fuit accipere. Romæ ab Innocentio XII. mira benevolentia exceptus fuit, ab omnibus communi plausu, quia in examine constitutus ea facilitate, claritate, ac libertate illicò respondit, ac si prorsùs non interrogare, & velut alios è cathedra perdocere videretur. In Episcopali dignitate communem de se conceptam expectationem nec hilum fefellit. Utinam diutius in hoc throno sedisset, à quo post triennium ab omnibus deploratus descendit ad tumulum die 17. Decembris 1703.*

L. *PETRUS Alexander Procaccini, Episcopus Ripæ Tennsoats, de quo in T. 2. in illius Ecclesiæ Præsulum serie fol. 763. per mortem Cicatelli ad hæc Abellinensem, & Frequentinam sedes an. 1704. die 15. Decemb. transfertur. Eo zelo, religione, ac prudentia se gerit, ut gregis vota, expectationemque cumulatissimè in dies impleat, adeò ut ipsi diutissimam quisque suspiret ætatem.)*

A L L I F A N I

E P I S C O P I.

PRope Vulturni Ripam infra Æserniam xxiv. à Benevento Metropoli milliario in secunda regione Hirpinorum celebre quondam Samnii Allifæ oppidum & opulentum, ut mœnia, & antiqua monumenta contestantur, situm est, vulgo nunc dicitur *Allifi* Terræ Laboris, Diodoro, Livio, Ptolomæo, & Itinerariis Romanis. Silius lib. 8.

Illic Parthenope, ac Pæno non pervia Nola,
Allifæ, & Clanio consumptæ semper Acerræ.

Prima ejus mentio fit apud Livium lib. 8. C. Petilio & L. Papyrio Cursore Consulibus anno Urbis CCCXXVIII. ante natum Christum CCCXXXV. *Eodem*, inquit, *tempore, & in Samnio res prospere gestæ: tria Oppida in potestatem venerunt, Allifæ, Callifæ, Rufium.* Diodorus lib 20. *Marius adversus Samnites profectus Allifias urbem vi cepit.* Oppidani inde sunt Plinio lib. 3. cap 5. Allifani; inde Ciceroni in orat. pro Cn. Plancio, Allifanus tractus, & Livio lib 22. Allifanus ager. Frizia de subfeudis scribit, devictis à Fabio Maximo consule Samnitibus, sequenti die Allifias in potestatem se contulisse Romanorum, Fabium urbem auxisse, & muros construxisse, ut ex inscriptione, quæ ad huc in ea visitur, licet videre.

Q. Fabio Maximo, Quint. Consuli Urbis,
& mœniorum restauratori, omnium peccatorum vindici, Ordo & Populus Allifanorum Patrono.

Martius illas diruit secundum Livium. Una fuit

ex Præfecturis populi Romani, & post prælium sociele, teste Frontino, colonia eò deducta militaris, ut Festus habet. *Allisæ oppidum muro ductum. ager ejus lege trium est assignatus. Iter populo non debetur* Allisæ amœnitatem, & aquarum ebundantiam describit Alexander Abbas Telesinus. *Rex Rogerius post hæc venit Allisas, ut videret eam: qua visa, de ipsius amœnitate loci, lympharumque circumcurrentium magna abundatia fertur valde sibi complacuisse. Quarum videlicet lympharum tanta erat obsecundationis facilitas ut quandocunque quis vellet, rivum ex eis productum in hortum suum, ubicunque esset, posset transducere. eisque ad irriganda olera pro velle suo famularetur.* Hodie verò ex corrupto eere, & aquarum cursu interjecto, habitatoribus hæc urbs penè vacue est, & non nisi inter rudera ruinæ spectantur, priscæ magnitudinis, ac potentiæ testes esse videntur. Allisæ etiam meminit Peulus Diaconus, Herchempertus & Leo Ostiensis. Protulit hæc civitas viros illustres, inter quos connumerantur Joannes Megnus Protonotarius sub Mensredo, & Nicolaus Alumnus, magnus Regni Canceellerius sub Ioanna I Regina, & Nicolai filius Franciscus Rentius Diaconus Cardinalis eb Urbano VI. creetus, & Joannes Alserii Patriæ Episcopus juris peritissimus. Cæterum hanc civitetem haud iu postremis fuisse, quæ Christi facre suscepperint, & Episcopali dignitete exornetæ fuerint, illud est argumentum, quod ea tempestate, qua Beneventum Samnitumque tractus illa ecceperant, hanc etiam urbem finitimam lucem aspexisse credendum est: hoc autem constat en. 499. Episcopalem dignitatem, cum Clerus Allisanus Præsul eo anno Synodo Romenæ sub Symmacho Pape interfuerit. Sed & in vetustam Ecclesiam, quæ nunc Cathedralis est, secre Sixti Pepæ & martyris lipsana translate fuerint, hucusque in sacello sub confessione venerentur, sed & Episcopatum ente annum 314. in ea institutum ferunt, fortesis Silvestro I. sedente, post redditam à Constantino magno Ecclesiæ pacem ut distichon ad fores Episcopii annuere videtur.

Vita, salus mundi, Pax, gloria, spesq; secundi
A vitiis munda, fusos baptismatis unda.

Cathedralis Allisana pulchræ & antiquæ structuræ, Divus ipse Sixtus Pape tutelaris e.i, in eaque sacris ministrant Canonici duodecim, quorum duo dignitate eminent, Archidiaconus nempe & Primicerius, eliquotque beneficiati Sacerdotes & Clerici. Præter Cethedralem nulla elie Parochialis Ecclesia, Coenobium unum Franciscanorum, & Freternitates paucæ. Animæ fidelium intra mœnia degentium ad quadringentos non ascendunt. Diœcesis Allisana continet oppida, & Castra nonnulla, quorum maximum est oppidum Pedemontis Illustrissimæ Cajetanæ familiæ, ubi ob Allisani aeris inclementiem residere Episcopus solet. Est hoc Oppidum in tria divisum membre, nempe Pedemontis, Vellati, & Castri. & unumquodque collegietam Parochielem habet Ecclesiam cum Canonicis, & aliis beneficiatis. Sunt & in oppido Pedemontis tria Monasteria Virorum, & unum Monialium. Oppidum Prati suam habeat Perochialem Ecclesiam cum pluribus Presbyteris, & Clericis, & virorum cœnobia duo; oppidum S. Angeli pariter habet suam Parochialem, ut & Castra Tini, Atilani, Pretellæ, & Vallis, quorum locorum Parochiales plures habent Presbyteros & clericos. In universa eutem hac Diœcesi comprehenduntur Parochiales Ecclesiæ octo, Collegiatæ tres, quarum una duodecim habet Canonicatus, reliquæ senos. Virorum cœnobia diversi ordinis octo, Sanctimonialium septum unum. & hospitalia, ac laicorum sodalitia aliquot. Mensæ Episcopalis annuus census ducatorum Regni 1700. Taxatur in lib. Cancelleriæ Apostol floren 100. Præsules, qui in hac Ecclesia aliquando floruerunt, pauci sunt, qui sequuntur. quos ex veriis monumentis & scripturis, & ex fide protulimus.

1 CLARUS Allifarum Episcopus subscripsit I.
Concilio Rom. sub Symmacho Papa an. 499. & 500

2 N. Artis, ita vocatur in Synodo Romane, cui II.
interfuit sub Nicolao II. celebrata anno 1059. item
Episcopus Allisanensis memoratur in documento
cuso enno 1061. ab Ulderico Archiepiscopo Beneventano
cum aliis Episcopis Beneventanæ Ecclesiæ suffraganeis epud Chron. Cœnobii sanctæ
Sophiæ, ut superius relatum est in Ulderico.
Ab illo usque ad annum 1179. desiderantur Episcopi.

3 BALDUINUS interfuit Concilio La- III.
terani celebrato anno 1179. Alexandro III ad
clavum sedente: eiusdem memoratur enno 1189.

4 N. cujus etiam nomen non exprimitur in li- IV.
teris Innocentii III. ad eum scriptis, quibus jubetur
excommunicari Clericos, qui in causis Ecclesiasticis
ipsum ad judicium sæculare trahere
præsumpserant. Vixit circa ennum Domini 1200.
Hic fortassis Episcopus Allisanus eret contre quem
Honorius II. scripsit Episcopo Theenensi ut in
ipsum inquiret, utrum vera essent quæ de ipso
circumferebantur indigna. Det. Later. 7. Kal.
Septemb. en 2. ex reg. Vetic. epistol. 180. fol.
147. Idem fortassis Episcopus Alisanus est, qui constructionem
Monasterii & Ecclesiæ Ord. Cisterciensis
in Sylve quæ denominetur Tore, Diœcesis
Allisanæ impediebat, pro qua re Honorius
III. scripsit Abbati & Decano Casinensi Dat.
Reatæ 13. Kal. Sept. an. pontif. 11. in Reg. Vetic.
ep. 27. fol. 29.

5 N. nomen incompertum, Allisenus fuit E- V.
piscopus Gregorio IX. sedente, cuius erat devotus
& obediens, ob id in odium Federici II. imp.
incidit, abeoque in exilium missus, tandem jussu
ejusdem captus, carcerique maceratus miserebili
paupertate vitam reliquit, ut Acta Gregorii M.S.
in Bibliotheca Anicina testantur, de quo etiam Richardus
de S. Germano in Chronic.

6 ALFERIUS Canonicus Allisanus. & Ca- VI.
pellenus Odonis Dieconi Card. S. Adrieni ab Innocentio
IV. creatur Episcopus Allisanus enno 1251.
ad cui obediendum scribit idem Pontifex Capitulo
Allisano 5. Kal. Maii Pont. ann. 9. ex reg. Vatic.
transletus ed Viterbiensem Ecclesiem 1254.

7 ROMANUS Subprior Cœnobii Ord. Præd. VII.
de Urbe ab Innocentio IV. eadem dignitate potitus
est, delectus per transietionem Alferii ad Viterbiensem
enno 1254. 5. Kal Aprilis anu Pontif. 12.
ex Regest. Vetican. epist. 568. fol 77. Romano eidem
scripsit Innocentius 3. Id Novemb. eodem enno
ut Hugoni electo Theanensi Episcopo una cum
eliis Capuanæ Ecclesiæ Episcopis munus consecrationis
impendat; extat Epistola in reg. Vatic. n.
332. peg. 387.

8 PETRUS florebat anno 1305. ex regio re- VIII.
gest. Neapol.

9 NICOLAUS obiit anno 1346. IX.

10 THOMAS de Fontibus Canonicus Thea- X.
nensis eligitur anno 1346. 8. Id Mertii à Clemente
VI Pontifice anno 8. Nicolao immediatè successit,
ut in reg. Vetic epist. 552 fol 94 lib. 4.

11 BERTRANDUS electus 1350. promisit so- XI.
litum subsidium die 28. Martii ejusdem anni, ex
lib. oblig.

12 ANDREAS Episcopus Allisanus ex Castro XII.
S. Severini Salernitanæ Diœcesis an. 1356. supplicavit
Innocentium VI. ut populi ejusdem Castri ædificare
possent Monasterium S. Francisci, ut ex
reg. Vetic. scribit Wadingus tom. 4. Annal. Minorum.
Hoc Andrea fortassis sedente Neapoli obiit
famosus ille civis Allisanus. & patriæ decus Nicolaus
Alumnus magnus Regni Cancellerius anno
1367. ultima die Decembris. sepultus in Ecclesie
sanctæ Mariæ de Ascensione, quam vivens ædificaveret,
in nobili tumulo habet hoc Epitephium.

Inclytus eloquiis Rector Nicolaus Alumnus
Allisæ miles, & Cancellarius idem

Re-

Regni Siciliæ Dux morum, fonsque profundi
Consilii pietate gravis, qui nobile Templum
Obtulit hoc Christo, jacet hic, qui largus egenis
Multa libensque dedit, sed hoc quoque corpus in arcto
Clauditur heu tumulo. Florens ad sydera cœli
Fama volat, clarum vivit per sæcula nomen.
Quem rapuit Domini post annos mille trecentos
Cum sexaginta septem mox fine Decembris.
Quisquis ad hunc tumulum convertis lumina lector,
Absorpti fatam credule considera.
Aetatem studiis teneris formabat in annis,
Perdidit heu florem quem dedit Allifia.
Spes Pueri haud dubie festinus adeptus honores,
Quos tulit antestam clarius in puero.
Attingens annum Nicolaus trinum decimamque
Est Logothetu gerens officium Cameræ;
Et Rationalis virtute jubente magister:
Abstulit à patria mors tamen atra manu.

Nicolai filius fuit, ut diximus, Franciscus Rensius Diac. Card. Urbani VI. nepos ex sorore Card. Bulcani, qui Romæ obiit anno 1390. postquam hæredem instituisset Antonellum germanum fratrem.

XIII. 13 GUILLELMUS vixit temporibus Urbani VI.

XIV. 14 JOANNES de Alferiis Petri filius nobilis Alifanas civis sub Bonifacio IX. evasit patriæ Episcopus; successit Guillelmo, promisit jam consecratus Episcopus hujus sedis pro se & Guillelmo prædecessore solitum subsidium sacro Collegio die 10. Maii 1389. ut in lib. obligat. Hic Ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ intra civitatem condidit an. 1390. eandemque dotavit, & in familiæ suæ juspatronatu perpetuo esse sanxit. Præsul juris prudentia clarus, moribus suavissimis, & pietate exornatus, quibus virtutibus Ladislao Regi charus, & consiliarius fuit. Excessit anno 1412. ejus mentio in lib. Provis. Prælatorum habetur; ejus cum laude meminit Vincentius Ciarlantes in Hist. Samnii l. 4. c. 29.



XV. 15 ANGELUS de Sancto Felice nobili gente natus, ex Archidiacono Allifano hanc sedem obtinuit ab Joanne 23. Id. Februarii 1413. per obitum Joannis ex eodem lib. fol. 290.

XVI. 16 ANTONIUS Morettus a sublectus est die 16. Junii 1458. antiquam Cathedralem pene collapsam nova molitione exædificavit. Sedit ann. 25. decessit anno 1483. sepultus in Cathedrali ante majorem portam sub marmoreo lapide, ubi jacentis Icona Episcopi, unà cum insigniis Morettæ gentis cum hac inscriptione visitur.

a Morettus dicitur à Fontana in Theat. Dom. p. 111. à quo inter D. Dominici Affectas adnumeratur.

Anno M.CCCCLXXXIII. Antonius Morettus Episcopus Allifanus, qui hanc Basilicam destructam erexit, cujus anima requiescat in pace Mag. Mauritius de Cerreto F. fecit.

XVII 17 JOANNES Bartolus electus 17. Kal. Feb. 1483. excessit anno 1486. ex Actis Consistit.

XVIII 18 JOANNES de Zetra Toletanus successit Joanni electus die 6. Septembris 1486. sub Julio II. mortuus est anno 1504.

19 ANGELUS (" Servus de Oliveto,) Episcopus effectus est die 26. Maii 1504. obiit anno 1529. XIX.

20 BERNARDINUS Fumarellus, b Etruscus de S. Geminiano, electus Episcopus Minervinus ad hanc sedem Allifanam translatus est die 26. Augusti 1529. & Episcopus Minervinus eodem die evasit Joannes Franciscus de Bitonto, antea Episcopus titularis Antiochen. non Allifanus, ut ex incogitantia nostra, vel inscitia nostri amanuensis legitur 7. nostro tomo in Episcoporum Minervinorum serie n. 13. pag. 1012. (" Deinde Bernardinus " iterum fuit translatus ad Sulmonen. & Valven.) XX.

21 MICHAEL Torellus à Clemente VII. Pontifice ad hanc Ecclesiam promotus est die 4. c Novembris 1532. Sedit ann. 9. translatusque deinde ad Anagninam Ecclesiam anno 1541. die 6. mensis Aprilis. XXI

c 13 Novembris.

22 HIPPOLYTUS de Marsiliis clericus Lunensis d ad Allifanum Episcopatum pervenit die 6. April. 1541. vix per annum quintum sedit & mortuus est, apud suos tumulatus antecessores in Cathedrali. XXII.

d Latinensis.

23 SEBASTIANUS Pighius e è Regio Insubriæ Canonicus Capuanus, & Romanæ Rotæ Auditor, Hippolyto successit die 22. f Augusti 1546. deinde anno 1548. translatus ad Ferentinam, inde evasit Archiepiscopus Sypontinus Julio III. sedente, à quo creatus Presb. Card. & Adriæ sacerdotium accepit, de quo alibi plura retulimus. & egregii Antistitis laudes enarravimus. Corrigendus est annus translationis Sebastiani ex hac Allifana Ecclesia ad Ferentinam in serie Episcoporum Ferentinorum num 41. pag. 729. & pro anno 1540 scribendus annus 1546. XXIII

e De eo Ciaconius Oldoini tom 1 col. 7...
f 17. Augusti.

24 PHILIPPUS Serragli g, Florentinus nobili familia natus, sed longè virtutibus illustrior, quibus meruit ex Monacho & Abbate ord Montis Oliveti à Paulo III. ad dignitatem Episcopalem Madrutiensem efferri, ea qua ad hanc Allifanam Ecclesiam translatus est die 22. b Junii 1548. cui præfuit usque ad annum 1555. quo mortalitatem explevit: laudatur à suis, quorum Generalis Vicarius fuerat, quod in Comitiis Generalibus ipse Abbas Generalis publicis votis exoptatus, modestissimè abnuerit. XXIV

g Seraglius.
b 4. Junii.

25 ANTONIUM i Augustinum Cæsaraugustanum utriusque juris consultissimum, publicumq; per Hispaniam legum professorem cum Romanæ Rotæ Auditorem, Allifanus grex Episcopum excepit die 15. Decembris 1556 k Præfuit ann. 5. absens quidem in Romana Curia integer vitæ, constanti fama eo in munere habitus est, translatus deinde est anno 1561. ad Ilerdensem in Hispania Ecclesiam. ex qua, sub Gregorio XIII. anno 1576. traductus est ad Tarraconensem Archiepiscopalem sedem. Præsul sanè scriptis suis, & monumentis editis longè clarissimus, ac venerandæ antiquitatis cultor eximius. XXV.

i De eo Antonius in Bibl. Hispana tom 1 p. 99. Ghilinus in Theatro t. 1 p. 21. Mandos. n. 1557.

26 JACOBUS Gibertus de Nogueras l Hispanus Antonio in Allifana sede successit die 8. Augusti 1561. obiit anno 1566. XXVI

l De eo ... Antonius in Bibl. Hisp.

27 ANGELUS Rossius m Interamnensis Episcopus dictus est Allifanus die 24. Januarii 1567. vix annum in hac dignitate expleverat, cum vocatus est ad tumulum: excessit enim in Pratæ suæ Diœcesis oppido, ibique sepultus. In Cathedrali Interamnensi, hoc, optimo Præsuli elogium in marmore nepos Gabriel Patruelis sculpi fecit. XXVII.

m De eo Angelonus in hist. Interamn. par. 2. p. 174. Mando p.

Angelo Rossio Marti Angeli filio Episcopo Allifanorum
Conven. de more circumeunti æternis in Cœlum erepto, ejus ossa suis desiderata Pratæ jurisdictionis oppido solvuntur.
Benemerenti Ludovicus Patruelis Gabrielis filius posuit. MDLXVIII.

28 JOANNES Baptista Sanctorius Tarentinus, Archipresbyter Gravinæ hanc sedem adeptus est die 12. Novembris 1568. Romæ consecratur in sacello Apostolico die 12. Decembris à Julio Sancto- XXVIII.

rio

A rlo Archiepiscopo S. Severinæ, assistentibus Balneoregiensi, & sanctæ Agathæ Episcopis. post annum in hac sede, à Sixto V. cujus erat domus Præfectus translatus est ad Tricaricensem Ecclesiam die 8. Januarii 1586. de quo in Episcopis Tricaricen. tom. 7.

XXIX. 29 Fr. HENRICUS Gynus *a* Syracusanus ord. S. Francisci Conventualium eligitur Episcopus die *b* 17. Febr. 1586. Consecratus Romæ in Ecclesia Ss. Apostolorum à Julio Card. Sanctorio, assistentibus Prospero Rabila *c* Patriarcha Constantinopolit. & Raphaele Bonello Archiepiscopo Ragusino. Vir doctus erat, & in Astrologicis studiis versatissimus apud omnes claruit. Allisanis divinum jus dixit ann. 12. decessit ex hac mortali luce anno 1598.

a Cynus. *b* Die 8. Jan. *c* Rabilla.

XXX 30 Fr. MODESTUS Guazzettus *d* Ferrariensis, Ordinis ejusdem S. Francisci Conventualium demortuo Henrico successit die 7. Augusti 1598. fato concessit 1608. („ *Vide Superbum in Apparatu* „ *virorum illustr. Ferrar. par. 1. pag. 39. & Libanorium in Ferraria aurea par. 1. pag. 95.* Mandosius.)

d Guazzalinus.

B

XXXI. 31 Fr. VALERIUS Seta Veronensis ord. Servorum, summus Theologus, Allisanus Episcopus effectus est à Paulo V. die 24. Novembris 1608. obiit anno 1625 („ *Ejus cum laude meminit Crescentius in Præsidio Romano l. 3. p. 157.* Mandosius.)

XXXII. 32 Fr. HIERONYMUS Zambeccarius nobilis Bononiensis. Ord. Præd. electus 17. *e* Martii 1625. translatus ad Minervinam Ecclesiam anno 1633. („ *De eo Fontana in Theatro Dominicano p. 155.* „ Mandosius.)

e 9. Aprilis.

XXXIII. 33 Fr. JOANNES Michael Rubeus Nolanus, ord. Carmelitanorum Episcopus Minervinus eodē anno 1633. 14. *f* Martii ad hanc Allitanam Ecclesiam translatus est, ubi mortem obiit anno 1639.

f 12. Aprilis.

B

XXXIV. 34 PETRUS PAULUS Medices, *g* Horatii filius, Florentinus Patritius, & Canonicus, ab Urbano VIII. Allisanus creatus est Episcopus die 21. Aprilis 1639. Sedit ann plus minusve 17. Defunctus ex contagiosa lue mense Octobris ano. 1656. dum pro sibi commendato grege intrepidè sacra infirmis ac peste tactis administraret, boni sanè Pastoris exemplar futurus, quippè qui, qua virtute, qua constantia animam pro ovibus suis posuit.

g Laudatur à Dominico Reggi in Memoria hist. Minist. Instr. p. 406. Erat Eques Ordinis S. Stephani. Mandos.

D

XXXV. 35 Fr. HENRICUS Burgensis, Ordinis Servorum emeritus Generalis, delectus est hujus Ecclesiæ Præsul ab Alexandro VII. Pont. Max. anno 1658. Romæ, consecratus ad suam benè moderandam Ecclesiam profectus, octavo ab ingressu die ex hac mundi vita decessit mense Novembri.

XXXVI. 36 SEBASTIANUS Dossena, nobilis Mediolanensis, Patre Ferdinando, & Catharina de Nobilibus filius ord. Regularium Clericorum, quos Barnabitas vocant, alumnus, Theologus, & Verbi Dei declamator, variis in ea Congregatione eximiè functus muneribus, in gratiam Card. Hernesti ab Harach Archiepiscopi Pragensis, cujus erat intimus familiaris & Theologus, & Archidiœcesis Pragæ consiliarius, electus est Allisanus Episcopus ab Alexandro VII. Pont. Max. anno 1659. Romæ consecratus in Ecclesia S. Caroli de Catinariis, ad

A suam Ecclesiam benè moderandam, Cosmæ Dossenæ consanguinei sui Episcopi Dertonensis virtutes imitaturus accessit, quam cum laude hactenus administrat.

A D D I T I O.

(„ *Decessit Sebastianus an. 1664.*

„ *DOMINICUS Caracciolus, presbyter Cajetanus, J. U. D. Dossenæ successit electus 31. Martii 1664. Duodecim ferme annos commissum sibi gregem laudabiliter paverat, cum ex hac luce migravit an. 1676.* XXVII

„ *JOSEPH de Lazara, Romanus, Congregationis Clericorum Regularium Minorum, hanc ecclesiam deinde suscepit regendam 23. Martii 1676. Vitam cum morte commutavit mense Martio 1702.* XXVIII

„ *ANGELUS Porphirii, nobilis Camerinensis, J. U. D. Auditor aliquando Vicelegati Bononiensis, ad hanc sedem evectus est 5. Martii 1703.*) XXIX.

B

A R I A N I

EPISCOPI.

ARianum antiquissimum Hirpinorum oppidum mediterraneum ulterioris, nunc Principatus civitas est, in trium montium cacumine ultra Triventum versus Septentrionem sita, à Benevento XV. ab Neapoli L. M. P. distans, vulgari vocabulo *Ariano*: id antiquitus dictum, ut Cluverius scribit, Equus Tuticus, idest ut Hierosolymitanum Itinerarium interpretatur, Equus Magnus. Ptolomęo simpliciter dicitur Tuticum. Memoratur Equus Tuticus Ciceroni ad Atticum l. 6. Epist. 1. Antiquissima videtur esse urbs, nam conditorem ejus adfinxerunt Diomedem Ætolorum Regem, qui rebus Trojanis interfuit. Servius ad Æneid Virg. l. 8. de ipso sermonem habens ita fuit: *Nam & Beneventū, & Equum Tuticum ipse condidit.* Marinus Frizia ex Fla. Blondo narrat, Arianum sic denominatum ab Ara Jani, in quò quotannis sacello sacra fiebant, & Beneventanorum quondam fuisse coloniam. Fabius Barberius Physicus de antiquitate & nobilitate Ariani. antiquiorem originem ei adstruere conatur ex quadam marmorea inscriptione a Jordano Comite effossa, dum ipse subtus aram falsi Dei quippè D Jani, reliquias antiqui templi detegere conaretur, in qua legitur, Arianum ab indigena uno è principibus Janniculorum, qui temporibus Itali Regis è Sutrio exiens, & tyrannidem fugiens coloniam quingentorum nobilium conjuratorum huc transtulisset, Janumque colens, sedem sibi suisque firmam delegisset, Arianum nomen loco impositum. Neque ab hac sententia visus est abhorruisse Vincentius Ciarlantes lib 1. Hist. Samnii. Sed antiquitatis cordatiores inscriptionem illam pulchram, & ad laudem ingenii excogitatum commentum non ex opinione æstimarunt. Ut ut res sit, constat, Arianum antiquam Hirpinorum civitatem fuisse, opibus, virisque potentem, posterioribusque temporibus Sobranæ gentis, mox Carrafæ titulo Comitatus illustrem. Hoc tempore Regi immediatè subjecta est. Continebantur in ea ex fisci codice familiæ 1955. cum anno Domini 1456. ex terræmotu funditùs penè cecidisset, restituta deinde anno

1470.

1470. in eam, quam modo spectamus, imparem antiquæ magnitudini speciem. Cæterum quando, aut à qnibus Arianum lucem hauserit Evangelii, incompertum est; potuit tamen, nisi conjectura fallat, sacra Christiana suscepisse eodem ipso tempore, quo tota regio hæc suave Christi jugum accepit, hoc est, Apostolorum temporibus, quando Potinus Petri Apostolorum Principis discipulus Benevento Evangelium disseminavit. Ariana verò Episcopalis dignitas antiqua est ante annum nostræ salutis millesimnm constituta, qua qui pro tempore nobilitatur, à Catholico Rege nominatur, & suffraganeus est Beneventani Archiepiscopi. Cathedralis Basilica est sub titulo Deiparæ Virginis Assumptæ, mediocris structuræ, & sacris ornamentis ad divinum cultum sufficienter instructa. Hic in proprio sacello conditum erat corpus Beati Othonis de Frangipanis Eremitæ, civitatis Patroni, quod cum transtulissent Benevento, brachium ejus eodem receptum in thesauro pie servatur; hujus natalis dies solemni ritu celebratur in ea 13. Martii, quæ quia dum cives cum armis bellicis, & vexillo à magistro nundinarum delato, totam percurrerent civitatem, quadragesimalis pœnitentiæ disciplinam perturbabat, nuper in Octavam Dominicæ Resurrectionis translata est. Celebratur item in hac Basilica Natalis S. Eleazarii Sobrani Ariani Comitis Ord. Tertiarii sancti Francisci die 27. Septembris. Hic Parisiis excessit ex humanis anno Dom. 1325. cujus res gestas ex anthenticis MS. edidit Surius t. 5. & bon. me. doctus piusque Vvadingus tom 4. Annal. Minorum. Caput ejusdem divi una cum uno digito ejusdem in thesanro servatur, ubi & capita SS. Nerei, Achillei Domitillæ & Pancratii credunt tenere cum duabus spinis Salvatoris nostri Coronæ. Habet Ecclesia hæc Archidiaconnm secnndum ab Antistite, Archipresbyterum, duos Primicerios, majorem, & minorem, Thesaurarinm, & quindecim Canonicos, aliosque Presbyteros & Clericos Seminarii. Præter ipsam Cathedralem intra Urbem aliæ duæ sunt Collegiatæ Ecclesiæ, altera tit. S. Petri, sancti Angeli altera, & Parochiales duodecim, quibus singulis præfectus est Rector. Virorum Cœnobia quinque, Sanctimonialium monasterium unum. Diœcesis Arianensis confines habet adjacentes, ab Ortu Bovinensem, ab Occasu Beneventanam à Meridie Triventinam, & ab Aquilone Vulturariensem. Patet in longitudine ab occasn in ortum milliaribus tredecim, ab Austro in Septentrionem milliaribus xix. Censentur in ea oppida tredecim cum totidem Parochiis. Census Episcopalis mensæ taxatur in lib. Cam. Apost. flnr. 213. Porro Arianensium Episcoporum Catalogus hic est, quem ex Fabio Barberio cive, ac medico Arianensi, diversisque aliis scriptoris damus, non parum auctum, atque à mendis expurgatum.

I. 1 MEINARDUS, Patria Patavinus, Ariani erat Episcopus anno 1070. quo in veteri Cathedrali fontem baptismalem ex marmoreo lapide pulchrè elaborato construendum curavit, in quo hæc carmina legebantur.

Hos fontes sacros huc ad baptismatis usus
Huic Præsul sanctæ Meinardus contulit almæ
Patavii natus, clarisque parentibus ortus
Martyris Ermolai ducens en ędibus almi
Nobilium studio sibi subveniente benigno,
Qui quasi more boum mittentes sub juga collum
Hos tranere pie fontes sub amore Mariæ.
Anno Dom. MLXX.

Interfuit Meinardus consecrationi Ecclesiæ Casinensis an. 1071. ab Alexandro II. Pontifice celebratæ die prima Octobris, cujus meminit Anonymus Casinensis in Chronic.

Meinardum hunc primum non fuisse Ariani Episcopum, docet sequens ejusdem declaratio pro sua Episcopali jurisdictione facta an. 1080. ad favorem monasterii sanctæ Sophiæ de Benevento, pro ecclesia sancti Angeli Anciri, in qua fit mentio Episcoporum, qui ante ipsum hanc tenuerunt Ecclesiam seu Episcopatum; exscripsimus declarationem ipsam ex M.S. Chronica S. Sophiæ in hæc verba.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi Domini æterni.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1080. & octavo anno Pontificatus Domini nostri Gregorii VII. & venerab. Papæ, mense Decemb. Ind. 4.

Ego Meinardus gratia Domini Arianensis Episcopus confiteor, quoniam improbe, & sine qualibet prædecessorum meorum auctoritate, imò contra mores ejusdem Ecclesiæ sancti Angeli, quam monasterium sanctæ Sophiæ de Benevento legibus pertinentem habet foris civitatem Arianam ubi dicitur ad ipsa revolta, quod rectoribus plura irrogavi incommoda, exigendo ibi insolita servitia, & data, ipsi Ecclesiæ scilicet & Rectoribus, atque familiis ejus in damnum; Nunc ergo quia recognosco, & scio quod in tam illicitis actibus graviter deliqui, verendo ne aliquis successorum hoc nefandum exemplum à me capiat, & ad ea ingerendum per eandem viam incedat, & ipse peccans mihi culpæ hujus adaugeat cumulum; ob amorem Domini, & sancti Mercurii, cunctorum sanctorum, qui in prænominato monasterio requiescunt, (cum justum sit ab iniquitate recedere, & ad emendationem tendere) obligo me, & meos sequentes ordine quidem convenientiæ secundum legem per hoc scriptam, præsentia subscriptorum testium, tibi Petro Longobardo filio quondam Gerbardi ad partem & vicem præfati monast. S. Sophiæ, quatenus ad hoc inantea nullu servitia, nulla xenia, nullaque datu prædictæ Ecclesię sancti Angeli, quæ dicitur ad ipsu revolta, quærere debeamus aliquo titulo, vel modo. Si igitur unquam ego, vel mei successores ad hanc iniquitatem redire nisi facerimus, quærendo aliqua servitia, xenia, vel data prædictæ Ecclesiæ s. Angeli, ut diripiamus inde aliquid, vel ut ad quidquam nobis persolvendum quosdam de Rectoribus, seu & de familia prænominatæ Ecclesiæ inquieternus, & compellamus, in Domino per eandem convenientiam secundum legem obligo me, & meos successores tibi eidem Petro, tuisque hæredibus, & hoc scriptoin causationem offenderati, & ostenderuti dicam potias ad partem ejusdem monasterii pro parte mille solidos Constantinatos componere, quod tibi Joanni Notario taliter scribere mandavimus.

Actum intra claustra supranominati monasterii feliciter admodum.

Ego Meinardus Episcopus.
Ego Ioannes Episcopus.
Ego Philippus Diaconus.
Ego Lambertus Cardinalis.
Ego Adolphus Cardinalis.
Ego Henricus Cardinalis nos subscripsi.

2 GERARDUS Ariani Episcopus anno 1098. II.
cum Soffredo Comite de Ruscilione germano fratre suo, aliisque viris illustribus Cruce signatis in Terram sanctam profectus est, captaque Hierusalem in eam ingressus est: ejus meminit Guillel. Tyrus lib. 1. cap. 14 & Petrus Diac. lib. 4. cap. 11. Chron. Casinen.

(„ *N. . . Arianensis Episcopus interfuit Teani* III.
„ *an. 1143. translationi corporis S. Nicolai Peregrini, ut narratur in historia edita ab Ughello in Tranensibus.*)

3 BARTHOLOMÆUS hujus sedis Antistes IV.
adfuit Concilio Lateranensi ab Alexandro III. celebrato anno 1179. Eo Præsule obiit apud Arianum S. Otho, sive Odo civitatis Patronus, nobilis Romanus Frangipana familia natus. Corpus ibidem sepultum, cum Agareni urbes finitimas devastarent, delatum Beneventum, ibi usq; ad ann. 1451. fuit. Quo tempore Alphonsi Regis decreto Arianum delatum est in Cathedralem. Ejus Acta brevi compendio Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ refert. Fabius Barberius prolixè acta & miracula evulgavit.

4 N. cujus nomen haud exprimit in literis V.

Inno-

Inocentius III, in Regesto, ubi extat exemplar literarum ipsius ad Episcopum Arianensem, quibus litis cujusdam cognitionem & definitionem illi committit.

VI. 5 MEINARDUS hujus nominis secundus, sub Gregorio IX. Infulam Arianam accepit regendam, circa annum Dnmioi 1238.

VII. 6 ROGERIUS florebat Ariani Episcopus anno 1247. ejus oñicam memoriam ad posteros perennavit documentum Abbatiæ Mootis Virginis celeberrimæ, in quo Rogerius testis fuit, seque subscripsit in hæc verba

Præsul velle Dei Rogerius est Ariani.

Documentum exscripsit ab autographo Joannes Baptista Prignanus in lib. de familiis Salernitanis, qui M S. extat in biblioth. Angelica S. Augustini de Urbe in hunc modum in descriptione familiæ Guarnæ.

In nomine Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi.

Anno Incarnationis ejus 1247. Regnante Domino nostro magnifico, & gloriosissimo Frederico Romanorum Imperatore semper Augusto. Jerusalem & Siciliæ Rege, Imperii ejus anno 28. Regni vero ejus Siciliæ anno 51. mense Februarii, sextæ Indict.

Scriptum est ad futuri temporis memoriam à me Sassone annali judice institutum, de hoc, quod in mea præsentia, Dom. Rogerii venerabilis Ariani Episcopi, Angeli infrascripti ejusdem Terræ publici Notarii, Magistri Roberti de Tocco Judicis, Gulielmi de Salin, Sabarini, Domini Gulielmi de Ariano. Judicis Jordani de Crypta, & Judicis Luciani de Caserta testium subscriptorum litteratorum ad hoc specialiter, rogatorum. Venitini apud Arianum Nobilis vir Dom. Trogisius Montis-Mileti, & ostendit nobis literas nobilis viri Dom Goffridi Catalani Imperialis Justitiarii Principatus & Terræ Beneventanæ, quarum continentia talis est Nobili viro Domino Trogisio de Monte-Mileto suo sicut fratri. Goffridus Catalanus Justitiarius Principatus, & Terræ Beneventanæ salutem & amorem sincerum. Quia pro parte venerab. Abbatis, & Conventus S. Mariæ monasterii Montis Virginis, testes sunt necessario providendi super distinguendis, & terminandis quibusdam finibus quarundam Terrarum existentium in territorio, & pertinentiis castri Amandi, super quibus terris quæstio nititata fuit in Imperiali Curia coram nobis inter prædictum Abbatem, & Conventum pro parte monasterii supradicti contra eundem Dominum Jacobum, vobis præcipiendo mandamus quatenus ad requisitionem eorundem Abbatis, & Conventus omnes testes, qui pro parte dicti Abbatis & Conventus vobis nominati fuerint pro distinguendis, & terminandis finibus supradictis venire coram vobis ad loca, in quibus sunt distinguendi, & terminandi fines præd sub certa pœna compellatis, & iis jam dictis finibus, per eos cum eorum juramento distinctis, & terminatis de distinctione, & terminatione eorundem fieri faciatis illud, quod judicaveritis faciendum, sic quod nullo adveniente tempore occasione ipsorum finium inter partes discordia aliqua valeat intervenire. Datum Eboli quartodecimo Febr. sextæ Indictionis. Quibus literis visis, lectis, & diligenter inspectis, de mandato Domini Trogisii, cum prædicto Dom. Rogerio venerab. Ariani Episcopo, Notario & testibus supradictis, in tenimentum Amandi perreximus una cum Dom. Joanne venerab. Abbate suprad. monasterii Montis-Virginis, assistentibus cum eodem Dom. Abbate Dopno Mauro vestarario, Domno Palmerio Priore domus Eboli, & Domno Johanne Furello Infirmarario, & Monachis ejusdem monasterii, & sic præfatus Dominus Abbas pro parte dicti monasterii sui, in mea notarii, & testium supradictorum præsentia, præsente etiam ipso Dom. Jacobo Guarna, præsentavit eidem Dom. Trogisio, Martinum Domini Johannis, & Nicolaum de Frequento, de Casales. Mariæ de Cinno de castello Amandi. Nicolaum de Diapuna, & Nicolaum de Crissileta de Crypta. Riccardum de Bo-

A *nomelio de Ariano. Dauferium de Abnbile, qui mandato suprad. Dom. Trogisii testes suprad. juraverunt super sancta Dei Evangelia, ut fideliter, & sine fraude perambularent, & distinguerent, & terminarent terras, quas per sententiam prædictus Dom. Abbas pro parte nominati monasterii sui in Imperiali Curia coram supradicto Dom. Justitiario obtinuerunt contra præfatum Dominum Jacobum Guarnam, secundum quod in quodam Instrumento publico plenius ipsam sententiam vidimus contineri, & secundum mandatum factum ipsi Dom. Trogisio de supradicto Dom. Justitiario, ut superius est expressum Qui testes suprad. habito cum deliberatione consilio su perambulaverunt, & distinxerunt, & terminos posuerunt inter fines terrarum S. Marci, & loci, ubi Iscla Rotunda dicitur, & terrarum Amandi. Qui fines, & per fines in Instrumento contentas, videlicet à superiori parte, qualiter incipit à tenimento prædictarum terrarum, &c. usq. fine. Quod etiam prædictus Dom. Jacobus Guarna voluit, & concessit, consentiendo in nobis Judice, & No-*
B *tario tanquam in suum Judicem, & Notarium in causa prædicta, cum sciret nos suum Judicem, & Notarium non esse, &c.*

Sasso suprascripta Judex authenticat ista,
Præsul Velle Dei Rogerius est Ariani.
Ego Magister Robertus de Tocco testis interfui supradictorum finium designationi.
Ego supradictus Gulielmus me subscripsi; quia prædictis interfui.
† Signum crucis propriæ manus Sabarini Domini Gulielmi de Ariano supradictorum testis.
Ex Archivio Montis-Virginis, &c.

7 PEREGRINUS vixit aono 1277. VIII.
8 ROGERIUS de Vetro nobili familia natus, A- IX.
riani Antistes memoratur in Reg. Neapol. an. 1291.
9 RAYNUS hanc regebat Ecclesiam an. 1300. X.
quo à Capitulo Sypontino postulatus fuit Archiepiscopus; sed reluctante Bonifacio VIII in hac sua remansit Ecclesia ad mortem usque; de ejus postulatione fit mentio in Reg. Vat. ep. 171. fol. 49. an. pon-
C tif. Bonifacii VIII. ipsis Kal. Septemb. Rayno Antistiti, & Capitulo Ariano Ermogauus de Sabrano Gallus Comes Ariani Pater S. Eleazarii dono dedit quoddam casale S. Eleutherii cum pertinentiis suis, aliasque terras, & bona in sylva Nigra, sylvasque Trelopoli, & alia Laspiniana nuncupata, in pertinentiis ejusdem civitatis anno 1307. Donationem se vidisse testatur Barberius, quam non exscripsit Rogerius excessisse paulo post ab hac donatione fertur, cum post annos duos successor ejus statuatur is, qui modo sequitur.

10 ROSTAGNUS electus circa annum 1309. XI.
hic certum duodecim Canonicorum numerum io Cathedrali coostituit. Sedit plus minùs ann. 22. fato concessit an 1330 ex Regest. Vat.
11 Fr. LAURENTIUS Ord. Minorum imme- XII.
diatè successit Rostagno anno 1331. 13 Kal. Januar. an. 16. Joannis XXII. Papæ, à quo Infula Ariana decoratus fuerat, ut liquet in literis ex eodem Vat. desumptis à venerab. Luca Waddinge t. 3. Annal Min.
D Mortem obiit sub extremis diebus Beoedicti XII.
12 Fr ROBERTUS eligitur circa aoonum 1342. XIII.
obiit 1349.
13 Fr. RAYMUNDUS Ord. Minorum evasit XIV.
Ariani Episcopus an. 1349. apud Waddingum tom. 3. Annal. Min.
14 Fr JOANNES Neapolitanus Arianam Ec- XV.
clesiam regebat anno 1356.
15 THOMAS ann. 1358. fato cessit anno 1364. XVI.
16 DIONYSIUS Ord. Eremitarum S. Augusti- XVII
ni, vir probus, & doctus in demortui locum Thomæ electus est Arianus Antistes ab Urbano V. an. 1364. 4. Id. Januar. pontif. 2. ex Reg. Vat.
17 Fr. JACOBUS Ariani Præsul traoslatus est XVIII
ad Frequentinam Ecclesiam 17 Kal. Febr. an. 8. ejusdem Urbani V qui fuit salutis 1370. ex eodem Reg. Vat. cætera de ipso & aliis antecessoribus ignorantur.
18 GIROALDUS hujus sedis Episcopus no- XIX.

mi-

minatur anno 1382. traducitur ad Ecclesiam Castrensem in Proviocia Hydruntina à Bonifacio IX. ao. 1390. in Actis Consist. ubi obiit an. 1391. Intrusum lego in Ecclesiam Arianen. quendam Ioannem ab Antipapa Clemente VII. an. 1386. qui die 16. Aug solvit solitum subsidium Avenione, qui cum fuerit Psendoepisc. iussus est ab hac serie exulare.

XX. 19 LUCAS Monachus sanctæ Mariæ Novæ Perusinæ Diœcesis Ord. S. Benedicti, creatus Episcopus an. 1390. sed cum neglexisset literas Apostol. expedire per annos ferè decem, possessionem non est adeptus, iterumque ab eodem Bonifacin provisus an. 1400. 19. Kal. Feb. consecratur episcopus, & quarto post meose fato concessit, ex lib. Prov. Præl. fnl. 56.

XXI 20 DONATUS Primicerius maior Beneventanæ Ecclesiæ successit Lucæ an. 1400. die 13. Kal. Iul. Ex hoc Episcopatu translatus est ad Vicanam Ecclesiam ab Ionocentio VII. ao. 1406. ex eodem Prov. lib.

XXII. 21 ANGELUS de Raimo Neapol. Monachus & Abbas monasterii sancti Hnnorati Insulæ Lerinensis Ordinis sancti Benedicti Grassensis Diœcesis ad hanc Ecclesiam promotus est ab Innocentio VII. 5. Kalend. Augusti ann. 2. pontific. Christi vero 1406. ex lib. Provis. & Regul. eiusdem Pnntificis fol. 275. Sedit Angelus bonus Antistes ad annum usque 1432. quo mortalem vitam liquit. Hujus nnn meminit Lirinensium Abbatum catalogus in Chronnl. Sanctorum eiusdem Monasterii, ex qua Sammarthani Fratres tnm. 4. Galliæ Christianæ.

XXIII 22 ANGELUS de Grassis Archidiacnnus Sypontinus provisus est de hoc Arianeosi Episcopatu ab Eugenio IV. die 5 Kal. Martii 1432. ex hoc ad Rhegioam ecclesiam, translatus ao. 1449. nt Acta docent Consist. Intersnerat Florentinn Cnnc. sub Eugenio IV. ao. 1439. Hic anno 1443. Ecclesiam & Prioratum S. Bernardi Ord. Cisterciensis in Ariana diœc. aliquo tempore occupatum, beoignè eidem Ordini restitui fecit, & Nicolaum de Bojano Monachum Casæ-Novæ Priorem constituit.

XXIV 23 URSUS LEO nobili familia Ariani natus, ex Canonico Cathedr. creatus est Episcopus prid. Id. Maii 1449. in actis Cons. vocatur Vrsilius, quem Fabius Barberius in catalogo laudat his verbis.

Hic Præsul qui fuit Patritius Ariani jam satis dilectus ab Alphonso Neapolis Rege ob ingentem ejus eraditionem, fidelitatem, atque in agendo enimiam peritiam. Idcirco antequam ipse ejusdem Patriæ Episcopus cooptaretur à Nicolao, non solum fuit major Capellanus illius Regis, sed etiam peritus Orator, atque ita aliquot annis in Curia versatus est, quamobrē meruit pro se, suisque posteris quædam privilegia, & quidem non minoris momenti ab eo obtinere. Sub ipsius Episcopatu in hac civitate successit vehementissimus terræmotus jam multo ante prophetizatus spatio quippe annorum 375. à sancto Othone ejusdem urbis protectore sub anno scilicet 1181. quemadmodum ego retuli in tract. 1. supracit. dum scriberem de miraculosa lapidum productione in instar grandinum, ob quem porrò terræmotum jam magna civitatis parte devastata abierunt quamplurimi homines, qui visi sunt attigisse, sicuti ex antiquis monumentis patet, numerum duorum millium, quemadmodum notatum est apud ædes Episcopales Ariani in quadam lapide plateam versus sub iis versiculis.

Fertur in obruptum mons motus improbus ictu
Terræ castrum subvertit, ædesque dejecit.
Bis hominum mille nocte dirus ille tradidit urnæ.
Ursus Leo Præsul, populoque fovente daturus
Evadit sagax aras & templa restaurans.

Nonis Decembris 1456. sub Divo Alphonso regnante Henrico Comite. Quo sanè ultimo versu culpiam manifestatur, prudentem illum Antistitem in Ecclesia sua majori, quæ magna ex parte ob illum terręmotum devastata erat, multa restaurasse. Ab eodem Episcopo Arianensi fuit constructum quondam sacrosanctum Tabernaculum, quod modo conservatur in eadem Cathedrali Ecclesia apud sacellum Thesaurariæ, in quo sanctissimum Eucharistię sacramentum per hanc civitatem deferri solet, quod certè magni valoris æstimatur, estq; tam maximi artificii, ut facile à quoquam arbitrari possit, quod vix alterius ejus simile hac nostra tempestate alibi conspici possit. Atqui hujusmodi Tabernaculum idem Ursus Episcopus quatuor annis antequam terribilissimus ille terræmotus hoc in loco successisset, ritè conficiendum curaverat quoniam in basi ejusdem Tabernaculi sic annotatum extat. VRSVS Leo Episcnpus Ariani anno Dom. 1452. Petrus Esculo de Marchis hoc fecit. Hæc ille.

Obiit Vrsus circa annum salutis 1470.



XXV. 24 JACOBVS Perphida Romanus post Vrsum evasit Arianus Antistes an. 1470. Hic collapsam fere Cathedralem, quam Vrsus restaurandam susceperat, iotus exornandam curavit, & cum sedisset plus minus annis decem, mortalitatem explevit.

XXVI 25 NICOLAVS de Hippolytis Clericus Arianus eligitur patriæ Episcopus per obitum Jacobi die 14. Julii 148n. ita in actis Consist. Sixti IV. fertur ædificasse anteriorem partem Cathedralis Templi, ubi cnllocari mandavit Divi Othonis tutelaris, ac s. Eleazarii qunndam Comitis Ariani simulachra, quibus insculpti prostaot hi versus ad s. Othonis.

Assurgas quicunque potes spectare figuram,
Nam pater est urbis nomine Divus Otho.

Ad sancti vero Eleazarii:

Hujus erat Dominus quondam Eleazarius Urbis,
Qui meruit dici sanctus in orbe sacer.


Ad majorem vero portam Cathedralis ad pedes imaginis sanctissimæ Virginis Assumptę hi alii versus legnotur.

Quas tibi dat Præsul Nicolaus suscipe Valvas
Virgo benigna tibi ut demantur crimina cuncta.
Nicolaus Hippolytus Episcopus Arianensis fūdavit.

Sedit Nicolaus in patriæ sede ann. 1. m. 2. translatusq; est ad Archiepiscopalem sedem Rosanēsem in Calabria die 5. Septembr. ex qua ad Triphernatem ascendit 1493. ac titulo Cæsarien Archiepiscopatus cohonestatus; anno vero 1598. cum se eo munere abdicasset, iterum traductus est ad primam suam Arianensem sponsam, in qua sub Julio II. mortem obiit anno 1511. quo sedente, Ariani fratres Eremitæ sancti Augustini recipiuntur anno 1439. & Cœnobium ædificarunt.

XXVII. 26 PAVLVS de Bracchiis, Juris peritus Arianenseo Infulam consecutus est nonis Septembris 1481. pontif. 11. Sixti IV. successit Nicolan. Hic cum esset inquieti animi vir, & factiosus, partes Caroli VIII Galliarum Regis Regnum invadentis secutus, pnst debellatos Francos, ac Regnum Neapolitanum ab Ferdinando II. Rege receptum, Paulus propemodom Sacerdotio spoliatus, exulque vitam finivit.

XXVIII. 27 NICOLAVS idem de Hyppolytis, quem acta Consistor. de Caocellariis vocant, iterum Arianensem primam sponsam accepit post Paulum, eamque rexit ad annum usque 1511. quo excessit, ut supra narratum est ex actis Consistor.



XXIX. 28 DIOMEDES Carrafa *a* Joannis Francisci Arianensium Ducis filius, Episcopus Arianen electus est die 9. April. 1511. Nicolao de Cancellariis immediatè successit. Vix possessionem adeptus, anteriorem Cathedralis partem exornandam curavit, eamque dedicavit, ut ex verbis iis in lapide sculptis legitur. *Diomedes Carrafa Joannis Francisci Carrafæ Arianensium Ducis filius perfecit, & dedicavit anno Domini 1512.* Palatium Episcopale adauxit, exornavitque. Restituit quoq; collabentem Abbatialem Ecclesiam s. Angeli, aliaque suæ munificentiæ signa dedit, præfuitque summa fama virtutis annis quinquaginta, quem Paulus IV. ejus affinis in numerum Cardinalium cooptavit ann. 1555. 13 Kalend. Januar. mortuus est Romæ an. 1560. prid. Id. Aug. ætatis suæ 69. si menses 3. dies 25. dempseris Sepulchro illatus, quod ipse in ecclesia sui tituli Ss. Sylvestri & Martini in Montibus condiderat quam ipse refecerat, & ad numerum Ecclesiarum, in quibus statio celebratur, sub Paulo IV. reduxerat; in eo tumulo hæc carmina leguntur.

Quæ iacet, & pedibus teritur viventis imago est,
Non patitur, nec obit, qui sibi sponte perit.
MDLVIII. xx. Decembris.

Diomedis Carrafæ Card. Arianensis tumulus.

Quum pietas, quum vera fides, quum conscia recti
Mens, quum religio, iura, timorque Dei
Cælestem possint animis promittere vitam,
Hanc superos inter nunc Diomedes habet.
Obiit anno Domini MDLX. die xii. Aug. vix. ann. lxviii. mens. iii. dies vii.

Fratres vero sancti Martini aliam inscriptionem honorariam Diomedi erexerunt haud longè à Diomedis sepulchro hujusmodi verbis conceptam.

D. O. M.

Diomedi Carrafæ Presb. Cardin. Arianensi, & huius Ecclesiæ, vita, moribus, virtute, doctrina, ac sanctimonia exculto, sacrarum ædium restauratori religiosissimo, qui hoc templum deformatum in meliorem faciem, quam dudum fuerat, reduxit. Fratres Carmelitæ ex Elisei schola oriundi ob instauratam sibi Cœnobii partem iafimo horto contiguam, necnon ob sarta patrimenta quæ illis ex testamento donavit, ad nominis perpetuitatem, ad integritatis & honoris, virtutisque fidem, ejus illustrium Carrafæ, & Ursinæ familiæ insignia, & hunc insculptum lapidem plurimis effusis lacrymis constituerunt, atque ut inde posteri Carmelitæ, dum agnoverint, quam de Instituto Carmelitico optimus ille pater fuerit bene meritus, non obliviscantur quæ debent, debent autem singula (ita loquuntur) septimana Missam funebrem, & quotannis prid. Id. Augusti, supremi illius diei exequias repetere, ac iterare. MDLXI. die xiv Octob:

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 145.

("Cum ob suas verè Ecclesiastico principe dignas
" virtutes esset ex intimis magni patris Philippi
" Nerii tunc in humanis agentis, meruit Archiso-
" dalitii ab illo fundati SS. Trinitatis peregrinorum,
" & convalescentium primus esse Apostolica authori-
" tate Protector, quam sibi ultro demandatam pro(
" vinciam adeo navus procuravit, ut illi à Pio IV.
" confirmationem, quæ veram ei peperit stabilita-
" tem, aliaque Pontificiæ largitatis argumenta ade-
" ptus fuerit. Quam amoris erga illud significatio-
" nem imitantes tanti Cardinalis posteri, imò uni-
" versa Carrafia nobilissima gens, & Romano quan-
" doque in illa Curia munerum ergo, at semper
" Neapolitano, quod idem est cum Romano, nomen
" dederunt, illudque brevi sit usque coronarunt.)

XXX 29 Fr. OCTAVIANUS Preconius *b*, Siculus, Castri-Regalensis, Ord. Conventualium S. Francisci, qui doctrinæ, virtutum, atque Ecclesiasticæ eloquentiæ laude excelluit, & à Paulo III Episcopus Monopolitanus electus est ann. 1546. à Pio IV. ad hanc Arianensem Ecclesiam translatus *c*, deinde ad Cephaludensem, ac demum ad Panormitanum Sacerdotium evectus 1562. Concil Trid. interfuit, obiitque anno 1568. Jacet in Cathedrali Panormitana, ejus sepulchro hæc inscripta, ubi quatuor recensentur Ecclesiæ, quibus laudabiliter præfuit.

Frater Octavianus Preconius Ordinis Minorum Conventualium Siculus è Castro Regali Archiepiscopus Panormitanus, pietate insignis, eruditione clarus, post multos curæ Pastoralis quatuor Ecclesiarum, Monopolitan. Arianen. Cephaluden. & Panormit. exantlatos labores quieturus tandem obiit die xviii. Julii, suæ dignitatis an. vi. Christi vero nati MDLXVIII. Octavianus Preconius Prior Prioratus S. Andreæ civitatis Platiæ deflorescentis patriæ jactura mæstus, florescentis gloria lætus tantum virum & honestavit, & tumulavit.

Octavianus iste, qui epitaphium posuit, Octaviani fuit ex fratre nepos, & Episcopus Cephaludensis.

b De quo Ghillinus in Theatro P. 1 p. 205. Vvadding. de scrip. Ord. Min. p. 169. Marreclus in Bibl. Mar. p. 2. Mongitorius in Bibl. Sicula tom. 2. Mendos. *c* 13. Junii 1564.

XXXI. 30 DONATUS de Laurentiis, Asculanus Apulus Episcopus Minervinus *d*, ad hanc Arianam Ecclesiam translatus est die 5. *e* Januar 1563. Concilio adfuit Tridentino, cum annos sedisset 19. ibique diu ab Arianis vexatus, victor in patria, ubi quietis gratia se receperat, mortem oppetiit an. 1584. & in Cathedrali Asculana jacet cum hoc epitaphio.

Fratribus ex tribus præventus morte quievit
Parthenope, junior cælica regna tenens.
Viventes Præsul primas, milesque secundus
Funeris ante diem præparavere locum.
Jam vivunt, quamvis videantur imagine lapsi.
Discite mortales vivere post tumulum.
Sed nequivit tandem Præsul hic evadere fluctus
Mundi hujus à Domino discipulis monitus.
Namque ut Athanasius venatus ab Arianis,
Vltor in hos falso, victor ab Vrbe venit.
Et ne falsarii sine pœna tunc remanerent,
Rosit oper Roma, falsariosque Deus.

Jam diu antequam ex hoc sæculo migraret in sua Cathedrali Ariana sepulcrum sibi paraverat, in quo hæc pauca verba insculpi fecerat.

Donatus de Laurentiis Asculanus
Episcopus Arianus.

d Minorvensis. Confunditur hic cum altero Donato Epis. Minervino. *e* Die 20. Jan.

XXXII. 31 ALPHONSUS de Ferrera, Hispanus, Canonicus Regularis, qui bonas literas vivens coluit, ex Episcopo Gallipolitano ad hanc Arianensem translatus an. 1585. die *f* 8. Martii, cujus in pauperes pietatem, ac liberalitatem, & in Cathedralem munificentiam testantur adhuc præclara ejus sacra monumenta. Odeum enim in ea pulcherrimum extruxit. Montem pietatis pro pauperibus sua pecunia erexit, quatuorque pauperes virgines perpetuo singulis annis dotandas aucto censu mandavit. Sed penè capularis senex effectus à Clemente VIII

f Die 25 Febr.

anno

anno 1600. coadiutorem cum spe futuræ successionis obtinuit Victorinum Mansum tum Stabiaeum Antistitem. Neapoli tandem, quò se traduxerat ad salubriorem vitam producendam, cum Montem pietatis à se eacitatum hæredem instituisset, vitam liquit anno 1603. ibidem in sacello à se constructo in Ecclesia sanctæ Mariæ vulgo *a Piè di Grotta*, sepulturam accepit, ubi hæc spectatur inscriptio.

Alphonsus de Ferrera Hispanus in Canonicis Regularibus Lateranensibus post multos utriusque militiæ labores Gallipoleos primum, nunc vero Arianensis Antistes adhuc vivens, ac hæredibus credens, sacellum hoc præclarè ære proprio erigeretur in quo diem functus quiescere posset, censu addito, ut quotidie semel de more celebraretur, Vixit an. vic. decessit xu. mens. Septemb. MDC. III.

XX XIII. 32 VICTORINUS Mansus, Aversanus, Monachus Casinensis vir doctissimus, summusque Theologus, antea Episcopus Stabiensis ex coadiutore Alphonsi superioris successit in Arianensi hac Insula ann. 1603. Neapoli obiit scriptis suis celebratus an. 1511. die 3. Septembris, jacet in Ecclesia S. Severini, de quo vide tom 7. inter Episcopos Stabienses. seu Castei Maris.

XX XIV. 33 OCTAVIUS de Rodulphis, *a* Florentinus, Io. Francisci Senatoris, & Costantæ Ugolinæ filius, Alexandri Basilicæ Marchionis Nicolai Ord. Prædicatorum Generalis Magistri & Ludovici Pactensis Episcopi germanus frater, egregia virtute, & præclara nobilitate illustris cum esset, utriusque Signaturæ Referendarius, die prima *b* Octobr. 1612. ex regia nominatione evasit Arianensis Ecclesiæ Præsul, & post varias ecclesiasticæ ditionis bene obitas Præfecturas, à Gregorio XV Diaconus Cardinalis sanctæ Agathæ creatus est anno 1621. ab eodem translatus est ad Agrigentinam in Sicilia Ecclesiam die 6. Maii 1623. Vicarium habuit in Arianensi ecclesia Paulum Squillanum Neapolitanum egregium virum, qui vices supplevit Octavii; varia dignaque suæ pietatis in Cathedrali Ariana reliquit. Suggestum insigni structura ibidem erexit. Marmoream statuam s. Othonis, cujus erat devotissimus, elaborari fecit, cuius sacellum exornavit, Seminarium Clericorum iam obsoletum restituit, pauperes fovit, & ecclesiasticam disciplinam ubique & semper prosecutus est. Sub Urbano VIII. cuius interfuit creationi ad Agrigentinam Ecclesiam visendam anno 1624 in Siciliam traiecit exceptus splendidissime Panormi ab Ioanne Cardinali Doria Archiepiscopo, Agrigentum postea se contulit: ac inde eius vitę candoris, prudentiæ, humanitatis, cæterarum virtutum radii in dies magis magisque emicabant; sed vix annos duos, & menses tres eam eximia laude, omniumque plausu rexerat ecclesiam, cum anno 1624. die 6 iulii, æquali bonorum mœrore decessit: sine tituli, aut elegantioris sepulchri honore, juxta altare majus in Cathedrali sepultus est. Cæterum Nicolaus ejus germanus frater Ord Prædicatorum Generalis Magister ann. 1639. mense Novembri, cum Siciliam perlustraret, ne frater debito careret honore, Panormi nobilissimum marmoreum sepulchrum exculpendum curavit, quod in æde Episc. posuit hac inscriptione.

a De eo Ciaconius Oldoini tom 4. col. 459.

b Die 1. Septemb.

Octavius Rodulphius Florentinus sedente Clemente VIII & Paulo V. prontactis in Pontificia ditione. ac sub Regibus Philippo III. & IV. Eccl. Arianen. deinde Agrigentinæ præfectus, postulantibus Matthia, & Ferdinando II. Impp. à Gregorio XV. creatus Cardinalis, consilio Ecclesiam, proprium gregem foveas obiit anno ætatis xlii. salutis MDCXXIV. Fr. Nicolaus Generalis Ordin. Prædicat. Ludovicus Prior Sanctiss. Trinitatis Deleæ fratri opt. & desideratiss.

P. C.

Porrò Ludovicus post annus plurimos Romæ mortalitatem explevit consecratus Episcopus Pactensis in Sicilia die 17. Octob. 1649. jacet in Ecclesia sanctæ Mariæ ad Minervam prope parentes. Nicolaus vero variam fortunam expertus, Romæ obiit suæ Religionis Generalis Præses ann. 1650. prope fratrem Ludovicum terræ conditus, hoc ad tumulum habet epitaphium.

D. V. T.

Fratri Nicolao Rodulpho Florentino Octavii S. R. E. Presbiteri Cardinalis, ac Ludovici Episc. Pactensis germano fratri sacri Palatii Apostolici Magistro Ordin. Prædicatorum Vicario, ejusdemq; omnium Patrum consensione Magistro Gen. LV. qui sub Urbano VIII. Pont. Max. honoribus amplissimis, ac variis gravibusque negotiis pro Ordine gestis xv. annis integerrimè præfuit Principibus carus, bonis gratus. Livida æmulorum deinde offcas. dicacitate excelso, ac forti animo violcata coram eclu sancta fefellit invidia, sacros fasces tunc ultro sibi oblatos detraxit, cujus probitas, atque innocentia eo magis intelligi, ac suspici potest, quo magis æquo judicio quinque S. R. E. Cardinalium denudata ab Innocentio X. Pont. Max. comprobata est. Cum post septennium extincto Thoma Turco successore, inaudito sanè exemplo Præse Generalis institutus fuisset. Demum instantibus Comitiis unico cam omnium ore iterum ad summam revocaretur fastigium, gloria cumulatus, Ordini, patriæ, bonisque omnibus ablatus. Anno sal. MDCL. viii. Kal. Junii ætatis suæ lxxiii. F F. conventus S. M S. M Parenti optimo MM. Posuerunt.

34 PAULUS Cajatia, Patritius Capuanus, Juris utriusque insignis Doctor, publicæque in Academia Neapolitana Pontificii Juris interpres, & scientiarum cultura longe clarissimus, eligitur Ariani Episcopus die 25. Apr. 1624. à Philippo III. Rege præsentatus. Laquear majoris Ecclesiæ perbelle confecit, ipsamque Cathedralem picturis, aliisque ornamentis condecoravit. Arianensem Ecclesiam maxima cum pietatis, prudentiæque laude administravit omnino tres & viginti annos. Decessit ante annum 1641. Nepos eius sepulchrum excitavit Neapoli in Ecclesia S. Mariæ de Nova cum hoc epitaphio. XX XV.

D. O. M.

Paulo Caiatia Patritio Capuano Ariani Episcopo, Regii olim sacelli maiori Capellano, qui Juris Canonici Interpres, & vindex sapientiæ gloria nobilitatem auxit, è Galtherio Caiatia deductam, qui Capuam in Remp. Federico Barbarossa sacrorum societate interdicto instituit, signavitque diplomate manu sua, & laureata. Paulus Caiatia nepos funebre hoc amorie monumentum anno Dom. MDCXLVII.

M. P.



35 Fr. ANDREAS Aguado y Valdes, Hispa- XX XVI.

nus, Ord. Eremitarum sancti Augustini, fit Episcopus Ariani ex Regia præsentatione ab Urbano VIII. anno 1642. Tres omnino annos sedit, & à quodam iniquo Clerico Flavio Barberio impiè ictu scopleti occiditur die 10. Julii 1645. Corpus eius miserabili populorum luctu in Cathedrali terræ mandatum est. Clericus Flavius parricida Dei judicio captus, patrati criminis pœnas luit, turpissima morte affectus in Rota. A

XXXVII 36 ALEXANDER Rubeus, Canonicus Neapolitanus, vir ætate gravis, prudentia, & doctrina notus, post multos pro Ecclesia Neapolitana exantlatos labores ad hanc Ecclesiam præsentatus, ab Innocentio evectus est die 3.ᵃ Feb. 1650. Excessit anno 1656.

ᵃ Die 14. Febr.

(,, *Alexander Rubeus, vir omnium scientiarum*
,, *genere instructissimus, eminens Philosophus, præ-*
,, *clarus I.C. insignis Theologus, & quod caput est,*
,, *omnibus ornatus dotibus irreprehensibilem Flami-*
,, *nem constituentibus, sua perfulsit ætate. Vitæ ma-*
,, *gistros à teneris habuerat patres Societ. Jesu, in* B
,, *cujus Neapolit. max. collegio celeberrimo sodalitio*
,, *à vener. P. Pavonio ad Ecclesiasticos efformandos*
,, *unice excitato nomen dederat, adeò & proprio, &*
,, *ipsius sodalitii emolumento, ut nec adhuc maturi-*
,, *tatis annos attingens, ob vitæ conspicuam probi-*
,, *tatem, sacrarum litterarum cognitionem, miram*
,, *in rebus agendis dexteritatem communi suffragio*
,, *illius præfectus, ut ob idipsum Canonicus etiam*
,, *Neapolitanus, posthabitis ætate majoribus mystis,*
,, *adlegi mereret. Decius Carrafa, & Franciscus*
,, *Boncompagnus, non modò peculiaris Neapolita-*
,, *næ Ecclesiæ, quibus præfuerunt, sed & univer-*
,, *sæ æterna luminaria, eum summo loco habuerunt,*
,, *catechismi interpretem, Sancti Officii commissa-*
,, *rium, Præfectum ferè omnium Congregationum*
,, *Archiepiscopalis curiæ, ac Pœnitentiarium majo-*
,, *rem voluerunt, ab unius Alexandri arbitrio Nea-*
,, *politana pendente diœcesi. Erat enim in ipso præ-*
,, *stans ingenium, & ad omnia versatile, singularis*
,, *prudentia, eximius rerum humanarum usus, in* C
,, *primis verò summum religionis, ac pietatis stu-*
,, *dium maxima semper humilitate coronatum. Sua*
,, *indefessa virtus nullis aut laboribus umquam per-*
,, *fracta fuit, aut negociorum multitudini succu-*
,, *buit, sed eodem semper tenore vigait, & reliquo-*
,, *rum sodalitiorum, quibus adscriptus fuerat, mu-*
,, *niis fecit ipsi semper, ac si prorsus otiosam vitam*
,, *duceret, cumulatissimè satis. Illud SS. Trinitatis*
,, *peregrinorum, & convalescentium, in quo confo-*
,, *dalem habebat suum protomysten Decium Carra-*
,, *fam, tenerrime semper diligens, cum ab eo pari*
,, *charitatis flamma diligeretur, adeò ut in omni*
,, *sua, vel gravissimi, vel levioris momenti re nihil*
,, *umquam egerit ipso inconsulto. Illud Alborum in*
,, *D. Mariæ de Populo, illud denique Apostolicarum*
,, *missionum in æde principe Neapolitana suo meruè-*
,, *runt albo videre conscriptum. Vicarius etiam Ca-*
,, *pitularis Neapolitanæ diœcesis, & suaeum postea*
,, *solummodo commendatione Virtutum Arianensi*
,, *mitra decoratus fuit; quo in munere omnibus pie-* D
,, *tatis, religionis, & sapientiæ numeris absolutus*
,, *semper apparuit, ut ad altioris apicis Ecclesias*
,, *brevissime evehendum quisque jam crederet. Ut*
,, *clerus disciplinis omnibus, & populus Christianis*
,, *moribus imbueretur, enixè insudit. Hospitalita-*
,, *tem sui prænobilis sodalitii SS. Trinitatis munus*
,, *primarium in sua etiam diœcesi erga transeuntes*
,, *pauperes semper exercuit. Suas oves adeò dilexit,*
,, *ut verus Pastor animam pro ipsis ponere pestilen-*
,, *tiæ tempore minimè dubitarit, quo eis summa cha-*
,, *ritate inserviens an. 1656. quo maximè debebat*
,, *vivere, è terrena peregrinatione evocatus fuit ad*
,, *Patriam.*)

A



B

XXXVIII 37 Fr. ALOYSIUS Morales, Hispanus, Ord. Eremitarum sancti Augustini, Theologus, ac verbi Dei declamator eximius, cum esset à sacris Confessionibus Comitis Castrigli Neapolit. Regni Proregis, ex Philippi IV. Catholici Regis præsentatione, electus est hujus Ecclesiæ Episcopus anno 1639. ᵇ Vivit egregia fama virtutis, pergitq; oves sibi commissas ad pascua salutis perducere, cui longam vitam precamur.

ᵇ Die 10. Martii.

ADDITIO.

(,, *Translatus deinde est Aloysius ad Tropejensem*
,, *Ecclesiam.*

XXXIX. ,, *EMANUEL Brancaccius, Ordinis S. Benedicti Casinensis, Theologiæ nobilis professor, dictus est Ariani Episcopus 16. Martii 1667. Vitam produxit ad annum 1688.*

XL. ,, *JOANNES Bonella, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, Emanueli successit 18. Februarii 1689. Decessit Neapoli 1696.*

XLI ,, *HYACINTHUS de Calce, Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, à Rege Catholico præsentatus hanc Ecclesiam obtinuit 3. Junii 1697. eamque moriens dimisit mense Julio 1715.*

C

XLII ,, *PHILIPPUS Tipaldi, Neapolitanus, J.U.D. Concionator Missionarius, & Pœnitentiarius Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ, Arianensi Ecclesiæ præficitur 14. Junii 1717.*)

ASCULANI
EPISCOPI.



D

INTER Apuliæ Dauniæ urbes, nunc Capitanatæ provinciæ, Asculum commemorant, apud Apennini montis radices non longè à diruto Ordeono, in via inter Neapolim, & Barium occurrens, & à Neapoli lxxv. M. P. discedens. Asculum Satrianum appellatum invenio ad discrimen Asculi Piceni, de cujus origine, cum sit antiquissima, nemo scripsit: memoratur tamen multis veteribus scriptoribus; Appiano Alexandro dum scribit, Pyrrhum Epirotarum Regem, qui Tarentinis auxilio venerat, à Romanis Coss.

Curin, & Fabritin apud Asculum Apuliæ insuperatum ex Italia expulsum anno post urbem conditam circiter CCCCL. ante vero Christum natum CCLXXXII. Eius meminit Plinius, Plutarchus, Frontinus, Florus, Horatius, Eutropius, Znnaras, aliisque ex antiquis, qui de bello Tarentino scripsere. Asculum & Ordonum indubium est ad illas partes pertinere, per quas à Benevento Brundusium Cæsarum ævn stratum iter suisse erecti docuerunt lapides, quorum unus nuper effossus in Asculi foro repositus visitur. Sub Romanorum Imperio tandiù fuit, quandiu illorum majestas stetit. Deinde Barbaris, ac Longobardis paruit, quibus exactis in Normannorum potestatem devenit. Rogerius enim Roberti filius illam obsedit, cepitque, ac militibus in prædam dedit, injectisque flammis à fundamentis destruxit, ut Sigonius scribit; reparata postea à civibus, tandem terræmotu immani, totam ferè deletam fuisse tradit Sardus de terræmotu, ruinæque ipsæ usque in hodiernum diem testantur. Haud procul inde ab antiquo, incolæ tutissimum in locum demigrarunt, ubi nunc extat nova Asculi civitas excitata quadringentesimum supra millesimum nostræ salutis annum, tituln Ducatus inclyta. Quis autem in hac civitate primus fuerit qui Evangelli lucem disseminaverit, incompertum est; fert tamen traditio ex illis primis Apuliæ urbibus esse, quæ ab Apostolicis temporibus Christi fidem amplexæ sunt. Episcopatus Asculanus Metropolitanæ Ecclesiæ Beneventanæ suffraganeus antiquus est inter recentiores; namque ille est qui priscis illis temporibus Asculanus, & Ordnnensis nuncupabatur, & quemadmodum civitates ipsæ, ut ex ruinis apparet, situs ratione, magnitudine, pulchritudine, & opulentia insignes fuerunt, ita & præclaros Antistites habuere, quorum memoria una cum ipsis urbibus deleta est. Porrò Ordonum à fundamentis destructum, Ecclesia, & dignitas Episcopalis Asculano Pontifici obvenit. Ordonis nomen, nec aliter retentum, quam ex denominatione sancti Leonis illius Ecclesię Episcopi, & vix aliquæ ædificiorum Ordonę inter rudeta decernuntur reliquiæ præterquam amplæ cujusdam Neomachię, & antiquæ Turres: modo vero Ordonum in rurale pedum conversum, feudi jure à Romano Collegio Societatis Jesu possidetur; Asculano tamen Episcopo in spiritualibus obnoxium. Cæterum subversa civitate Asculana vetus Cathedralis miraculo stetit, quam cum per aliquod tempus Episcopus, & Clerus excolu ssent, ex Martini V. Pontificis decreto cum dignitatibus, juribusque suis in novam urbem ad Ecclesiam sanctæ Mariæ de Leone, tunc Ordinis Fratrum Minorum transtulerunt. Fratribus autem novum Cęnobium apud Ecclesiam S. Joannis olim Monialium sancti Benedicti condiderunt Episcopi, & Cleri sumptibus. Hæc Cathedralis Basilica nnbili molitinne exædificata in veteris Ecclesiæ memoriam titulo S. Mariæ de Leone insignitur, cujus dies festus quotannis celebratur 8. Septembris, & ejusdem sancti Leonis agitur dies 12. Januar. cnjns lipsana sacra ubi quiescant, ignoratur; credunt tamen in veteri Cathedrali quiescere. In hac Ecclesia magna pars S. Potiti Martyris, aliorumque sanctorum reliquiæ maximo cum honore, & cultu decenti asservantur. Sacris in hac Basilica ministrantium numerus supra viginti, quatuordecim nempe Canonici, è quibus sex dignitate eminent, quorum primus ab Antistite, Archidiaconus est, Cantor, Archipresbyter, cui cura animarum totius civitatis incumbit, duo Primiceril, duoque Thesauraril, reliqui Capellani, qui Divino nfficio insistunt. Tria sunt in hac civitate virorum Cœnobia, S. Francisci Conventualium, S. Augustini, & Minorum Observantium, aliqunt Laicorum Confraternitates, Xenodochium unum, Mons pietatis, pluresque Ecclesiæ & Oratoria: animæ in ea degentium ad tria millia recensentur. Est autem Asculum familiæ de Franchis(1) Ducatus tituln insignitum. Ager illius nb cnllium æmœnitatem, soli ubertate, cœlique clementia fœcundissimus. Diœcesis perangusta est, quippe quæ duodecim M P. unum tantum continet oppidum S. Matiæ Candelæ nuncupatum, Melphiensi in temporalibus Principi subditum, ubi animæ fidelium mille supta sexcentas numerantur. Habet Ecclesiam Collegiatam cum Archipresbytero, & Clern satis numerosn, & decenter ornatam. Intra fines hnjus Diœcesis est Præpositura insignis Abbatię S. Leonardi Ord. Militum Theutonicorum à Federico II. Imp. fundata, invidiosis nnpibus docata, cujus Templi parietes, catenis, vinculisque ferrais exornati sunt, aliisque ejusmndi servitutis instrumentis, quæ è captivitata liberi facti, S. Leunardo Liberatnri ex voto illic appenderunt: omnium, quæ in Italia Abbatiarum hæc opulentissima recensetur, siquidem annui aliquando illius redditus quadraginta ducatorum millium summam confecerunt; eam nunc in Commendam nbtinet Franciscus Card. Barberinus, Urbani VIII. nepos, qui pia liberalitate templnm peně rnino sum restituit & exornavit. Utinam pia hæc facinora ad alias commendatas Ecclesias aliquandn convertantur. Alia item Abbatia est in hac Diœcesi, & commendari snlita tituln S. Benedicti, & S. Lazari, aliæque duæ, una s. Michaelis Archangeli, altera s. Marię quę ab Archidiaconn Asculann pnssidetur Mensæ Episcopalis annuus census mille scutaturum illarum partium nun excedunt, taxatur verò in Cancellaria Apostnlica ad Fl. 66. Ultra autem jus commune exigendi decimas, habet Episcopus easdem etiam percipiendi auctoritatem in Regiis campis ex Federici II. Imp. Guilielmi II. & Caroli II. Neapolitanorum Regum privilegiis. Cæterum Episcopi, qui in hac Ecclesia aliquandn floruerunt, pauci sequentes sunt à nobis nbservati; vetera enim monumenta una cum ipsa civitate miserabili terræmotu, ut diximus, perierunt, ac nisi à Romanis Ephemeridibus adiuti fuissemus, jejuna prorsus illorum series prodiisset in lucem.

1 MAURUS Asculanus Episc. interfuit consecratinni Eccl. s. Angeli in Vulturno die 13. Aug. 1059. I.

2 JOANNES subscripsit privilegio Urbani II. Ecclesiæ Cavensi concesso anno 1092. apud Baron. tom. 2. Annal. Eccles. II.

3 JOANNES cum suo Metropolitano adfuit Concilin Lateranensi sub Alexandro III. celebratn annn 1179. III.

4 GOFREDUS vixit temporibus Guillelmi II. Regis anno 1190. IV.

5 JOANNES flnruit sub Federico II. Imp. claruitque donatione eiusdem ad favorem suæ Ecclesiæ facta anno 1226. Servatur donationis seu privilegii documentum in tabulario Ecclesiæ Asculanæ, huice conceptum verbis. V.

Federicus Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex.

Per præsens scriptum notam facimus universis fidelibus nostris tam præsentibus, quàm futuris, quod veniens coram nobis venerabilis Episcopus Asculanus, fidelis & familiaris noster majestati nostræ humiliter supplicavit, quatenus decimas camporum nostrorum Asculi & Candriæ, ac decimam baiulationis earundem terrarum serendum quod tempore Regis Gulielmi II. consobrini nostri fel. me. prædecessoribus suis dari consueverunt, sibi & suæ Eccl. mandaremus misericorditer exhiberi, tam pro anno ipso præsenti, quàm etiam pro tēporibus cęteris in futurum, ut etiam

(1) Fuit quidem Asculum sub ditione familiæ de Franchis, quæ tamen Ducatus titulum non super illa, sed super Turri Orsoja obtinebat; nunc vero super illa Ducatus titulum, Imperiumque exercet nobilissima familia Marulla, cujus tertius nunc Dux, aliorumque oppidorum Dominus D. Trojanus vir D. Eleonoræ è regio Normannorum sanguine Sanfelicio Balneoli Ducum, antiquissimum suæ gentis decus ab usque Romanæ Reipublicæ temporibus inclytum, Melitensis Ordinis cruce ab ipsius propemodum institutione ferè semper insignitum perquam splendidè tuetur.

solita clementia inde sibi privilegium edere dignaremur, petens nihilominus inseri in eodem quæ alia jura suæ Ecclesiæ concessa, & confirmata aliàs ex privilegiis dicti Regis. Verùm cum nos primo super præmissis decimis per Episcopum Joannem de Monte fidelem nostrum præceperimus diligenter inquiri, si prædictæ decimæ, tam camporum, quàm bajulationum præfato Episcopo, & prædecessoribus suis solvebantur supradicto tempore nobis plenè constiterit ex ipsius inquisitione, quod præfatæ decimæ, tam camporum quam bajulationum Episcopo Asculano solvebantur. Nos verò piis ejus precibus annuentes, decimas, tam de prædictis campis, qui sunt Asculi, & Candelæ, quàm de bajulationibus earundem terrarum ex nunc in antea, remota omni objectione, vel occasione integrè ad ipsius Episcopi requisitionem, vel nuncii ejus, seu successorum pro parte Ecclesiæ Asculanæ sine mora qualibet præcepimus exhiberi, nec volumus in ulterius aliam probationem ab eo, vel successore suo, seu inquisitionem fieri, aut mandatum aliud expectari; ex quo nobis plenè constat, quod tempore Divæ Augustæ matris nostræ Imperatricis Constantiæ ab inde usque nunc in pacifica possessione fuerunt perceptionis ipsarum, dum tantummodo quandocunque privilegium nostrum, vel progenitorum nostrorum ostenderint, illud idem de decimis Baronum, & militum, & quorumcunque in prædictis terris, & territoriis laborantium ad petitionem, vel conquestionem ipsius, vel successorum præcipimus firmiter observari pœna dupli, scilicet dum simplum de sua solvat impensa, tam officialibus, quàm Baronibus, & aliis supradictis, si decimas ipsas subtrahant, vel negaverint, & si propter hoc ad superiorem recursum habuerint, ipse, vel nuncius ejus pro parte Asculanæ Ecclesiæ, & justitiam negaverint, aut detraxerint, puniantur tanquam in officio delinquentes in causis aliis fidelium privatorum, præterea quædam alia ipsius Ecclesiæ jura concessa & confirmata ex ejusdem Regis privilegiis de gratia speciali in hujus nostri privilegii serie summariè duximus inserenda. Volumus itaque, & mandamus, ut supra temporali jurisdictione, quam Ecclesia Asculana obtinet super Judæa, ut nobis constitit ex concessione præfati Regis, & in Clericos, & Judæos Asculi & Candelæ super redditibus, plateaticis vulgariter appellatis, qui proveniunt ex venditione eorum, quæ venduntur à Clericis undecunque habeant, & a Judæis undecunque sint. Nullus prædictam Ecclesiam aliquo modo molestare præsumat, amplius jubemus, ut super adulterio, & aliis criminibus ad jus Ecclesiasticum pertinentibus ad corrigenda, & coercenda teneantur magistri jurati & bajuli requisiti pro viribus dare auxilium & favorem per totam Diœcesim Asculanam; postremò prohibemus districtè, ne quis præfato Episcopo, vel ei qui fuerit successor prædictæ Ecclesiæ nomine Præsidenti molestiam inferat ullo modo contra nostræ hujusmodi concessionis, & confirmationis tenorem, si per aliqua præmissorum, vel etiam subscriptorum, videlicet super territorio sito in pertinentiis Asculi juxta casale Cornetti, per privilegium supradicti Regis distinctio suis finibus & conservato olim Goffredo Asculano episcopo, quod quidem territorium Ecclesia Asculana ibidem habuit, & possidet ab antiquo tempore, cujus non extat mentio; Illud de domo præcipimus, quam habet, & possidet in Platea Cornetti, ante quam domum liceat habere, & tenere planconem portatilem ad vendendum mercimonia, & tenere fenestram apertam, sicut nobis constat olim fuisse sententialiter diffinitum, ulla eidem Ecclesiæ detentione, interruptione, præscriptione diutina, vel cujuscunque temporis, si qua intervenerit, non obstante, necnon privilegio aliquo cujuscunque prædecessoris nostri donationem factam alicui continente, quod contra prædictam Ecclesiam Asculanam volumus non valere, sed cassam & irritam perpetuò haberi quicquid præsumptum fuerit contra aliquod præmissorum; similiter & de vinea, & de quibuscunque personis stabilibus sitis in territorio antedicto, quod qui molestare præsumpserit, indignationem nostræ Celsitudinis se noverit incursurum, & pœnam ducentarum unciarum auri, medietatem ejus nobis nostroque cuilibet successori, & aliam medietatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ si Clericus fuerit inferens, exsolvendam, & si laicus fuerit, prædictæ Ecclesiæ, vel ejus Episcopo ipsius nomine exsolvatur, quam quicunque Præsul fuerit, auctoritate propria pro tempore, sine requisitione nostra, vel judicis alicujus, cujus de prædictis cognitio pertineret, capere posset, & ad ejus arbitrium retinere, & facere velle suum, sine appellatione, defensa, exceptione, seu supplicatione à quocunque opposita non obstante. Ad hujus autem rei memoriam, & Asculanæ Ecclesię in futurum perpetuam firmitatem, præsens scriptum fieri, & sigillo nostræ majestatis jussimus communiri.

Datum Procidæ. Anno Dominicæ Incarnationis 1220. mense Decembris 15. Indictione.

6 N. Episcopus Asculanus memoratur, non expresso tamen nomine in regest. Regio Neapolit. anno 1276. (" *Interfuit N. . . Episcopus Asculanus,* " *forte ille idem Ughelli Anonymus, an. 1265. sacræ solemnitati, qua Jo. Baptista Manerius Bovinensis Antistes primum lapidem jecit Ecclesiæ s. Mariæ de Valleverde, ut infra in Bovinensibus.*) VI

7 BENEDICTUS, qui Carolus I. Rex Neapolis privilegium Federici Imp. supra relatum confirmavit an. 1280. cum insertione ejusdem. *Carolus Dei gratia Rex Hierusalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Princeps Achajæ Andriæque Provinciæ Folchalquerii, & Tornedonæ Comes, universis presentes literas inspecturis gratiam suam & bonam voluntatem. Supplicavit nostræ Celsitudini humiliter verò P. Benedictus Asculanus Episcopus devotus noster, ut quoddam privilegium concessum Asculanæ Ecclesiæ à Frederico olim Imperatore Romanorum, dum adhuc esset in gratia Romanæ sacrosanctæ Ecclesiæ, renovare & confirmare sibi de nostra gratia dignaremur. Nos ergo piis ejus precibus inclinati duximus confirmandum. Is talis tenor est. Federicus Romanorum Imperator,* &c. ut supra. *Datum Procidæ anno Dominicæ Incarnationis 1226. mense Decemb. 15. Ind. Nos itaque districtius inhibemus, ne quis præfatam Ecclesiam Asculanam super aliquo præmissorum contra hujus nostræ renovationis, & etiam confirmationis tenorem molestare præsumat. Ad hujus autem rei memoriam & perpetuam firmitatem præsens scriptum fieri, & Celsitudinis nostræ sigillo præcepimus roborari. Datum Neapoli anno Dominicæ Incarnationis 1280. die 10. Febr. 8. Ind. Regnorum Hierusalem anno 4. Siciliæ vero 15.* VII.

Hoc eodem anno 1280. Benedictus in Episcopum Trojanum postulatus est à Capitulo illius Ecclesię; haud tamen confirmatus à Nicolao III. ut ex epistola ejusdem ad Trojanum Capitulum liquet Dat. 5. Non. Martii ann. pontif. 3. extat in Regest. Vatic num. 29. fol. 243.

8 Fr. ADAM, ordo & patria ignorantur, in vivis agebat anno 1280. fuitque successor Benedicti. VIII.

9 R. Episcopus Asculanus, cujus extat memoria in rescripto Caroli II. Regis ad favorem ecclesię Asculanæ in Reg. Regest. Neapol. ann. 1301. IX.

Scriptum est Justitiario Capitanatæ præsenti & futuro fidelibus suis, qualiter venerabilis in Christo P. R. Dei gratia Episcopus Asculanus sua noviter expositione monstravit, quod literæ quædam et per Curiam nostram sub certa forma indultæ fuerint de exhibendis ei decimis anno quolibet, tam camporum, terrarum Asculi, & Candelæ, quam bajulationis earundem terrarum, prout in litteris ipsius clarius continetur. Hujusmodi postmodum expositioni subinferens, quod persæpe bajuli & officiales alii terrarum ipsarum decimas ipsas eidem Episcopo exhibere nolentes, vias, & occasiones hinc inde inveniunt, per quas idem Episcopus decimarum ipsarum receptione frustratur, quanquam de illis exhibendis per Dominos terrarum ipsarum sic satis expresse mandetur. Petitur itaque per dictum episcopum, ut super hoc provideremus eidem. Volumus, & fideli-

tati

tati vestræ mandamus expresse, quatenus prædictarum forma diligenter attenta, juxta illam eidem episcopo ad requisitionem suam prædictas decimas, si in pecunia percipiendæ sunt, infra festum Pentecostes; si verò in fructibus, infra mensem unum post quem fructus ipsi recollecti fuerint faciatis omnino quolibet exhiberi eos, qui hujusmodi decimas habuerint evolvere pro tempore, si in exhibitione ipsa renitentes, aut difficiles se præberent, ad exhibendum illas si & prout opus fuerit districtione debita compulsuri. Præsentes autem literas post convenientem inspectionem earum restitui volumus præsentanti, apud vestrum quemlibet inantea vim & vigorem similem habituras.

Dat. Neapoli per Magistros Rationales die 18. Maii 14. Indict.

X. 10 Fr. ANGELUM hujus ecclesiæ episcopum anno 1308. auxilium contra Clericos suos rebelles à Carolo Rege petiisse docent literæ ejusdem Regis ad Justitiarios suos Apuliæ, ex quibus Angeli cognitio ad posteros perennavit: cætera ejus acta incomperta sunt. Porro Caroli præceptum ita fuit conscriptum, quod in Regest. Neapol. servatur.

Scriptum est Justitiarius Capitanatæ præsenti & futuris fidelibus regiis devotis suis &c. Venerabilis Patris Fratris Angeli Episcopi Asculani nuper nobis porrecta expositio continet, quod nonnulli Clerici de sua Diœcesi, qui sibi subsunt, & suæ correptioni subesse tenentur, viri utique levis vitæ, incorrigibiles facti, legem frangentes honesti, abjicientes obedientiæ jugum, & liciti terminos confringentes, ut de commissis per eos excessibus, & delictis judicium debitæ correctionis, seu punitionis effugiant, interdum latitant, plerumque per partes ipsas vagantur, ut profugi, & aliquando ad consanguineorum suorum domos confugiunt, ut per eos, excommunicatione contempta in ipsorum domibus recipiantur. Unde cum Episcopus ipse circa correptionem, & captionem hujusmodi Clericorum præsidio egeat brachii sæcularis, illud impertiri sibi per nos devotius postulavit. Cujus postulationibus inclinati, devotioni vestræ, Vicariatus auctoritate, qua fungimur, jubemus expresse, quatenus ad requisitionem dicti Episcopi, vel Vicarii, seu Procuratoris, aut Nuncii sui circa captionem Clericorum ipsorum eidem Episcopo, vel Vicario, Procuratori, seu Nuncio suo vestrum favorem, & brachii sæcularis præsidium impendatis, ut dictus Episcopus Clericos ipsos corrigere & punire valeat, & auctore Domino ad frugem vitæ perducere melioris. Præsentibus post competentem inspectionem earum remanentibus præsentanti efficaciter inantea valituris.

Datum Neapoli per Dominum Bartholomæum de Capua, &c. Anno Domini millesimo trecentesimo octavo, die primo Febr. sextæ Indictione.

XI. 11 FRANCISCUM Episcopum Asculanum defunctum lego Avenione an. 1310. in translationis Francisci sequentis diplomate in Regest. Varie. ann. 6. Clementis V. Idem præsens erat Avenione die 11. Junii ejusdem anni, & testis fuit processus fabricati in executione bullæ Clementis pro unione monasterii S. Joannis de Lamis Ordin. S. Benedicti Sypontinæ Diœcesis, monasterio Casænovæ Pennensis Ord. Cistercienssia; hoc itaque mense obiisse videtur, vel initio Julii sequentis.

XII. 12 FRANCISCUS Episcopus Lubrensis in defuncti Francisci locum ad hanc gubernandam Ecclesiam translatus est à Clemente V. ann. 1310. 5. Non. Julii, ex Regest. Vat. epist. 684. fol. 267. an. 5. pontificatus ejusdem.

XIII. 13 PETRUS obiit 1353.

XIV. 14 PETRUS de Perontis Petro successit ex Canonico Terracinensi anno 1353. 4. Kal. Febr ex ep. fol. 25. an. 2. memoratur in lib. solutionum ejusdem Innocentii VI. die 14. Apr. 1357.

XV. 15 PETRUM hujus Ecclesiæ Episcopum defunctum lego an. 1396. in lib. Provis. Præl. sub Bonifacio IX. An is idem sit cum superiori, prorsus ignoro.

16 Fr. PASCHARELLUS de Asculo Ordin. Eremitarum S. Augustini electus per obitum Petri 1397. 8. Id Apr. sub Martino V. excessit ex eodem lib. Prov. sub quo Asculum ex terræmotu funditus absorptum est, unde cives coacti inceperunt condere urbem in vicino monte haud procul à vetusta diruta. XVI.

17 JACOBUS Primicerius S. Petri Asculanensis fit Episcopus in locum demortui Paschareili an. 1419. Kal. Junii. Jam antea ut diximus, terræmotus, & varia bellorum discrimina, & eversa civitas Asculana cives antiquam sedem mutare compulerant. Jacobus verò Episcopus, & Capitulum exposuerunt Romano Pontifici Martino V. nullum sibi superesse locum, in quo Cathedralem Ecclesiam erigere, ac divina celebrare possent officia. Contiguam Ecclesiam Minorum Fratrum in platea publica majori novæ civitatis erigi posse in Cathedralem, & Fratribus tradi posse veterem S. Mariæ & S. Leonis Ecclesiam Parochialem olim etiam Cathedralem. Commisit Pontifex rem hanc examinandam Episcopo Luceriæ, ut si commode fieri posset, curaret hanc translationem, ut ex diplomate ejusdem constat, quod exscripsit Lucas Vvading. tom. 5. Annal. Minorum ex lib. 1. de diversis formis anni 9. Martini V. fol. 71. XVII.

Venerabili fratri Episcopo Lucerin.

Romanus Pontifex, cui Ecclesiarum, &c. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte venerab. fratris nostri Jacobi Episcopi, & dilectorum filiorum Capituli Asculan. ac Cleri & populi civitatis Asculan. petitio continebat, quod civitate antiqua ex terræmotu tunc imminente subversa, & supervenientibus asperrimis, & continuis guerris in illis partibus, & toto Regno Siciliæ, cives Asculan. considerantes, quod ipsi civitatem, pro eo quod solum, & situs, ubi constructa fuerat, ab hostibus, si quando illam oppugnare molirentur, defensare non poterant, eam ad quendam altum situm, & locum à dicta civitate remotum, & pro defensione melius dispositum transtulerunt, & in eo novam civitatem construxerunt, & ædificarunt. Ac nihilominus Ecclesiam Cathedralem in dicta civitate antiqua subversam, & dirutam, quæ parochialis erat, & est, refecerunt, & reædificarunt, & extunc ad eandem Ecclesiam Episcopus, Capitulum, Presbyteri, & Clerici pro Missis, & aliis divinis officiis celebrandis, & populus præfati pro illis audiendis, & sacramentis Ecclesiasticis eis ministrandis accedere consueverunt. Præfati quoque Episcopus & Capitulum, Presbyteri & Clerici, ac populus propter multa discrimina & incommoda, quæ sæpè dum ad dict. Ecclesiam accedebant, contingebant, nequibant ad dictam Ecclesiam accedere, & propterea tam Episcopus, quam Capitulum, & alii Presbyteri & Clerici cogebantur in domibus propriis in dicta civitate nova consistentibus, horas Canonicas, ac officium divinum ac nocturnum dicere, & celebrare, in divini cultus, & Cleri, ac populi præfatorum devotionis diminutionem, ac etiam detrimentum. Quodque in dicta nova civitate non sit aliquis locus, in quo hujusmodi nova Ecclesia construi, & ædificari possit, & nulla alia Ecclesia existat, nisi Ecclesia domus Ord. Fratrum Minorum in platea publica majori dictæ civitatis constituta, ad quam populus, & cives præfati continuò conveniunt, & cum eisdem Fratribus conversantur. Et si ordo præfatus in prædicta domo supprimeretur, dictaque antiqua Ecclesia, quæ vocabulo B. Mariæ Virginis, & B. Leonis Confessoris insignita existit cum insigniis Parochialibus, & vocabulis, & bonis, ac juribus omnibus ad dictam Ecclesiam ejusdem domus transferretur, ipsaque Ecclesia in Cathedralem erigeretur, Episcopus & Capitulum, ac alii Presbyteri, & Clerici præfati poterunt in ea cum majori devotionis fervore altissimo famulari, & populo, & parochianis præfatis sacramenta Ecclesiastica habiliùs, & frequentiùs ministrare; necnon Ecclesia antiqua præfata Fratribus ejusdem Ordinis

assi-

assignari. Quare pro parte Episcopi, Capituli, Presbyterorum, & Cleri, ac populi præfatorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis dictam domum cum Ecclesia recipere, & ad illam Cathedralem, & Parochialem Ecclesiam præfatam cum eisdem vocabulis Cathedralibus & Parochialibus insignis, ac omnibus bonis, & juribus ad dictam Ecclesiam antiquam, domos cum cœmeterio, & aliis necessariis officinis pro usu & habitatione aliquorum fratrum d. Ordinis, eorumdem Episcopi, Capituli, Cleri, & populi expensis construi & ædificari facere, & postquam domus cum cœmeterio, & officinis præfatis constructæ & ædificatæ fuerint, eas eisdem Ordini, & fratribus tradere, & assignare, præfatisque fratribus ut ipsam Ecclesiam antiquam cum domibus, cœmeterio, & officinis hujusmodi recipere, & perpetuò retinere valeant, licentiam concedere, &c. dignaremur. Nos, &c. fraternitati tuæ, &c. mandamus, quatenus de præmissis auctoritate nostra te diligenter informes, &c. Ordine præfato in dicta domo per te eadem auctoritate suppresso, & ad illam Ecclesiam antiquam Cathedralem, & Parochialem præfatam cum eisdem vocabulis & cathedralibus, & parochialibus insignis, & universis juribus, conditionibus, & actionibus ad antiquam Ecclesiam supradictam spectantibus, transferas, eandemque Ecclesiam cum domibus, & aliis officinis Episcopo, & Capitulo præfatis realiter tradas pariter, & assignes, ita quod Ecclesia Cathedralis, & Parochialis perpetuo existat, & ad illam, tanquam ad cathedralem, & parochialem Ecclesiam, recursus de cætero habeatur, necnon antedictam antiquam Ecclesiam insignis, vocabulis & juribus supradictis perpetuo destituere, eamque cum domibus apud eam existentibus, quas Episcopus, Capitulum, Clerus & populus præfati, & aliis officinis necessariis pro usu, & habitatione aliquorum fratrum dict. Ord. qui in hujusmodi domo pro tempore morabuntur eorum sumptibus construere, & reparare, ac reformare teneantur, &c. Ordini & fratribus eisdem pro usu & habitatione præfatis per eos perpetuo tenenda concedas, fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. & quibuslibet aliis &c. Contrariis non obstan. quibuscunque. Et insuper præfatis fratribus, &c. ut omnibus gratiis, &c. gaudeant, &c. utantur, quibus alii fratres in aliis domibus dicti Ordinis commorantes gaudent, seu quomodolibet potiuntur, supradicta auctoritate concedas.

Datum Genezani Prænestinæ Diœcesis 5. Kal. Septemb. anno nono.

Sed hæc translatio non nisi sub Callixto III. anno 1455. facta est, dejecta enim per Gabrielem de Baucio de Vrsinis Ducem Venusinum Ecclesia Cathechedrali propter motum hostium irruentium, rogarunt Alphonsus Rex, Jacobus Episcopus, & Capitulum novæ urbis, ut Ecclesia B. Mariæ, & S. Leonis Episc. cum adjuncto Cœnobio fratrum Ord. Minorum sito in novæ urbis meditullio, converteretur in Ecclesiam Cathedralem, & domum Episcopalem, atque Minoribus concederetur Ecclesia S. Joannis intra mœnia novæ civitatis, olim monasterii Monialium S. Benedicti. Assensit Pontifex, re commissa Episcopo Trojano, sicq; tandem Episcopium, & Cathedralem cum Capitulo in eam S. Mariæ & Leonis Ecclesiam transtulerunt. Porrò Calixti diploma ad Trojanum Episcopum scriptum est hujusmodi ex lib. 4. Reg. Calixti fol. 265.

Venerabili fratri Episcopo Trojano, &c.

Romanus Pontifex, &c. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte charissimi in Christo filii nostri Alphonsi Regis Aragonum illustris, & venerabilis fratris nostri Jacobi Episcopi, & dilectorum filiorum Capituli Asculan. petitio continebat, quod postquam dudum civitas Asculana pro magna illius parte terræmotu id causante adeo, & taliter subversa, & destructa fuerat, quod cives & habitatores illius tunc formidantes similem motum secum evenire posse, compulsi fuerunt in alio loco ædificare, & dictam priorem civitatem, in qua cathedralis Ecclesia remansit, penitus & omnino relinquere, & successivè novam civitatem Asculanam, in quodam vicino monte per medium milliare, vel circa à Cathedrali Ecclesia distante, in qua Ecclesia domus Ord. Fratrum Minorum in platea publica dictæ civitatis constructa existit, construxerunt, & ædificarunt: sed quia prædicta cathedralis Ecclesia extra dictam novam civitatem sita, quæ in suis ædificiis, & structuris pulchra & decora fuerat, si per hostes tempore guerrarum capta, & occupata fuisset, non modicum detrimentum, imo magnum periculum ipsi novæ civitati potuisset afferre, dicta cathedralis Ecclesia pro magna illius parte de mandato quondam nobilis viri Gabrielis de Baucio de Vrsinis, tunc Ducis Venusini, volentis dictis periculis obviare, adeo & taliter demolita existit, quod in neutra ipsarum civitatum aliqua cathedralis Eccl. remansit, in divini cultus non modicum detrimentum. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, si Ecclesia domus dictorum fratrum in cathedralem, & illius habitationes cum tenimentis, & pertinentiis suis, in palatium Episcopale erigerentur, ac domus, & habitationes hujusmodi prædicto Jacobo Episcopo, suisque successoribus pro tempore existentibus Episcopis Asculanis per nos concederentur, & sæcularis sine cura Ecclesia S. Joannis intra mœnia dictæ novæ civitatis sita, quæ alias certis Abbatissæ, & Monialibus Ord. S. Benedicti per Episcopum Asculan. pro earum habitatione concessa fuerat, & in qua ad præsens nulla Monialis residet, ad collationem Episcopi Asculan. pro tempore existentis casu vacationis ejusdem occurrente pertinens cum illius domibus, & aliis confinibus & pertinentiis suis, dictis fratribus pro usu & habitatione perpetuis eorundem fratrum assignaretur, & etiam concederetur, episcopus, & capitulum prædicti, ipsis fratribus, qui pauci videlicet, aut quatuor numero sunt, refectorium, dormitorium, aliasque necessarias officinas suis sumptibus, & expensis apud ipsam ecclesiam s. Joannis ædificari facere vellent, idque in decorem & venustatem dictæ civitatis, ac divini cultus augmentum, necnon civium & capituli prædictæ novæ civitatis, ac episcopi Asculani, necnon modicam commoditatem & frugem succederet, prædictaque erigenda cathedralis ecclesia ministrorum Christi venustate, ac numero polleret, ac variis honorum titulis insignita in oculis omnium decora, & pulchra conspiceretur. Quare pro parte Regis, Episcopi, & Capituli præd. ctorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ad laudem & gloriam Altissimi, ac totius Curiæ cælestis fratres prædictos, cum bonis duntaxat mobilibus, ornamentis ecclesiasticis, libris & aliis ad divinum cultum pertinentibus, & necessariis, necnon eorum privilegiis, frãchisiis, exemptionibus, immunitatibus, & libertatibus pristinis, ordine prædicto in eadem domo suppresso, ad dictam eccl. s. Joannis transferre, eandemque eccl. s. Joannis, ipsiusq; domos, & habitationes, hortos, hortalitia, & alias officinas pro eorundem fratrum usu, & habitatione perpetuis concedere & donare, ipsisq; fratribus omnia & singula inibi juxta morem, & regulam aliarum domorum dicti Ordinis construendi, & ædificandi, illaq; recipiendi licentiam largiri, prædictam ecclesiam, quam de præsenti dicti fratres inhabitant sub vocabulo, & honore B. Mariæ Virginis, & s. Leonis Episcopi, & Confessoris, sub quo dicta alia cathedralis eccl. fundata erat, una cum domibus, & aliis pertinentiis prædictis, etiam cum numero canonicatuum, & præbendarum, & dignitatum, officiorum, capellaniarum, beneficiorum, ac personarum in præd. cathedrali ecclesia hactenus deputatorum, cum omnibus juribus, immunitatibus, privilegiis, honoribus, dignitatibus, præbendis, officiis, capellaniis, & beneficiis, necnon statutis, & consuetudinibus, redditibus, proventibus, & obventionibus universis, ac aliis insigniis cathedralibus ecclesiis facientibus, & donantibus erigere, ac illius domos, & habitatores cum hortis, hortalitiis, & aliis omnibus officinis pro palatio episcopali, ac pro usu & habitatione perpetuis prædicti, ac pro tempore existentis Episcopi Asculani similiter donare, appropriare, & applicare, & alias in præmissis ipsis opportunè providere de benignitate Apost. dignaremur.

Nos igitur de præmissis plenam notitiam non habentes, Regis, Episcopi, ac Capituli prædictorum supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, cum sicut Rex, Episcopus, & Capitulum prædicti asserunt, in civitate, & Dioc. Asculan. extra ecclesiam Asculan. copia Jurisperitorum, nec aliquis in dignitate constitutus, cui in hac parte scribendum foret; non reperiatur, per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis fratribus prædictis, & aliis, qui fuerint evocandi, de præmissis omnibus & singulis, ac eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes, & si per informationem hujusmodi nobis exposita prædicta reperies fore vera, per te, vel alium, seu alios, assignata prius eisdem fratribus dicta ecclesia s. Joannis cum pertinentiis suis, ac constructis domo, refectorio, dormitorio, campanili, campana, & aliis officinis prope eandem ecclesiam cum horto sumptibus, & expensis Episcopi, & Capituli prædictorum juxta morem fratrum d. Ordinis loco dictæ ecclesiæ, quam ipsi fratres inhabitant, & translatis eisdem fratribus cum bonis mobilibus, libris, calicibus & ornamentis ecclesiasticis omnibus, & aliis utensilibus dnatanat, ordine tamen fratrum Minorum in ecclesia, per vos, ut præfertur, habita, suppresso, eandem in cathedralem ecclesiam cum numero canonicorum, capellanorum, & beneficiatorum & personarum, necnon dignitatum, beneficiorum, officiorum, canonicatuum prædictorum, capellaniarum in prædicta alia cathedrali ecclesia deputatorum hactenus cum juribus, jurisdictionibus, privilegiis, honoribus, capitulo, statutis & consuetudinibus, redditibus, proventibus, & obventionibus universis, ac aliis insigniis cathedralibus ecclesiarum facientibus eadem auctoritate erigas, ac palatio episcopali, ac usu, & habitatione perpetuis prædicti, & pro tempore existentis episcopi Asculani prædicta auctoritate domos appropries, & applices, dictisque fratribus prædictam ecclesiam s. Joannis recipiendi, ac omnia ad id necessaria, ut præfertur, expensis & sumptibus episcopi & capituli prædictorum construendi, & ædificandi prædicta auctoritate licentiam pariter, & facultatem largiaris. Nos enim, si concessionem, donationem, & licentiam hujusmodi per te vigore præsentium fieri contigerit, ipsis fratribus ecclesiam s. Joannis pro tempore inhabitantibus, dictæque ecclesiæ erigendæ, domui, ut omnibus & singulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, indultis, & gratiis, aliis præd. Ordinis domibus & fratribus per sedem Apostolicam, vel alias generaliter concessis, & quibus antea in dicta alia domo d. fratres gavisi, & usi fuerunt, uti valeant pariter & gaudeco tenore præsentium indulgemus. Contradictores quoslibet & rebelles, etiam dictos fratres per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia, appellatione postposita compescendo. Aut si eisdem fratribus, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim à Sede prædicta indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nonobstantibus literis, mandatis de permutando ecclesiam, & domum fratrum prædictorum à fel. record. Martino Papa V. prædecessore nostro dudum emanatis, quæ ex certis causis & impedimentis executioni minimè demandatæ fuerunt, nec non Bonifacii Papæ VIII. &c. & aliis Apostol. constitutionibus, ac privilegiis, exemptionibus, literis, & concessionibus Ordini, domui, fratribus præfatis in specie, vel in genere etiam super his forsan concessis, vel imposterum concedendis, &c. nec non statutis, & consuetudinibus d. Ordinis, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis quibuscunque, jure tamen Ordinarii loci, & Parochialis Ecclesiæ, ac cujuslibet alterius semper salvo, &c.

Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1455. 8. Kal. Octobr. Pontificatus nostri anno primo.

Vixit Jacobus in Episcopatu laudabili virtute

A ann. 39. decessit anno 1458. & in nova Cathedrali humatus fuit.

18 JO. ANTONIUS Buccarellus Decretorum Doctor, Asculanus Episcopus in demortui Jacobi locum à Pio II. an. 1458. Kalen. Novembris XVIII
post undecimum annum translatus est ad Nolanum ecclesiam 5. Id. Augusti 1469. ex Act. Consistor. fol. 99. & fol. 158

19 Fr. PETRUS LUCAS de Gerona Ordinis Prædicatorum electus hujus ecclesiæ Præsul per translationem Joannis Antonii anno 1469. 8. d. septembris obiit anno 1477. ex eodem lib. supra citato Actorum Consistorialium. XIX.

B



20 FATIUS Antonii de Galleranis filius, nobilis Senensis, vir doctus & præclaris virtutibus ornatus, atque ob morum suavitatem Sixto IV. in XX
paucis charus, ab eodem pronunciatus est Asculanus Episcopus ann. 1477. 4. Kal. Octob. successit Petro Lucæ, nondum vero anno secundo in ea dignitate expleto, Senis in patria mortalitatem explevit die 11. Augusti 1479. sepultusque est in Ecclesia s. Dominici, ut doctus noster amicus Isidorus
C Ugurgerius refert tit. 7. *le Pompe Senesi*. Eius tamen promotio extat in Act. Consistor. Sixti IV De hac prænobili familia patriam illustravit B. Andreas Galleranus defunctus anno 1251. die 19. Martii.



D

21 JOSUE Cajeta nobilis Neapolitanus, Ambrosii, & Lucretiæ de Angelo filius, celeberrimus XXI
utriusque Juris Doctor Asculanum pontificatum regendum suscepit sub Sixto IV. cujus laudes non tacuit Bonifacius Simonetta lib. 3. de Christianorum persecutione epist. 13. Illum Pontificii sacelli assistentem invenio sub Alexandro VI. anno 1501. quo sacellum sanctæ Mariæ de Campo sancto consecravit octava die Decembris. Anno verò 1509. Episcopatum ultro remisit ad favorem Agapiti nepotis die 23. Junii. Lateranensi deinde Concilio interfuit anno 1512. Iterumque ex regressu per mortem Agapiti nepotis Asculanum Sacerdotium aliquandiu rexit, tandem humanarum rerum tædio affectus, liberè volens nuncium remisit anno

1517.

1517. ut ex Actis Consistorialibus liquet, & in bona senectute quievit. Hic anno 1507. parenti suo Ambrosio Neapoli in Ecclesia sancti Petri Martyris, sacellove suæ familiæ monumentum posuit in hæc verba.

Ambrosio de Cajeta nobili Neapolitano Magistro Rationali magnæ Regię Curiæ. Josue de Cajeta V. I. D. Episcopus Asculanus patri suo P. Anno MDVII.

XXII. 22 AGAPITUS Neapolitanus, Josue nepos, ex ejusdem resignatione evasit Asculanus Episcopus ann. 1509. die 23. Junii, ex Actis Consistor. Mortuus est ante Patruelem.

XXIII 23 JOANNES FRANCISCUS Cajeta Josue germanus frater ex cessione ejusdem electus est Asculanus Episcopus an. 1517. die 18. Maii cum esset annorum viginti quatuor, magnæque indolis. Præfuit omni laude dignissimus Præsul an. 49. ac pené capularis senex fato cessit die 10. Novembris 1566. An Neapoli in Ecclesia sancti Petri Martyris, vel Cajetæ ad sancti Francisci sepultus fuerit, me latet, in utraque Ecclesia sepulchralem inscriptionem legunt. Neapoli hæc prostat legentibus in eodem sacello, quod Ambrosius Cajeta Sigismundi filius Joannis Francisci nepos restauravit.

Joanni Francisco Cajetæ Asculanorum Pontifici optimo, humani, divinique Juris consultissimo, & Sigismundo integerrimo viro, fratribus. Ambrosius, cæterique fratres, Patruo, & Patri PP. Anno Dom. MDLXXIV.

Alteram inscriptionem in sacello ad sancti Francisci Cajetæ civitatis, ex qua originem duxit familia hæc; Sigismundus frater ponendam curavit.

Joanni Francisco Cajeta Patritio Neapolitano inter selectos vitæ integritate à Leone Decimo Pontifice Maximo, in Asculanorum pontificem allecto, Jurisconsulto optimo, & sui Ordinis antiquiori in suæ familiæ sacello, tanto viro, tantillum marmoris, Sigismundus affigi voluit, ob memoriam tanti fraterni amoris. Vixit annos lxxiii. obiit MDLXVI. Mense Novembr. die 10.

De nobili hac familia scripsit Carolus de Lellis 1. par. *nelle nobili famiglie del Regno di Napoli.*

XXIV 24 MARCUS Landus Venetus Join. Francisco defuncto successit an. 1567. die 22. Augusti. Rarissimæ vir eruditionis, & summa prudentia, atque Theologica facultate clarus, ad amplificandam, exornandamque suam Cathedralem nihil non fecit, eamque auxit, ac pené à fundamentis suis, ac civium Asculanorum pecuniis exædificavit, in qua moriens anno 1593. sepultus jacet, ubi hæc incisa lapide inscriptio legitur.

Marco Lando Veneto Asculanorum Pontifici, sancto animarum suarum gubernatori, & custodi sapientissimo, eloquentissimoque Theologo, pro Cathedralis Ecclesiæ extructionis suasori ac provido sanctorum virorum cætus auctori, qui rexit ann. xxiv. & dimidio. Vixit lxiv. obiit an. CIↃIↃXCIII. Federicus Sepa ejus rei familiaris administrator & Templi Thesaurarius, meritorum non immemor sua pecunia hoc monumentum, ubi ejus solitas condantur cineres vivens posuit.

25 Fr. FRANCISCUS Bonfilius, Ord. Minorum Conventualium Magister Generalis, magni nominis Theologus, Ordinis sui non postremum ornamentum Asculanorum Præsul renunciatus est anno 1593. die ultima Maii. Mortuus est an. 1603. *a* sepultusque est in Cathedrali, in cujus memoriam successor ejus epitaphium posuit. XXV

a An. vel ineunte 1556.

D. O. M.

Francisco Bonfilio Ord. Minor. Conv. S. Francisci ex Magistro Generali Episcopo Asculanorum F. Ferdinandus Davila Ord. Minorum de Obser. S.T.L.S. Ordinis Amico Præde. P.

26 Fr. FERDINANDUS Davila Ord. Minorum de Observantia, ob eruditionem, prudentiam, cæterasque virtutes religioso viro dignas Episcopus Ascalanus creatus est *a* Clemente VIII. anno 1603. (1) vixit in Episcopatu ann. 17. omnibus charus, amatusque ab omnibus, & in Cathedrali, quam variis; ac pretiosis ornamentis auxit, jacet, nulla ad tanti viri memoriam proloquente inscriptione. XXVI

27 FRANCISCUS MARIA della Mara Neapolitanus, Aloysii & Silviæ de Sangro filius electus Episcopus Asculanus die 29. *b* Novemb. 1620. fratres habuit præter alios, Placidum Episcopum Melphiensem apud Imperat. Apostolicum Nuncium, & Ferdinandum Ducem Guardiæ, qui de nobilibus familiis Neapoli extinctis scripsit. Vix quartum annum in Episcopatu Franciscus Maria expleverat, cum immatura mors illum à viventibus abstulit, dignus majori ætate ad explendos in Eccl. sua, populoque sibi commisso animi sui generosos conatus. XXVII.

b Die 9. Aprilis ex Actis.

28 Fr. ANDREAS Gelsominus *c* Etruscus, patria Cortonensis, Ord Eremitarum S. Augustini, vir doctissimus. celebrisq; verbi Dni concionator, cum esset sui Ordinis Generalis Procurator, ab Urbano VIII. Asculanorum Præsul pronunciatus est anno 1625. die 9. Junii, in eaque moderanda Cathedra quatuor omninò annos consumpsit, ac piè, ut vixerat, fato cessit anno 1529. in festo Conceptionis B. Virginis Mariæ, cui indissolubilibus amoris nexibus devinctus erat, in cujus honorem, librum scripsit, cujus Titulus, Thesaurus cœlestis devotionis Mariæ Virginis. Andreæ meminit noster Hippolytus Marraccius inter Antistites Marianos, & in Bibliotheca Mariana. Memini, me legisse tetrastichon in laudem ejusdem, dum Neapoli concionaretur in Ecclesia S. Augustini, ab erudito, doctoq; Francisco de Petris Historiæ Neapol scriptore. XXVIII.

c Laudatur à Chartario in Athen. Rom. Mi. apud Cl. Equitem Mandosium.

Cor tonat, æquè ac vox, cum tu Cortona retundis,
Hostiles sensus, cordaque corde rapis.
Scilicet excaadens accendis ab auce medallas
Qud movear alios, ut moveare opus est.

29 GREGORIUS Bolognettus nobilis Bononien- XXIX

(1) In Actis habetur hic Ferdinandus, Reciniien. Episcopus, ad Asculanam Ecclesiam translatum an. 1596. 6. Martii, vacantem per obitum Bonfilii, qui brevissimus Pontifex extitit. Prodiit Ferdinandi oratio in funere Philippi II. hispaniarum Regis 1599. agitur apud Cinellium sc. 3. 1. 31.

nienfis Romæ natus ex Referendario utriusque signaturæ Asculanus Episcopus delectus est ab Urbano VIII. anno 1630 die 23. Septembris, à quo ad Ferdinandum II. Magnum Etruriæ Ducem, mox apud Ludovicum XIII. Gallorum Regem Apostolicus Nuncius missus, hanc cum Reatina Ecclesia commutavit anno 1639. vivit adhuc, de quo in primo nostro tom. in Episcopis Reatinis.

XXX 30. MICHAEL Retius, seu Recta Epidaurensis, olim Episcopus Stagnensis, mox Nuscanus, ad hanc Asculanam Ecclesiam translatus die 8. Augusti 1639. sedit annis 9. excessit anno 1648. sepultus in sua Cathedrali.



XXXI 31 PYRRHUS ALOYSIUS Castellomata a nobilis Salernitanus, filius Francisci & Briandæ Antinoræ, vir sané magnarum virtutum tum doctrina, eruditione, Poetica arte, atque Ecclesiasticæ, venerandæque antiquitatis bené peritus, quippe qui & versu, & soluta oratione plura sui ingenii monumenta posteris reliquit, scripsit enim *de Patriæ Amore*, ubi plura inseruit de Salerni urbis antiquitatibus, de *Proximi amore*, *Neapolitanæ tumultus Historiam*, quam, morte præventus haud absolvit, & alia plura, quæ M. S. asservantur. Penes Fabritium Antoninum Archiepiscopum Acheruntinum, & Materanum, mox Siracusanum Episcopum; educatus in iis Ecclesiis aliquando Proepiscopus fuit. & in Portnensi Ecclesia, Marcello Card. Lantes Episcopo, eodem munere functus, per multos virtutum gradus ad Episcopatum ascendit anno 1648. die 25. b Novembris. Munus consecrationis ab eodem Card. Lantes accepit die 30. ejusdem mensis cum Francisco Roberto electo Alexano, in Libetiana Basilica assistentibus Joanne Baptista Foppa Archiepiscopo Beneventano, & Andrea Spennazzio Senensi, Episcopo Ferentino; ad suam statim profectus Ecclesiam cum Asculum accessisset, faustis acclamationibus à Clero & Populo exceptus, episcopale tunc Palatium ad habitandum incommodum repertum, summa diligentia restaurandum curavit, ecclesiam Sanctissimæ Annunciatæ vetustate deformem reparavit, Aram maximam ad Orientem locavit, hac addita inscriptione.

a De eo Dominicus Regg. in Memoria hist. Minif. Inscr. l. 1. c. 6. Manusc.

b Die 23. Novemb.

Vetus Templum Annunciatæ Virginis Sanctissimæ propagandæ voto, Pyrrhus Aloysius Castellomata Episcopus, ara maxima ad Orientem solem locata restituit in Civitate Asculanorum.

Apud hanc Divæ Virginis Mariæ ecclesiam, Seminarium Clericorum erexit, cubicula, Bibliothecam, & alia Alumnorum pernecessaria suo ære extruxit, ac redditus annuos attribuit. Ecclesiam quoque sancti Potiti ab antecessore suo Ferdinando Avila restitutam exornandam curavit, condito sacello in honorem sancti Leonis Episcopi & Confessoris, ubi in marmorea columna hæc sculpi vetba jussit.



MRI P. EPO L.
quem in raderibus
Asculi collis recolunt
Cives
P. A. C.
Innocentio X. P. M.
ad conclave excitatis aris
locum sacrificiis indulsit.

Universam non semel sibi creditam Diœcesim perlustravit optimus Pastor, Ecclesias collapsas, morumque disciplinam sedulo restituit. Præsul enim fuit non modo doctrina, sed & integritate morum insignis. Fuitque acertimus anthoritatis episcopalis assertor, pro qua, prove ecclesiastica libertate aliquando vitam haud vereretur amittere, Incidit tandem in illa difficillima tempora, hoc est cum teterrima pestilentiæ lues Asculi grassaretur, omnia, quæ ad ipsum spectabant, spititualia remedia per seipsum gregi pertimido adhibenda curavit, in quo pio munere dum fervidissimo charitatis ardore, tum in sacra confessione, tum in sacratissimo Christi Corpore, lue tactis, administrando intrepidé persevetaret, animam pro ovibus suis posuit, consumptoque morbo, mottalitatem explevit, mense Octobris 1656. in cathedtali humatus tanto omnium ordinum mœrore, ut propemodum inconsolabiles viderentur. Ad clarissimi mihi non sine lacrymis memorandi Præsulis sepulchrum sequens Cœnotaphium aliquando apponendum scribi fecimus ab amico nostro Laurentio Longo Parmen. illustri nostri ævi Poeta.

Hic jacet Asculeæ Præsul doctissimus urbis
Pyrrhus, Pierii gloria magna chori.
Qui qua alter Pyrrhus Latiis est victus ab armis,
Quando Tarentinis Marte ferebat opem.
Tartareas acies vicit cælestibus armis
Dum sacras aleret, dum tueretur oves.
Peste laboranti Populo dum sacra ministrans
Gaudebat manibus distribuisse suis.
Qua se pro Patria Decius devovit amata,
Hic se pro Populo devovet ultrò suo.
Et Decio melior, Pyrrho fœlicior optat
Ob sibi commissum fata subire gregem.
Fit voti compos, alteræ dumque saluti
Consulit, ad Cæli Regna vocatus obit.
Majus amoris opus nullum est, quam ponere vitam
Pro grege, pro patria, religione, fide.
Tale ob opus multos extinctos peste ministros,
Pro Sacris cœtus nempè fidelis habet.

Joannes vero Baptista de Afflicto in ecclesia S. Marci Evangelistæ extra civitatem scalarum nuper ab ipso exædificata grati animi monumentum hocce amico erigendum curavit.

V. T.

Ah nimium mors dura! meæ post plurima gentis
Funera, post viduæ, pignora rapta domus;
Saltem uni, cladis solatia, parcere Pyrrho,
Et poteras, plena, sistere, furta manu?
Id pietas, utrasque viri, frontisque verendæ
Infula: idem, nostræ commeruere preces.
Nonne ego te hoc unum precibus, votisque poposci
At Pyrrhus tamen, atque irrita vota jacent.
Quid mortem incusas? Pietas sua, reddidit astris
Ardentem, inde novum sidera sidus habent.

Illu-

A

Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Pyrrho
Alosio Castellamatæ
Patritio Salernitano nobilissimo
Et avitis, & suis laudibus ornatissimo
Asculi Episcopo,
Suo in grege curando,
Grassante, ut pastorem decet, pestilentia,
anno MCCLVI. extincto,
Quod Romæ morum, suæque
adolescentiæ
Severum quidem, sed humanum
piumque, ex ipsius pura
benignitate,
Ingenitaque nobilitate, habuerit formatorem
Abbas Don Ioannes Baptista de
Afflicto gratum hoc
Mæroris, & amoris monumentum
Posuit.

B



XXXII. * 32 PHILIPPUS à Basilica Petri nobilis Patritios Mediolanensis, Castellomatæ dignissimo, semperque memorando Episcopo datus est successor ab Alexandro VII. Pont. Max. anno 1657. die 28. Maii. Vivit, quem Deus Opt. Max. diù incolumem servet, ut populum sibi commissum, ad salutem valeat promovere. & aliorum multorum familiæ suæ Antistitum in ipso reviviscant virtutes & fama. C

A D D I T I O.

,, *Jacobus Philippus à Basilica Petri, vulgo Bascapè, nobilis Laudensis, J. U. D. Auditor primum Ariberti Cameræ Apostolicæ Clerici, nec non ejusdem Civitatis Urbevetanæ Gubernatoris Locumtenens, ac deinde Card. Raggii tunc S.R. E. Procamerarii Auditor, denique Asculanus Episcopus, defunctus est die 13. Augusti 1662. Cathedralis Ecclesiæ Naves Collaterales vetustate penè collabentes reficiendas curavit, non tam suæ sponsæ, quam suo proprio peculiari censu. Pauperes continuis, largisque semper eleemosynis juvit, adeò ut illarum adhuc fama perennet. Ædem principem in animo habebat piissimus Præsul à fundamentis ex integro moliri, quare non mediocrem auri vim ob id congesserat, è qua per ejus obitum Rever. Cameræ Apostolicæ tunc temporis spectante, ex ejusdem beneplacito Hierophylacium ipsius ædis, sacræ supellectilis indigens perabundè ditatum fuit, reliquumque ipsa Camera sibi asservuit.* D

XXXIII. ,, *FELIX Via, Cusentinus, utriusque juris, & sacræ Theologiæ Doctor, post interpretationem juris in Sapientiæ Archigymnasio in alma urbe, ubi etiam anno 1669. typis dederat opus, cui titulus* Summa juris Canonici, *huic Ecclesiæ ab Clemente X. præficitur 14. Novemb. 1672. quam ferè septennium summa vigilantia rexit. Erga pauperes semper habuit patentia suæ charitatis viscera, suamque ædem principem non mediocri etiam juvit impendio. Ex humanis migravit an. 1679. mense Decembri.*

XXXIV. ,, *PHILIPPUS Lenlius, Asculanus in Piceno, patritius, U.J.D. ac olim Abbatiæ Farfensis Vicarius, Vicarius item, & Gubernator Veliternensis Civitatis, & patriæ Cathedralis Canonicus, vitæ integritate, sacrarum litterarum cognitione, omniumque virtutum genere exornatus Felici successit 1. Aprilis 1680. Brevi, quo sedit tempore, ut decebat, suo muneri fecit cumulatissimè satis: anno quippe 1684. mortalis vitæ sortitus est exitum.*

,, *FRANCISCUS Antonius Punzi, Gravinensis patritius, Aloysii, & Lauræ Orlandæ filius, natus die 19. Augusti 1643. post egregiam scientiis omnibus navatam operam, in utroque jure lauream adeptam, Canonicus Gravinæ, ejusque Episcopi diù Vicarius generalis Eminent. Archiepiscopi Beneventani Ursini Auditor, Apostolicus postea Spoletanæ Ecclesiæ in Umbria Vicarius, hujus Ecclesiæ die 14 Maii 1685. electus fuit Episcopus, sacratus autem ab Eminent. Cardinali Nerlio, & die 15. Junii ejusdem anni per procuratorem iniit possessionem. Ecclesiasticam disciplinam continuò promovet verbo, & exemplo; & ob id anno 1692. diœcesanam habuit synodon typis etiam Beneventanis dotam an. 1694. Ædem principem in multis partibus refecit, & fere de integro exornavit. Cum in odæo non esset exedra, è lignis Nuceis affabrè lævigatis, miraque arte concinnatis formatam voluit, ut & etiam suggestum. Navem Majorem novo laqueari auro, & picturis distincto cooperuit, in cujus medio Nativitatem Beatæ Mariæ Virginis industrium penicillum effinxit. Pro novi Canonicatus erectione dotem constituit ducatorum non minùs mille, & quatuorcentum cum onere tamen in perpetuum aliquot sacrorum pro animæ suæ remedio; & pro quatuor insuper sacris cum cantu etiam prose, statis quibusdam diebus, quingentos alios ducatos assignavit. Hierophylacium sacris supellectilibus etiam pretiosis ditavit. Ædem principem die 30. Junii anno 1709. solemniter sacravit, pro cujus turri campanaria altiùs alteius sumptibus erigenda ipse etiam ducatos centum suffecit.* XXXV.

,, *Hoc Antistite sedente Fr. D. Fabritius Marullus Capycius Bozzutus ex ipsius Asculanæ civitatis Ducibus antequam in suo Militari ordine D. Joannis Hierosolymitani solemnem votorum professionem emitteret, omnia sua bona mobilia, & immobilia perpetuo fideicommisso subjecit, ut in beneficium equitum Hierosolymitanorum, vel Clericorum suæ familiæ cederent cum onere aliquot Sacrificiorum pro anima sua, ut ex hac marmorea Epigraphe, quæ in ipsius Equitis viridario legitur suprà ostium, & fusius in actis Notarii Petiti Cautilli ejusdem civitatis.*

,, Inclyto, ac pervetusto
,, Marullæ gentis è Quiritum sanguine gloriam,
,, quæ vel per omnem Romanæ Reipubl.
,, ætatem, vel sub Cæsarum imperio
,, mirè admodum floruit,
,, faustoque Cœlitum fato
,, vel ad nostra usque tempora
,, Eluctata seculorum tabe numquam internecino
,, splendore permicat,
,, Fr. D. Fabritius Marullus Capycius
,, Bozzutus Eques Hierosolymitanus
,, Ex Asculanensium Ducibus
,, æmulatus,
,, cum suæ Religioni in maritimis expeditionibus,
,, tum potentiis. Hispaniarum Regi Carolo II.
,, difficillimo quidem Trinacriæ tempore
,, contrà rebellantes Messanenses peditum
,, Præfectus
,, Opem navavit egregiam;
,, gloriosisque tandem laboribus exantlatis
,, lętissima hæc vireta cum proximis
,, ædibus emeritæ ætatis commodo
,, ære proprio comparata,
,, summo erogato censu in ampliorem
,, formam redegit,
,, perpetuoque demum fideicommisso subjecit,
,, Idque cavit

ut

„ ut ejus post funera
„ primùm Fr. D. Nicolaus Marullus
„ Capycius Boazutus
„ Melitensis itidem Eques, Commendatarius,
„ & Baruli Prioratus Locumtenens,
„ germanus frater,
„ dein quicumque ex Asculanensium Ducis
„ D. Sebastiani, vel
„ D. Francisci Marulli Capycii Bozzuti
„ germanorum etiam suorum progenie
„ Rhodiæ militiæ, vel clericali se addixerit vitæ
„ his fruatur bonis:
„ ea tamen lege
„ ut semper clericus à Melitensi Equite excludàtur
„ quamvis is eorumdem usumfructum bonorum
„ adeptus jam fuisset.
„ Tantum erga gentiles suos egregii Equitis
„ potuit amor.
„ Posteri, Posteri spem ejus implere lubenter.
„ Vestra res agitur.
„ Anno post partam salutem
„ CIↃIↃCLXXXXV.

„ *Vivit adhùc optimus Præsul; eodemque tenore* „ *licet senio effœtus Ecclesiam suam moderatur, quo* „ *primùm in illius administratione manus admovit,* „ *& ut quàm diutissimè vivat, commune est votum ab* „ *ipso suæ pristinæ dignitati restitutæ diœcesis.*)

BOVIANENSES,

SEU

BOJANI

EPISCOPI.



BOVIANUM, sive Boblanum, Ptolomæo Bojanum, ad radices situm montis Apennini, fontesque Tiferni amnis, est perantiquum oppidum in Comitatu Molisii nunc recensitum, vulgo, *Bojano* dictum; aliquando Samnitium caput longè ditissimum atque amplissimum armis, virisque fuit, ut Livius scribit; de quo cæteri Romanę Historiæ scriptores cum laude memorant. Incolæ hujus civitatis (ni in rebus à nostra memoria valde distantibus fabulentur) à Sabellis populis, priscis illis temporibus, quibus in Samnium primùm appulerunt, ædificatam volunt, & à portento, auspicioque Bovis, qui eos ad locum adduxerat, ubi postquam ibidem ductorem suum Marti Deo sacrificassent, novam Urbem condiderunt, cui Boviani nomen imposuerunt. Memoratur Livio, Straboni, Plinio, Silio, Frontino, Ptolomæo, Itinerariis Romanis. Antiquissima ejus memoria est apud Livium lib. 9. in Consulatu M. Petilii Libonis, & C. Sulpicii Longi, An. Urbis CCCCXXXVIIII. ante natum Christum CCCXIIII. in potestatem Populi Romani deinceps devenit, ductore Sylla Samnitum implacabili odio inimico, à quo solo æquatum est: restauratum postea, Colonia Romanorum factum circa annum ab Urbe condita DCCV. ut Frontinus habet; *Bovianū oppidū lege Julia milites deduxerūt sine colonis, iter populo amplius*
A *non debetur, quam P. X. Ager ejus per centurias, & scamna est adsignatus.* Ab Octaviano Augusto secundò hùc deducta Colonia est, ut Panvinus habet, quam Plinius undecumanorum vocat, à militibus undecumanæ Legionis post bellum civile deductis. Sub Romanorum imperio tandiù feliciter quievit, quandiù illud floruit. Longobardorum deinde gens illud in Beneventanum Ducatum numerarunt, & recentioribus temporibus sub Normannorum, Regumque Neapolitanorum potestatem devenit. Antiquum splendorem amisit anno 853. quo ingenti terræmotu submotum loco, & collapsum est, emergente inde aquarum lacu; sed à civibus iterum restauratum post quatringentos annos à Federico II. Imp. captum, penè combustum est an. 1221. Antiqui Boviani magnitudinem adhuc extantia vestigia, ipsæque ruinæ produnt, & quod modo temporum, bellorumque injuria exinanitum videmus, imaginem potius veteris Boviani quam spectabilis civitatis referre videtur. Protulit autem hæc civitas viros cla-
B ros, in quibus olim enituit Numerius Decius à Livio celebratus, qui contra Hannibalem Romanis suppetias dedit. Cæterum fidem Christi suscepisse Bovianum credibile est priscis illis temporibus, quando Beneventani, cæterique Samnires Populi imbiberunt Evangelium, Episcopalis verò dignitas eidem accessisse ante annum nostræ salutis 501. cum eo anno Laurentius Boviani Episcopus subscripsit tertiæ Synodo Romanæ sub Symmacho Papa. Porrò Bovianum Episcopatum aliquando unitum fuisse cum Iserniensi sacerdotio tradit Vincentius Ciarlantes in Samnii hist. Cathedralis Basilica D. Bartolomæo Apostolo consecrata insignitur decenti Clero, Archidiacono nempè & Archipresbytero cum decem Canonicis, aliisque Presbyteris, & Clericis, qui divinum quotidie pensum solvunt. Sunt in hac civitate præter Cathedralem Ecclesiæ Parochiales septem, aliqua Virorum Cœnobia, & unum Sanctimonialium. Diœcesis vigintimillia passuum in longitudinem, ac latitudinem æquè por-
C rigitur, continet oppida triginta, in quibus singulis proprius Archipresbyter sacra administrat: in eaque recensentur aliqua religiosorum Monasteria, sodalitates, & hospitalia, in quibus omnia pietatis officia erga puellas nobiles, & pauperes honestiores, & infirmos impenduntur. Episcopalis mensæ annuus census ducatorum Regni 1200. taxatur in Cancellaria Apostolica Flor. 200. Ejus Eccl. Præsulum series sequens est, quam ex diversis scripturis ejusdem Eccl. aliisq; monumentis, utcunq; potuimus, exspiscati sumus, sine nostra tamē culpa satis jejunā.

1 LAURENTIUS Boviani Episcopus interfuit tertiæ Synodo Romę celebratę sub Symmacho Papa anno 501. Post hunc per multa sæcula Episcoporum nomina interciderunt. I.

2 N. Episcopus Boviani, cujus meminit absque nomine Vldaricus Archiepiscopus Beneventanus in documento pro monasterio sanctæ Sophiæ anno 1061. II.

3 ADALBERTUS, seu Albertus, item Ober- III.
D tus hujus sedis Episcopus fuit, quæ nomina sæpè confunduntur, ut tres distinctos Præsules esse arbitrentur nonnulli, sub Adalberti nomine memoratur anno 1075. Albertum vocatum invenio anno 1071. in dedicatione Ecclesiæ Casinensis, cui interfuit, & anno 1075. in documento Milonis Archiepiscopi Beneventani supra relato: Sub Adalberto Præsule narrant Rodulphum de Molinis Boviani Comitem Cathedralem Ecclesiam novam condidisse anno 1080. Albertum iterum lego in hujus Ecclesię brevi Episcoporum Dyptica anno 1091. & Obertum observo in documento Ugonis Bojanensis Comitis pro monasterio S. Sophiæ Beneventi scripto anno 1095. in quo veluti testis idem memoratur Antistes. Documenti tenor ex sæpe citat. Chron. S. Sophiæ talis est.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi Domini æterni, & in nomine Individuæ Trinitatis.

Anno 1095. ab Incarnatione Domini omnipotentis nostri Jesu Christi, mense Januaeio, Indictione 2.

Nos Ugo Domini gratia Bovianensis Comes, & Rogerius filius D. Rodolphi Comitis notum facimus omnibus nostris fidelibus præsentibus scilicet & futuris; quia pee hoc scriptum damus ac concedimus, atque firmamus per manum D. Obecti Episcopi Bovianensis D. Madelmo Venerabili Abbati de Monasterio S. Sophiæ, quod constructum esse videtur in Beneventana civitate, scilicet Castrum, quod nominatur Veccio, antea Betere, cum omnibus hominibus habitantibus, ac viventibus in eodem loco, ac Castro, quemadmodum Pater noster Rodulphus Comes ei concessit habere, ita & nos ei confirmamus in perpetuum, ut amodo & semper omni tempore ipse prænominatus Abbas, & sui successores, & pars ipsius prænominati monasterii jam dictum Castrum cum hominibus, necnon & pertinentiis ejusdem Castri habeant, ac possideant, & omnia exinde faciant, quodcunque voluerint, illisque placuerit, sine nostra, nostrorumque hæredum, aliorumque hominum, amicorum, ac cognatorum, & Vicecomitum aliqua contrarietate, vel molestatione: Et nos prænominati Ugo Comes, & Rogerius filius prædicti Rodolphi Comitis obligamus nos, nostrosque obligamus hæredes præfatæ Ecclesiæ, & tibi Domino Madelmo Abbati, tuisque successoribus jam dicta nostra concessione amodò & semper in peepetuis quoque temporibus, & omni tempore antistare, ac defendere ab omnibus hominibus, ab omnibusque partibus, ac periculis. Quod si verò aliquis temerarius hanc concessionem nostram firmissimam, eoborumque præceptum infirmare, necnon & alio modo & ratione destruere, ac perdere præsumpserit, seu etiam attentaverit, judicio coactus componat centum atque quinquaginta uncias auri purissimi in supranominato Monasterio, & insuper per invitum tacitus maneat, necnon & anathematis vinculo subjaceat damnatus cum Juda traditore falsissimo Omnipotentis Domini Nostri Jesu Christi, donec resipiscat: juxta hanc nosteam concessionem hoc nostram firmissimum præceptum confirmavimus in præfato monasterio pro anima nostra, omniumque nosteorum parentum, amicorum, cognatorum, ut firma, necnon stabilis permaneat in perpetuum omnique in tempore.

Et ego Emergerius Notarius civitatis Boviani rogatus ferè ab omnibus scripsi feliciter admodum.

Ego Obeetus Bovinnensis Episcopus.
Ego Lambeetus Comes.
Ego Joannes Episcopus.
Ego Bernardus Episcopus.
Ego Melchior Episcopus.
Ego Philippus Cardinalis.
Ego Carolus Cardinalis.
Ego Mauritius Cardinalis.

Ego Robertus filius Christiani subscripsi, nosque omnes supradicti signum Crucis, sigillumque in fidem apposuimus, atque affiximus.

IV. 4 BERNARDUS magnæ sanctitatis præsul vixit temporibus Paschalis II. an 1105 de eo fit mentio in quodam documento Cathedralis Archivii. Ejus sanctitatem celebrat Vincentius Ciarlantes in Samnii hist. lib. 1. cap 2. sed Acta ejus non extant.

V. 5 ADAMON, seu Adam testis donationis Roberti Comitis Bovianensis ad favorem Monasterii sanctæ Sophiæ de Benevento an 1119. quæ legitur in sæpe cit. Chron. ejusdem Monasterii hisce verbis conscripta.

In nomine Domini Omnipotentis Salvatoris nostri Jesu Christi, & in nomino sanctissimæ, & individuæ Trinitatis.

Anno ab Incarnatione Domini 1119. mense Novembris Indict. xiii.

Quoniam antecessorum & parentum, obligationes

A *jure factæ, & pee acta legitima successoribus, atque hæredibus servanda, & confirmandæ leges mandatoeum maximè quæ pro redemptione animarum illorum sunt. Quamobrem ego Robertus Domini gratia Bojanensis comes filius quoadam bonæ memoriæ Comitis Ugonis concessionem factam ab avo meo comite Raone, necnon à patre meo Comite Ugone, quoque à fratre meo comite Simone in Ecclesia sanctæ Sophiæ, laudans, ac confirmans, Notum facio omnibus fidelibus nostris præsentibus, necnon futuris; quoniam per hoc sceiptum ego concedo, atque confirmo in Monasterio sanctæ Sophiæ, quod consteuctum esse videtue in vetori Beneventana civitate, & in manum Domini Bernardi venerabilis ejusdem monasterii Abbatis, secum habentis duos ex confratribus suis religiosos ac honestos viros, nimirum dominum connestabilem, & Dominum Peteum, scilicet Castrum, quod nominatur vetus, unà cum omnibus hominibus inibi habitantibus, ac morantibus in eodem Castro, & cum omnibus pertinentiis suis, quemadmodum Avus*
B *meus Rao bonæ memoriæ ac recordationis, & supeanominatus pater meus, nec non frater meus concesseeunt, ac permiserunt habere. Item concedo, atque irrevocabili jure, ac præcepto confirmo in monasterio S. Sophiæ Virginis, & in manus Reveeendissimi, ac Venerabilis Abbatis supranominati Bernardi, nimieum Monasterium sanctæ Genitricis Virginisque Mariæ, quod constructum est in veteri civitate Sepinu cum omnibus pertinentiis suis unà cum inferiùs & superiùs positis: item Ecclesiam vocabulo S. Mariæ, quæ extra & juxta civitatem Sipontinam constructa, ac ædificata est, unà cum omnibus suis pertinentiis, Ecclesiam quoque, quæ nominatur, ad S. Salvatorem juxta prænominatum civum, unà cum omnibus suis pertinentiis, & medietatem Ecclesiæ S. Silvestri, quæ est sita non procul à flumine Tappone in via papali Beneventana, unà cum omnibus, quæ sibi pertinent, necnon & Ecclesiam sancti Gregorii, quæ est sita ex alia parte, & prope eundem fluvium unà cum omnibus peetinentiis suis. Hæc omnia su-*
C *pranominata, nimirum & Castrum vetus cum hominibus in eodem loco habitantibus, & cum omnibus, quæ peetinent illi, tam intùs, quàm etiam foris, & cum omnibus sibi pertinentibus Sylvis cum aquis viis & anditis suis, terris, viis, planis, ac montibus, & Ecclesiam sanctæ prędictę Dei Genitricis Virginisque Marię unà cum omnibus similiter supranominatis Ecclesiis atque unà cum omnibus illarum pertinentiis. Ego qui supra nominatus Robeetus Comes pro redemptione, ac salvatione animæ meæ, atque genitricis, & genitoris mei, & avi mei, & pro omnibus parentibus meis tam vivorum, quam & mortuorum salute concedo atque confirmo in peæsentia Domini Adamonis Bojanensis Divina sic disponenee misericordia Reverendissimi Antistitis, aliorumque subscriptorum testium in jam nominato monasterio sanctæ Sophię, in quo videtur requiescere quadraginta quatuor corpora sanctorum, offertionem, ac traditionem fecimus in manu supranominati Abbatis, nomine Bernardi venerabilissimi, idem illud monasterium in eadem condi-*
D *tione quemadmodum parentes, ac majores mei quondam, mojorumque nostrorum tempore concesserunt, & obtulerunt, hac nimirum ratione, ut amodo, & in perpetuis temporibus fiemitee & immobiliter, ac inviolabiliter prænominatum Monasterium illud, quod concessimus teneat, & possideat prænominatum Castrum, necnon præfatas ecclesias cum omnibus suis peetinentiis, sine contradictione nostra, nosteorumque hæredum, omniumque aliorum hominum, omni remota Vicecomitum, vel cæterorum Actoeum Curiæ nostræ molestia, vel contrarietate, omnibusque, quæ fuerunt hactenus, iniquis, & pravis consuetudinibus explosis, atque ejectis. Ut autem hæc nostra laegitio atque concessio firma, ac stabilis habeantur, ego prænominatus Robertus Comes obligo me, meosque hæredes ac amicos prænominatæ Ecclesiæ S. Sophiæ, tibique Bernardo ejusdem Monasterii venerabili Abbati, vestrisq; posteris prænominatam largitionem nostram amodo, & omni tempore defensam ab omnibus etiam*

hom-

hominibus, ab omnique parte. Quod si ego vel quilibet nostrorum hæredum, vel Actorum nostrorum temerario ausu, & iniqua præsumptione hanc nostram concessionem irritam in quolibet membro, ac qualibet ratione facere præsumpserit, nostræ Curtę jodicio coactus, centum librarum auri purissimi compositione mulctetur, atque in nominato Monasterio, & insuper omni tempore taceat invitus anathematis vinculo damnatus cum Juda traditore Domini, donec resipiscat jaceat. A

Hæc autem chartula supranominatæ concessionis factæ à supranominato Comite Roberto ac Vicecomite.

Ego Gentilis Comes scripsi.

Ego Gerardus Episcopus.

Ego Balthasar Cardinalis.

Ego Benedictus Abbas interfui, & subscripsi.

Actum in civitate Bojana legitime.

Signum propriæ manus supranominati Præsulis.

VI. 6 ROBERTUS, cujus mentio in monnmentis Ecclesiæ habetur anno 1147. diu vixit in hac dignitate.

VII. 7 ANDREAS interfuit Lateeanensi concilio sub Alexandro III. celebrato an. 1179. de quo, anno 1181. quoddam extat instrumentum in citato tabulario. B

VIII. 8 PETRUS florebat anno 1189.

IX. 9 MATTHÆUS proximè reperitur Episcopus anno 1195.

X. 10 RAYNALDUS ab anno 1205. ad annum usque 1210. invenitur hanc administrasse Ecclesiam.

XI. 11 POLITIANUS hic anno 1215. Ecclesiam Cathedralem dedicavit, ut in plumbea lamina inscriptione nupee reperta in Altari habetur in hæc veeba.

Anno MCCXV. post Incarnationem Domini nostri Jesu Christi, Indictione quarta Ecclesia Bojani nunc cum Altare dedicata est à D. Politiano ejus Episcopo, assistentibus cum eo Lucerino, Florentinensi, Arianensi, & Toretibulensi Episcopis, & hæ sunt reliquiæ SS. Pontiani, & Clementis martyrum, ac Pontificum, octavo die adstante mense Madii †. C

XII. 12 JOANNES à Capitulo electus confirmatur ab Honorio III. anno 1226. 12. Kal Januarii, pontif. ann. 2. ex reg. Vatic. perennavit etiam ejus nominis memoeia in marmoreo lapide supra fores Ecclesiæ, nbi hæc brevis insceiptio.

A. MCCXXXIX. MENSE MAR.
JOANNES EPISCOPUS BOJANI
HOC OPUS FIERI FECIT.
Q. † V.

XIII. 13 JOSEPH an. 1244. usque ad annum Domini 1252.

XIV. 14 PALMERIUS, patria Capuanus, antea Episcopus Calvensis ad hanc Ecclesiam translatus est ab Innocentio IV. anno 1252. 10. Kal. Aug. pontif. X. ut in Regest. Vatic. Sedit plus minus ann 25. defunctusque est anno 1277. & in Cathedral humatus hoc habet in maemoreo tumnlo cœnotaphium Leoninis versibus exaratum. D

Hac jacet in tumba mitis sine felle columba
Palmerius Præsul, cui parcat criminis exul
Capua quem genuit, quem Calvum pontificavit,
Hinc translatus Bojanensem clarificavit
Ecclesiam, tandem rebus dotavit eandem
Campanile sacri vinctis; ædibus, agris
Post piceatis opes, gravioris nempe Talenti
Felix in Christo mundo transivit ab isto.

XV. 15 JOANNES ex Archidiacono eligitur in Episcopum à Joanne XXI. an. 1277. 4. Id. Junii, pontif. sui primo, ex reg. Vatic. epist. 57. fol. 17.

XVI. 16 GUILLELMUS Berge, civis & Episcopus Bojanensis reperitur anno 1291. cujus mentio extat usque ad annum 1315.

XVII. 17 ANGELUS an. 1314. ex monumentis ejusdem Ecclesiæ.

XVIII 18 Fr. PETRUS, patriam *a* & ordinem ignoramus, jam consecratus hujus Ecclesiæ Episcopus sacro Senatui solitum subsidium promisit die 27. Novembris 1319. ex lib. oblig. Prælat. sub Joanne XXII. A

a Caserta-nus, & Ordinis Prædic. ex Fontana in Theat. Dom. p. 141.

19 ANDREAS suffectus anno 1322. XIX

20 BERNERIUS Dohonella ex Capellano sacelli s. Ludovici in majori Ecclesia Neapolitana fit Bojanensis Episcopus an. 1337. in reg regest. Neapol. sub Roberto Rege fol. 15. XX

21 ANGELUS Lupara in hac sedebat Ecclesia anno 1345. obiit anno 1364. XXI

22 BERARDUS, seu Bernardus de Castillione ex Præposito S. Mariæ de Porculo, Angelo suffectus est ab Urbano V. an. 1364. 1d. Septem. ex regest. Vatic. XXII.

23 GUILLELMUS anno 1390. XXIII

24 CAROLUS Episcopatum obtinebat anno 1396. memoraturque sub Innocentio VII. an. 1405. in lib. de diversis formis, obiit anno 1412. XXIV

25 JOANNES ab Joanne XXIII Episcopatum accepit anno 1412. ex lib. Provis. Prælat. eodem anno moetalitatem explevit. XXV. B



26 NICOLAUS de Offerio nobili familia Ravello oriunda natus, Clericus Neapolitanus, ætatis suæ anno quintodecimo, salutis verò 1413. Id. Feb. per Joannem XXIII. perpetuus, tum in spiritualibus, cum in temporalibus, Boviani Episcopatus administratur constitutus est, ea tamen lege ut per aliquem virum rebus Ecclesiasticis bene peritum, eam regeret, quousque ad perfectam, legitimamque pervenisset ætatem, ut in lib. de diversis formis legitur fol 162 de quo in Tabulario hujus Ecclesiæ plura inveniuntur instrumenta nomine ipsius, veluti administratoris conscripta de quo nil aliud repertum est quod de eo proferamus. Suspicatus sum aliquando, an is ille idem sit Nicolaus Offerius Castelli Petrosi Dominus, cujus meminit Ælius Marchesius de Neapolitanis familiis, qui ad Castri Petrosi dominatum adiecit Monteronum, Cannetum, & Millianum anno 1423 ut vindex nobilitatis Neap ad Ælium scripsit; sed hic filios habuit, fortasse ille fuit qui relicta ecclesiastica toga, uxorem duxit. Cæterum ex hac familia nemo superest, & Ravelli etiam extincta est. XXVI C D

27 NICOLAUS Sanframundus nobilis Neapolit. hanc regebat ecclesiam anno 1423. excessit anno 1428. lib Provis Prælat XXVII.

28 Fr. PETRUS Ursus Ord. Prædicatorum ad hanc sedem evectus est à Martino V. anno 1428. 7. Kal. Maii, mox ad Monopolitanam ecclesiam translatus est an. 1431. XXVIII.

29 Fr. RAYMUNDUS olim Abbas Ordinis s. Basilii, tunc Episcopus S. Agathæ, ad hanc Bovianensem sedem translatus est anno 1431. 15. Kal. Januar. & post ann 9. ad aliam Compsanensem ecclesiam transitum fecit ann. 1439. XXIX

30 ANDREAS de Verulis Episcopus Cupersanensis, translatus ad hanc Bovianam ecclesiam 1439. 5. Id. Octob fuit deinde Episcopus Urbini an. XXX

1452. mox Camerinensis, tandem Muranus evasit episcopus. ut ex Actis Consist. Pii II. liquet. A

XXXI 31 JACOBUS de Monte-Bottonien. Canonicus Sabinensis successor Andreæ electus 1452. 3. Id. Septemb. sedit ann. 8. fatoque functus est an. 1458. Hujus Episcopi æneum sigillum olim Senis vidi apud Joannem Galluccinum civem Senensem, & venerandæ antiquitatis studiosum, ubi gentilitia Jacobi insignia exsculpta erant, elephantis scilicet gradientis, & circumcirca hæc verba. *Sigillum Dom. Jacobi de monte Bottonien. Episcopi Bojanensis.*

XX XII. 32 ANTONIUS de Teramo Canonicus Aprutinæ Ecclesiæ ad hanc sedem evectus est defuncto Jacobo à Pio II. an. 1458. pridie Non. Novemb. ex lib. Prov. Præl. an. 1. fol. 117. Erat Vicarius Polignanensis episcopatus anno 1458. pro Card. Ursino administratore.

XX XIII. 33 ODO de Odonibus hanc regebat ecclesiam anno 1486. excessit an. 1489.


B



C

XX XIV. 34 SYLVIUS Pandonus Neapolitanus Francisci, seu Scipionis Venafri Comitis ex Lucretia Cajetana filius eligitur Bovianensis Antistes anno 1489. Cathedralem ecclesiam exornasse dicunt, ubi sub ejus insignibus ad fores ecclesiæ legebatur. *Vivat, semperque vivat Pandonia Domus.* Sub Leone X. Ecclesiæ Aversanæ evasit Episcopus, quam simul administravit cum Bovianensi ad mortem usque, quæ accidit illi 8. Febr. 1519. in hac Cathedrali sepultus prope aram maximam; epitaphium vero tumulo incisum leges in primo nostro tomo in Episcoporum Aversanorum serie, ubi vitæ, ac morum dignitate insignis, omniumque virtutum genere præditus dicitur.

D



XX XV. 35 FRANCIOTTUS Cardin Ursinus a perpetuus factus est hujus ecclesiæ administraror anno 1519 die 24. b Feb post annum quartum se abdicavit.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. cols 400.
b Die 7. Febr.

XX XVI. 36 VALENTINUS Francus („ *Canonicus Bovianensis*) Episcopatu Boviano condecoratus est die 24. Julii 1523. Præfuit ann. multis. („ *Cessitque in favorem sequentis nepotis an. 1549.*)

37 PYRRHUS Francus („ *Canonicus Bovianensis*, „ *& superioris Valentini nepos die 7. Junii* „ *1549 cedenti*) successit Valentino: Episcopus erat ann. 1548. c obiit anno 1572. XX XVII

c 1549.



38 CAROLUS Carrafa ex Comitibus Montis-Calvi ab Episcopatu Guardiensi ad hunc traductus anno 1572. die d 19. Julii, præfuit ann. 37. obiit die 29. Septemb. 1608 omnibus hic virtutibus exornatus, collacrymantibus cunctis in sacello sanctissimi Sacramenti sepultus jacet, ubi sibi tumulum paraverat hac inscriptione, aucta deinde à Canonicis. XX XVIII

d Die 4. Julii.

Carolus Carrafa ex Comitibus Montis Calvi hujus Basilicæ Præsul se prorsus mortalem, quam Episcopum agnoscens hanc sibi vivens sepulturam elegit: optimum cunctis exemplum. Cathedralem hanc, Choro, Altari majori, Arcubus ac pavimentum exornandam, splendidissimisque supellectilibus Ecclesiasticis augendam suo ære curavit, qui non minori pietate vivens, quàm mortuus ergu suos Canonicos utens, eisdem ducatos sexcentos erogavit. Hac tamen adjuncto onere, ut semel atque iterum in hebdomada, in sui memoriam Missæ sacrum peragant, ac semel in anno sui obitus anniversarium celebrent. Vir in rebus gerendis prudentissimus, atqz ex omni parte integerrimus. qui nulli unquam obfuit, nisi mortuus.

Sed in columna cementaria in Cathedrali, quam juxta mentem olim à Sylvio Pandono conceptam, absolvit Carolus leguntur hæc verba. *Quod Sylvius mente conceperat, Carolus opere complevit hanc Basilicam illustravit, & pluribus ornamentis decoravit 1603.*



39 FABRITIUS de Afflicto Neapolitanus Camilli Boronis Cancellaræ, & Justinianæ de Afflictis filius ortus Aeserniæ ann. 1573. generis nobilitate, & propria virtute illustris à Paulo V. renunciatus est Episcopus die 10 Novembr. 1609. e Neapoli fato cessit anno 1613. ubi jacet. XX XIX.

e 1608.

40 PETRUS PAULUS Eustachius, patria Trojanus Archidiaconus Trojanæ Ecclesiæ electus est Bovianus Episcopus anno 1613. die 15. Julii, fratrem habuit Joan. Thomam Episcopum Larinen XL.

A sem, sanctimooia vitæ clarum. Sedit Petrus Paulus ann. 9. excessit anno 1622.

XLI 41 OCTAVIANUS Garzadorus nobilis Viceotinus promotus die 19. Decembr. 1622. translatus deinde est ad Jaderensem Archiepiscopalem sedem 1624. die 2. Martii, de quo in 5. tom. nostro inter Archiepiscopos Jaderenses, ubi pro anno 1624. ex incuria typographi positus est ann. 1629.

XLII 42 Fr. FULGENTIUS Gallucius de Monte-Georgio Ord. Eremitarum S. Augustini, olim Generalis Prior, tunc Episcopus Tagastensis, & Apostolici Palatii sacrarii Præfectus ab Urbano VIII. ad hanc Ecclesiam assumptus est anno 1624. die 11. Martii, sedit ann. 7. ibi fato cessit die 9. Novembris 1632. in patria ætatis suæ sexagenario major ubi jacet apud Ord. sui fratres.

XLIII 43 PETRUS de Philippis Beneventanus electus an. 1633. 4. a Septemb. Obiit die 8. Septembris 1640.
a 26. Sept.

XLIV 44 Fr. PHILIPPUS de Sio Ord. Minorum de Observantia. Episcopus Cajacensis ad hanc Ecclesiam transfertur die 21. Octobris 1641. Præfuit ann. 10. mortuus est die 16. Augusti 1651.

XLV. 45 Fr. PETRONIUS Veronius Bononiensis ex Ord. Eremitarum sancti Augustini ad hanc Ecclesiam traducitur ab Innocentio X. anno 1652. die 8. Januarii, post annum à sua obtenta dignitate mortalitatem explevit die 11. Maii 1653. sepultus in Ecclesia S. Mariæ Gratiarum Ord. Frat. Minorum.



XLVI 46 Fr. CÆLESTINUS Brunus, Venusinus, ejusdem Ord. Eremitarum sancti Augustini insignis Theologus, libris editis, ac verbi Dei declamator longè clarissimus, ab Innnocentio X. pronunciatus est Episcopus die 23. Augusti 1653. Romæ in Ecclesia sancti Augustini consecratur à Joanne Baptista Card. Pallotto die 7. Septemb. assistentibus Odoardo Scotto Burgi S. Domnini, & Jo. Baptista Donato Minorensi olim Episcopis. Vivit adhoc spectata laude virtutis, gregi sibi commisso invigilans.

ADDITIO.

(„ Fuit auctor Quodlibeti; & egregiè laudatur à Jo. Baptista de Luca de Regularibus disc. 4. a. 6. Toppio in Bibl. Neapol. p. 61. Justiniano in Epistolis memorabilibus par. 3. p. 57. & Chartario in Athenæo Romano, quod Ms. servat cl. eques Prosper Mandosius.

D

XLVII. *„ JOSEPH Prothospatharius, Hiceacensis, J. V. D. per obitum Bruni Bovianensis Episcopus eligitur 31. Martii 1664. qui anno insequenti mortuus est.*

XLVIII. *„ ANTONIUS Gratianus, è S. Archangelo in Lucania, S. Theologiæ, & J. V. D. hanc deinde Ecclesiam regendam suscepit 15. Februarii 1666. Antistes eruditus nonnulla conscripsit, quæ recensentur à Toppio in Bibliotheca Neapolitana pag. 327. Ad plures abiit mense Majo 1684.*

XLIX *„ JOANNES Riccanale, Aprutinus, J. V. D. & Prothonotarius Apostolicus, cum Terami, & Asculi vices Episcopales gerentes gessisset, huic Ecclesiæ præfectus est 2. Octob. 1684. non diu oneri superstes, cùm decessisset mense Martio 1685.*

A L. *„ FRANCISCUS Antonius Jannonus, patritius Bituntinus, in Civitate S. Severi ortus, J. V. D. & Prothonotarius Apostolicus, generalis olim Vicarius Archiepiscopi Amalphitani, eodemque tempore Vicarius Apostolicus Minorensis, & deinde Cardinalis Gastaldi Beneventani Archipræsulis propontifex, renunciatus est Bovianus Antistes 10. Septembris 1685. Temporalem vitam complevit mense Februario anni 1708.*

LI. *„ AGNELLUS Rendina, patritius, & Canonicus Beneventanus eaindè Bibliothecarius, ac Cardinalis Ursini commendatissimi Archiepiscopi generalis Provicarius, & Convisitator, post plura præclara munia egregiè obita in primis probatus, ad Bovianensem infulam an. 1708. 14. Maii ab Clem. XI. æternæ me. Hierarcha elatus fuit. Vix Ecclesiæ possessionem nactus eamdem Sanctorum Lipsanis, decentibus in thecis repositis ditavit. Sacrarium argenteis Vasis, ac supellectile ex olosericeo auro texto locupletavit. Cathedralem fere fatiscentem affabrè suffulsit, & Episcopium.* B *Non modò civitatem, sed & totam diœcesim ab Apostolicis Societatis Jesu Missionariis perlustrandam curavit. Frequenti licet podagræ morbo in cubili detentus, nihilominus laudabiliter suam regere Ecclesiam non omisit. Ermo, sinistro in pede, ulcere in cancrenam vergente mense Aprili 1716. plurles sibi novaculam pro digito amputando, Beneventi priùs, ac deindè Neapoli ad patientiæ miraculum adhiberi passus fuit, incredibili Virium animique robori tributum, quod tantum vitæ discrimen illæsus obierit; recrudescente tamen paucos post dies morbi vi præclarissimus Præsul omnibus Ecclesiæ Sacramentis refectus Uni Deo intentus die 15. Novembris 1716. ætatis suæ annum 55. circiter agens animam efflavit. Demortui Præsulis cadaver à Fratribus omnibus ordinis Servorum B. Mariæ Virginis Neapoli degentibus, à clero Ecclesiæ Spiritus S. ac ab insigni s. Joannis majoris collegio sociatum, ad Divæ Mariæ vulgò* C *d'ogni bene delatum, ibidem conditum fuit post solemnia justa prius persoluta, ac sacra innumera perlitata. Ornatissimi Præsulis memoriam nullo unquam ævo obliterandam antiquus ejusdem Amicus sequenti elogio obsequens honestavit.*

„ Agnellus Rendina Beneventanus Patritius, Bujanensis Episcopus in arduis rebus gerendis magnus, eruditione major, Pietate ter maximus, Agnus nomine, Pastor omine, ut sibi concreditum servaret ovile, Hædos vertit in Agnos, Agnos à lupis asseruit. Periongum morbum ferreus toleravit. Brevem vitam aureis locupletavit moribus. Maturis meritis infula honestatus, Annis immaturus è vivis ereptus, ut in cœlis perenniter viveret. Inter Agnos Pastor, inter Pastores Agnos. Samnites plaudite, Tantique Antistitis tumulo hanc sculpite Epigraphen: Agnellus Beneventi nactus est cunas, Bojani sedem, Neapoli tumbam, ubique famam suarum laudum promeruit tubam. Senex minimè obiit, ne cum ipso sene ipsius etiam senesceret fama.

D

LII. *„ NUNTIUS de Baccariis, Triventinæ diœcesis presbyter, J. V. D. Vicarius primùm generalis Beneventi, Auditor deinde Cardinalis Thomasii, Cardinalis deinque de Comitibus Episcopi Viterbiensis Vicarius generalis, Agnello successor datus est 14. Martii 1718.)*

BOVINENSES SEU BIVINENSES EPISCOPI.

BOvinom, sive Bivlnum, & Bibinates populi apud Plinium, civitas est Apuliæ in Capitanata, non qoidem magna, sed untiqua, & titulo Ducatus clara, cujus mentio apud veteres Geographos non reperitur, si unom excipias Pliniom, qui Bibinates populos commemorat. Priicam ejus amplitudinem docent ruinæ, marmora, inicriptiones, & Romanorum imperatorum oomismata, qoæ hucusque, hodieque reperiuntur. Quidum Bovinum, vel Bivinum à bono vino dictum putant. Est in hac civitate vetustum D. Mariæ Assumptæ, & S. Marci Confessoris Templum Cathedrale sub Metropoli Beneveotana, ubi jacet, ac magna veneratione colitur corpus S. Marci Confessoris, & Episcopi Luceriæ, Bovini Patroni ab anno 328. nostræ salutis usque ad nostra tempora. Tres sunt in hac Basilica dignitates. Archidiaconatus, Decanatos, & Cantoratus Canonici sex; sant & alii Presbyteri, & Clerici Ecclesiæ inservientes. Parochiales Ecclesiæ intra civitatem duæ, quarum una est Cathedralis, & duo virorum Cœnobia. Diœcesis sex oppida complectitur præter veterum quorundam oppidorum ruinas, quæ singulos habent Archipresbyteros ex quibus Castellucium erat Albanensium; hoc Epirotæ incolunt Græcorum ritu viventes sub Græco Archipresbytero. Episcopalis dignitas in hac civitate antiqua est jam diu ibidem ante annum nostræ salutis millesimum instituta, & suffraganea facta deinde est Archiepiscopi Beneventani, cujus erat subjecta Vitelliani Papæ temporibus, ut Marius Vipera scribit in recensione Beneventanorum Præsulum. Episcopalis aotem mensæ annuus census ducatorum mille, taxatur in lib. fisci Apost. flor 400. Episcopi vero qui in Bovinensi Ecclesia floruerunt, sequentes exhibentur ex Catalogo Dominici Petri de Paulis Clerici Bovini, tum ex aliis monumentis eruti.

I. 1 ODO hujus Ecclesiæ Episcopus erat an. 1061. memoratur in documento Viderici Archiepiscopi Beneventani; præter nomen in tabulis nihil habetur de illo exploratum; sed tantum testis fuit eo ipso anno cuidam donationi factæ monasterio sanctissimæ Trinitatis Venusii per Robertum Guiscardum Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Ducem, eidemque se subscripsit cum Geraldo Archiepiscopo Acheruntino, Balduino Melphiensi, & Stephano Trojano Episcopis anno 1063.

II. 2 HUGO Bivinensis Episcopus an. 1099. testis fuit donationi, quam Benedictus Lucerious Antistes fecit monasterio sanctæ Sophiæ Beneventi apud Chron. ejusdem monasterii. Quid vero aliud egerit, vel quantum sederit Hugo ille, non est aliquo documeoto compertum, servatur tamen in Episcopio in marmore exarata illius memoria paucis his verbis.

HUGO EPISCOPUS SANCTÆ SEDIS BIBINÆ.

Visitur in eadem Cathedrali Ecclesia de Hugone alia inscriptio, fortasse sepulchralis.

PRÆSULIS UGONIS CENSU CAUSA FIT HONORIS
HOC OPUS V. PROPERE SIT DECUS ECCLESIÆ.

III. 3 GISO Bovinensem Cathedralem moderatus

A est, Paschale II. ad clavum sedente; quo sedente ex donatione Roberti Comitis Loretelli, nepotis Rogerii, & Guillelmi Ducum anno 1100. Ecclesia Bovina possidet feudum sancti Laurentii ad monasterium Bondinense, eo scilicet præscripto in eadem donatione Roberti, quam ex tabulario Bovinensis Ecclesiæ exhibemus.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Robertus Loretellensis Comes.

Nos ab omnium conditore Deo dignas grates accipere credimus, si sanctis, ac venerabilibus locis curam impendimus, & si quod justè ab eorum cultoribus postulati fuerimus, libenti animo largiamur; Ideoq; notum facimus, tam præsentibus, quam futuris, quod cum essemus in terra nostra Bibini cum multis militibus, & fidelibus nostris, venit ad nos Dom. Urso venerab. Bandinus Abbas, & per Petrum Tranensem Judicem Advocatorem suum coram nobis graviter est
B *conquestus de bajulis nostris Bibini, & Montellaris dicens, quod ipsi molestabant Ecclesiam suam S. Laurentii, qui dicitur in Valle, super tenimentum ipsius, & homines ejusdem casalis, quod nos dudum gratuita voluntate, liberè & quietè per sigillum nostrum Bandino monasterio concesseramus, rogans nos insuper humiliter & devotè, ut tenimentum dictæ Ecclesiæ S. Laurentii olim sibi concessum, ne imposterum exinde scandalum, vel aliqua controversia oriatur, certis distingueremus finibus, & sigillo nostro iterum firmaremus. Nos autem ejus justis petitionibus inclinati, pro remedio animæ nostræ, parentumque nostrorum per hoc Instrumentum concedimus monasterio Bandino, & tibi Dom. Ursoni venerab. Abbati ejusdem, tuisque successoribus in perpetuum Ecclesiam S. Laurentii in Valle in territorio Montellarii cum tenimento, cum casale, & omnibus infra se habitis, & conjunctis absolutè, & liberè, salvo tamen jure communi spiritualium, & Parochiali confessione, & confirmatione pertinente Ecclesiæ Bibinensi, in cujus Diœcesi*
C *positum est casale prædictum, & quarta parte bajulationis dicti casalis deducta, quam olim donaveramus præd. Ecclesiæ, sicut patet per privilegium nostrum exinde factum; reliquas autem tres partes eu nunc præd. Bibinensi Ecclesiæ donamus, & concedimus si prædictum monasterium per medium annum defecerit in prædicta habere Ecclesia continue & perpetuo duos Sacerdotes pro Missis sacris cantandis ibidem, quas liceat Bibinensibus Episcopis, qui erunt pro tempore, eorum auctoritate capere, tenere, uti & frui pro parte & nomine Ecclesiæ Bibinensis in perpetuum; tenimentum autem prædictæ Ecclesiæ, & casalis his finibus circundantur. Primus finis incipit à cacumine montis Fidelis, & descendit recto tramite ad cryptas veteres, deinde vadit per stratellam euntem ad Rubianum, & descendit usque ad Spanditorem Lacelle, & deinde vadit usq; ad carraciam venientem à Foggia, & per ipsam carraciam vadit ad vallicellam, quæ est in media sylva Committissæ, & per mediam sylvam ascendit ad campum Torsianam, & ad Porticellas, quæ sunt inter montem Scartellum, & montem Fide-*
D *lem, & exinde recurrit ad montem Fidelem primum finem. Hæc omnia sic sunt per fines distincta pro parte dictæ Eccl. & hominum dicti casalis liberè, & absolutè concedimus, & confirmamus Bandino monasterio, & tibi D. Ursoni Abbati ejusdem in perpetuum tenendu, per vos, absque nostra, successorum nostrorum, & bajulorum præsentium, & futurorum molestia, quod inde nullum meritum, vel servitium habere volumus præter Missas, & orationes ad Deum, in quibus si in dicta Ecclesia sancti Laurentii post nostrum obitum defeceritis, statim casale prædictum cum Ecclesia fiant Ecclesiæ Bibinensis, donatione, & confirmatione nostra quondam facta non obstante, quam prædicto monasterio valere de cætero volumus nullo modo, cum in dicta Bibinensi Ecclesia, divina celebrentur mysteria, & celebrari perpetuò non cessabunt; ad hujus autem nostræ donationis conditionabiliter factæ futuram memoriam, & robur perpetuo valituram, ad cautelam*

Bi-

Bibinensis ecclesiæ scriptum præsens nostrum de prædictis fieri mandavimus, & scribi per Thomasium montis Solicolæ Notarium publicum signo suo, subscriptionibus testium qui interfuerunt, signo crucis propriæ manus nostræ, & nostri typarii publici communitum, quod scripsi ego Thomasius Montis-Solicolæ publicus Notarius, & meo proprio signo signavi. Adest brachium extensum pro signo Notarii.

Præsens scriptum datum in civitate Bibini anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo, mense Junii, Indictione octava, & signo vivificæ crucis propriæ manus prædicti Roberti Comitis Comitum de Loretello communitum †

† *Signum crucis propriæ manus mei Joannis Episcopi Larinensis, qui interfui prædictis.*

† *Signum crucis propriæ manus Comitis Goffredi de civitate.*

† *Signum propriæ manus Eriberti Comitis Apicii.*

† *Signum propriæ manus Raynaldi Claræ-Vallæ.*

† *Signum manus Remadii Judicis.*

† *Signum mei Berardi Draconariensis Episcopi qui interfui prædictis.*

† *Signum manus Dauferii Vicecomitis.*

† *Signum crucis propriæ manus mei Ursi Comitis, qui prædictis interfui.*

Documentum signatum est bulla plumbea, ab una parte hæc sculpta verba leguntur:

Robertus Dei gratia Palatinus Comes Loretelli.

In altera vero;

Signum Matris Dei.

Anno autem 1118. Giso Episcopus conservator donationis factæ à Raymundo Comite de Loretello, monasterio s. Sophiæ Beneventi institutus est. Documentum donationis recensetur in Chron. ejusdem monasterii sub iis verbis.

In nomine Domini Omnipotentis Salvatoris nostri Jesu Christi.

C *Anno Dominicæ Incarnationis 1118. mense Junio, Indictione undecima.*

Ego Raymundus filius Rodolphi Comitis de Loretello cum quadam die essem in terra mea in castello Molinari, Bernardus Abbas s. Sophiæ una cum fratribus quamplurimis ad me veniunt obnixè orantes, ac deprecantes, ut pro anima mea, atque patris mei Comitis Rodolphi bonæ piæque memoriæ, & fratrum meorum, omniumque parentum meorum concederem quandam domum Ecclesiæ S. Efrem, ut amodo, & perpetualiter habere, & videlicet hanc libertatem, ut nemo, nullusque ex meis hominibus, neque frater meus, neque Vicecomes, neque Gastaldius quidquam de Ecclesia auferat; veruntamen sit libera cum omnibus possessionibus, & omnibus pertinentiis, mobilibus, necnon immobilibus, cum omnibus, quæ moderno tempore possidet, & imposterum possessura est, aut acquirere potest. Ego audito hoc, cum filio, cum Domino Gisone Episcopo Bibinensi, qui cum Abbate supranominato eò venerat, & cum Baronibus D *meis, videlicet, Roberto Capitanio, & Sigismundo, & Guillelmo filio Nanterii, Pandolpho, Joanne Basilio Acardo Judice dilecto, Pandulmo Vicecomite, & Liberto Vicecomite accepi, & petitionibus tanti viri locum damus. Quoniam autem mea pretantia re, quemadmodum Ecclesia Domini Omnipotentis Dei est, nolo ut detrimentum, necnon tormentum patiatur; veruntamen firmiter concedo, & ex amodo dono tibi quæ supranominata sunt, Bernardo venerab. Abbati, omnibusque suis successoribus ad habendum, & perpetualiter possidendum, & quicquid inde volueritis, facietis, sine mea, meorumque hæredum, amicorum, cognatorum, omniumque consanguineorum meorum contradictione, aut requisitione. Præter illud, quod mihi reservavi, videlicet duo opera ad seminandum, & unum ad metendum in campo manimo delecti; & concedo tibi pascua & aquam, & ligna, quemadmodum Ecclesia solita* A *est habere, & si homines ibidem capti fuerint in defensa sylva ad incidendum ligna, hoc enim deat, ut homines mei dilecti emendant, & si in die capti fuerint cum lignis de ipsa sylva defensa, ad judicium ipsius loci præpositi judicentur, & postquam in casale unacum lignis ingressi fuerint, absque ulla calumnia permaneant, & à nemine judicentur. Insuper rogavi Dom. Episcopum Bibinensem, & mandavi, ut si ego & mei hæredes, vel aliqua persona hoc donum & hanc concessionem minuere, aut submovere aliqua ratione, necnon ingenio tentaverint, aut etiam subtraxerint in aliqua re quicquam, mandavi ut idem ille nominatus Episcopus Bibinensis illos condemnaret, & excommunicaret, necnon & anathematizaret, & à liminibus sanctæ Ecclesiæ segregaret. Nunc ergo ego Gisus Episcopus supranominatus audiens deprecationem Domini Raymundi excommunico omnes illos, qui hoc donum frangere quæsierint, sint anathematizati, & excommunicati, & à cœtu, aut congregatione Christianorum omnium segregati,* B *& cum Juda traditore Omnipotentis nostri Jesu Christi sociati, necnon cum Chore, Dathan, & Abiron, quos terra vivos, dum vitam quasi bestialem agerent propter enormia peccata, ac crimina deglutivit, partem & societatem habeant, & cum illis æternis pœnis necnon tormentis crucientur: observatores autem, & defensores illius concessionis sint absoluti in honorem Domini Omnipotentis, Patris, ac Filii & Spiritus sancti, & B. Petri Principis Apostolorum, & omnium Apostolorum, & B. Mercurii Martyris, & Sanctorum Duodecim fratrum Martyrum, omniumque Sanctorum, & amicorum Domini Omnipotentis.*

Ego Raymundus præcepi Roberto nostro Notario, hoc præceptum scribere.

Insuper ego Robertus Notarius scripsi taliter in Castello Montis-Hilarii.

Actum in civitate Beneventana feliciter.

Ego Gisus Episcopus Bibinen. me subscribo.

Ego Benedictus Abbas subscribo.

C Idem Comes Robertus fortasse Gisone Episcopo vivente aliam adjecit donationem anno 1126. ad favorem Canonicorum Bovinensis Ecclesiæ, cujus verba subiicimus.

Robertus Dei gratia Palatinus Comes Loretelli.

Per præsens scriptum universis pateat præsentibus & futuris, cum dignum viderimus ut Christi amore, per quem vivimus, & speramus, de bonis nostris, sanctis largiamur locis, quatenus ibi continuò ad Dei honorem divina celebrentur officia, exinde præstolantes remedium salutare, unde attendentes Bibinense Capitulum divinis celebrandis officiis plurimum insudare, ut remotis temporalibus curis, impedimentum nullum occurrat, donamus, tradimus, concedimus prædicto Bibinensi Capitulo, casale sancti Viti, positum in territorio Bibini, suis & certis finibus limitatum, primus finis incipit à pede Serræ montis celebrandi, & ascendit per eam usque ad montem Rotundum vinearum, & descendit in Beletram, & per eam descendit usque ad flumen Cervarii, D *& deinde ascendit per dictum flumen usque ad pedem serræ, quæ est primus finis. Territorium s. Petri de Matrice suis finibus limitatum, cujus primus finis incipit à Jazzano, & vadit per viam venientem à Panno, & vadit usque ad montem Castrum, deinde descendit retro tramite in Cervarium, & ascendit per dictum flumen usque ad Jozzanum, qui est primus finis, ad habendum, tenendum per dictum Capitulum, & perpetuo possidendum, tanquam Dominum, & Patronum. Ad hujus autem nostræ donationis, & concessionis futuram memoriam, & perpetuam firmitatem præsens privilegium fieri & scribi mandavimus per manum Petracææ nostri curialis typario solito communitum.*

Actum in civitate nostra Florentini anno Domini millesimo centesimo vicesimo sexto, mense Martii, Indict. 4.

Sequuntur in eodem chartophylacio scripta hæc

alia verba, quæ videntur donationi addita ex Episcopi, & Capituli consensione.

Consuetudo insuper, & jura dicti Capituli sunt hæc, primo videlicet, quod decem debeant esse Canonici tantum, & non plures, quorum si aliquis non resideat in dicta Ecclesia, seu Capitulo, non habeat de præbenda sibi concessa. Qui quidem Canonici habere debent totam decimam, totum mortuarium, omnes oblationes festorum dierum, & aliorum, omnes cantamissas, pœnitentias & patronantias. Item habere debent tres partes cintarurum positarum altaribus, vel Ecclesiæ. Item habere debent medietatem omnium proventuum, & eleemosynarum, seu oblationum omnium Ecclesiarum in territorio Bivini constructarum, & construendarum de novo. Altera dividitur inter Episcopum, & Ecclesiam, quæ si vacaret, deberet esse Capituli. Item hebdomadarii, videlicet Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus, qualibet die hebdomadæ eorum quilibet habere debet ab Episcopo panes quatuor, & mizzulam unam de vino omni tempore, & de optimo pane, in quibus si Præsul defecerit, Clerici non teneantur cantare, nec potest Episcopus illos compellere, nec excommunicare, immo tenetur dictum panem & vinum duplicare prædictis. Item hebdomadarii diebus Dominicis, & aliis, quibus cantat Episcopus Missam, qui se induit, comedere cum Episcopo. Item Episcopus debet stabilire, & regere ecclesiam omnibus officiis, oleo, cera, & incenso. Item tenetur Episcopus facere duo convivia Canonicis, unum die Jovis sancti, alterum in festo sanctæ Mariæ de Augusto de quatuor bonis ciburiis. Item Episcopus diebus festivis, quibus cantant, de oblationibus capiat cum duobus digitis pro servitio suo.

Robertus iste Comes, Bovinæ Ecclesiæ egregius benefactor, superstite Gisone Episcopo, vita functus, in Cathedrali retro Episcopale stallum sepultus jacet, nulla tamen proloquente inscriptione; unde haud parem visi sunt Episcopi, ac Canonici optimo, munificoque benefactori retulisse gratiam, quinimmo ingrati animi propemodum hactenus subiisse notam; ejus tamen anniversarius die 15. Octob. ab iisdem Canonicis quotannis piè ac religiosè celebratur. Cæterum Giso, cum optimi Pastoris retulisset famam, diuque Ecclesiam hanc rexisset, post ipsum Robertum Comitem, cujus in paucis charus fuerat, in vivis esse desiit. Supra fores Ecclesiæ S. Petri Parochialis Bovini, de Gisone leguntur in marmore hæc sculpta verba.

Me jussit fieri Pater & custodia Cleri
Pontificis Giso, unde sit in Paradiso.

IV. 4 PANDULPHUS totius Capituli consensu post Gisonem Episcopus electus, sedem Episcopalem conscendit, annus præcisus incompertus est. Optimus & religiosus Præsul nuncupatur in Diptyca; nec alia de eo habetur memoria, nisi ea, quam Robertus Comes Loretellus, filius alterius supra relati Roberti, retulit in confirmatione donationis patris ad favorem Ecclesiæ Bovinæ, instante Pandulpho, ex quo apparet, illum vixisse anno 1179. quo dicitur fato cessisse. Autographum donationis è chartulario chartaceum Episcopii evulgatur.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Ad æternæ felicitatis gaudia nanciscenda tanto quis debet avidius permanere, quanto se noverit suis excessibus irretitum. Idcirco Nos Robertus, Dei & Regia gratia Palatinus Comes Loretellus, & Cupersani, filius & hæres Dom. Roberti Cupersanensis Comitis bonæ memoriæ, & Dominus civitatis Bivini, ob amorem cœlestis Regis, per quem subsistimus, & dominamur, & in æternum salvari credimus & speramus, & ut Deus conservet vitam Domino nostro gloriosissimo Regi Guilielmo, sibique diu, & feliciter regnare concedat, ob redemptionem etiam animarum gloriosissimorum Regum Rogerii & Guilielmi recolendæ memoriæ, ob remedium quoque animarum patris & matris nostræ, salute nostra, & nostrorum intus in civitate Florentini, eorum fidelibus nostris, quorum nomina subscribi fecimus, & jussimus, concedimus, & donamus Ecclesiæ S. Mariæ Bivinensis Episcopii, in qua (Deo dante nostram elegimus sepulturam, & tibi Domino Pandulpho ejusdem Eccles. Reverendo Præsuli nomine, & pro parte ipsius Ecclesiæ Bivinensis casale, quod dicitur Dopni Leonis positum in territorio civitatis nostræ Bivini, cujus fines sunt ii, ab uno latere incipit à capite vallonis S. Acheronti, & descendit per ipsum vallonem usque Beltram & deinde descendit per Beltram, & intrat flumen Cervarii, & deinde descendit usque ad caput Isclæ Ferrariæ, & deinde vadit recto tramite ad Cantile ad caput terrarum Dominorum de Turricella, & deinde descendit per pedem Nobilis, & per pedem Serræ de Alamagna, & vadit per viam Esculanam, quæ est in medio stirparii Termuleti, & deinde ascendit per latum dicti Stirparii recto calle usque ad fontem nucum existentem in itinere Dilecti, & inde returnat rectò ad caput vallonis S. Acheronti, & casale Saunceti nostrum suis finibus terminati, & sunt ii, à pede decurrit flumen Cervarii ab uno latere ascendit per vallonem Illicinorum usque ad Serram, ubi est via, qua itur ad sanctum Angelum de Vrsacia, & vadit per dictam usque ad caput vallonis Donnarum, qui est juxta montem Acutum & descendit per dictum vallonem, & intrat Cervarium, & territorium S. Viti positum in territorio, & pertinentiis civitatis nostræ Bivini, cujus fines sunt ii, ab uno latere est serra montis celebrandi, & ascendit per fontanas Vrsolæ, & vadit per montem Rotundam molarum, & descendit in vallonem venientem à Corneto, & dicitur Cornetum, & deinde descendit per Beltram, & intrat flumen Cervarii, & deinde ascendit per Cervarium, & returnat ad pedem Serræ montis celebrandi, quæ est super fontem Abbatis. Necnon territorium S. Mariæ in nebula positum in pertinentiis dictæ civitatis nostræ Bivini, cujus fines sunt ii, ab uno latere incipit à monte Piscariæ, & descendit per vallonem Piscariæ, & intrat vallonem Corneti, & deinde descendit per viam Nucelleti, & vadit ad Arcora, & deinde descendit usque Jazanum, & deinde descendit per Jazanum usque ad lacum nigrum, & deinde descendit per nemus imbreticum recte usque ad viam Serræ, & per dictam viam returnat ad montem Piscariæ, & campum etiam, qui est juxta civitatem Bivini, qui est in longitudine usque purinean, & in latitudine à capite Giconis castri usque ad serram descendentem à monte Castro, & deinde ascendit per dictam serram usque ad dictum montem Castrum in via Punnicum omnibus juribus, rationibus, & actionibus, quas in prædicto habemus tenendum, habendum & perpetuo de cætero, & construendum prædicta casalia, & homines ibidem congregare ad habitandum ad utilitatem, & commodum ipsius Episcopi, & territoria omnia colere, & excolere, & fructificare juxta arbitrium Episcopi, qui pro tempore prædictæ præerit Ecclesiæ, dando habitatoribus dictorum casalium, seu locorum plenariam potestatem, & agro, lignis, pascuis, aquis uti perpetuo, ac omnibus aliis necessariis in territorio nostro Bivini, & ejus pertinentiis more civium Bivini nostrorum fidelium dilectorum, reservatis patronis & dominis omnibus, dominio & proprietate terrarum quarumlibet existentium infra prædictorum casalium, & territoriorum fines, dummodo prædicti, Ecclesiam prædictam, sicut nos, hactenus de prædicto habuerunt in dominium, sic ipsam de cætero, & perpetuò in Dominam recognoscant, quæ quidem Ecclesia Bivinensis prædicta casalia & territoria in capite teneat, ac libere & absolute, & in eandem parte feodi computentur, sub qua alia casalia prædictæ concessimus, & dedimus Ecclesiæ Bivinensi, & nemini de his respondeat, & assicuret tempore in futuro, nisi solum Regem, qui dominabitur toti Regno, quæ pars feudi, in qua computari debent præsentes donationes prædictorum casalium, & territoriorum in alio privilegio nostro, à

nobis

nobis prædictæ ecclesiæ facto expressimus, & plenariè continetur, constituentes, ut omnes inferentes, seu retractantes prædictas nostras donationes, & concessiones prædictæ ecclesiæ factas pœnis afficiantur, & damnis nostro alio donationum privilegio comprehensis, item quod modus, & forma . . . . . ac etiam ordinatio in prædictis consistant donationibus, quæ in prædicto privilegio nostro donationum Casalium Balnei & Castelli de sclavis facto eidem ecclesiæ continentur. Hoc addito, & excepto, quod præsentes donationes, & concessiones Casalium & Terretoriorum in prædicta parte penitus computentur feudi. Ut autem nostræ præfatæ donationes, seu concessiones factæ Bivinensi episcopo firmę sibi, stabilesque permaneant in futurum duraturæ in perpetuum, & nec à nobis, nec à nostris hæredibus, seu successoribus, & posteris aliquo modo infringi, vel violari valeant, jod perpetuam obtineant firmitatem, hoc recordationis scriptum per manus Petractæ nostri Curialis Notarii scribi, nostrique soliti typarii impressione jussimus, & fecimus insigniri, ad quod signum sanctæ & vivificæ Crucis propriis manibus denotavimus infectur.

Actum in Civitate nostra Florentini an. Domin. Incarnationis MCLXXIX. Regni quoque Guillelmi Dei gratia magnifici, ac triumphatoris Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ XIII. mense Aprilis, Indictionis XII.

Manus extensa pro signo Notarii.

† Signum sanctæ & vivificæ Crucis, quod Nos Robertus Dei & Regia gratia Palatinus Comes Loretelli propriis manibus fecimus.

† Ego Giso humilis Florentini Episcopus testis sum.

† Ego Matthæus Turris majoris Abbas testis sum.

† Ego Maginolfus sancti Joannis in Lamis testis sum.

† Ego Robertus humilis Civitatis Episcopus testis sum.

† Signum sanctæ Crucis, quod ego Philippus de Turricella propriis manibus feci.

† Signum sanctæ Crucis, quod ego Raimundus Sarmonicoli propriis manibus feci.

† Signum sanctæ Crucis, quod ego Guillelmus de Turricella propriis manibus feci.

† Signum Crucis, quod ego Riccardus de Ofena propriis feci manibus.

V. 5 GISO, vel Gisonus, ni fallor, hujus nominis secundus Pandulpho successit circa annum Dom. 1180. quo anno idem supra memoratus Robertus Comes insignem donationem fecit Ecclesiæ Bovinæ tunc inopia laboranti & indotatæ in Gratiam Gisonis novi Episcopi. Documentum donationis hæc verba continet.

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus sancti.

Quoniam universa, quę possidemus sunt nobis firmiter a Deo collata, æquum est ut ad Dei honorem locis sanctis necessaria largiamur, qui pro parvis magna, & pro terrenis præmia largitur æterna. Ea propter nos Robertus Dei, & Regia gratia Palatinus Comes Loretelli, & Dominus civitatis Bibini, bona nostra voluntate, pro redemptione peccatorum nostrorum, pro remissione quoque animarum Patris nostri, Roberti bonæ memoriæ Comitis, & Matris nostræ, & omnium parentum nostrorum donamus & concedimus Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Bibino indotatæ, & nimia paupertate oppressæ, qua vix aut nunquam poterant in ea divina officia celebrari, & tibi Gisoni venerabili Episcopo ejusdem Ecclesiæ, in qua nostram eligimus sepulturam, Casale sancti Petri in Drugazario positum in Territorio civitatis Bibini cum pertinentiis suis, cujus fines & termini tales sunt, primus incipit à Beletra, & ascendit per Vallonem Carpiniti rectè usque ad serram Dilicii, & deinde vadit per dictam serram ad caput Vallonis sancti Aruntii, & descendit per ipsum vallonem in Beletram, & as-

A *cendit per eam ad priorem finem, Casale, quod dicitur Domni Leonis positum in Territorio d. Terræ Bibini, cujus fines sunt ii: Primus incipit à Vallone S. Aruntii, & descendit per Beletram usque ad caput Nobilis, deinde evadit per viam Esculanam rectè usq; ad rivum pucci vituli, deinde ascendit recto tramite usq; ad caput vallonis S. Aruntii prædicti, Casale Balnei situm in pertinentiis dictæ Terræ Bibini, cujus fines his terminis limitantur. Primus incipit à Porta coloniæ, & descendit per stratam publicam usque ad puteum artulum, & vadit, & descendit per ipsum, & vadit ad sanctum Angelum de Fratcella, & intrat ibi flumen Cervarii, deinde ascendit per ipsum flumen, & vadit, usque ad vadum Montanaresium, & deinde ascendit per fonticellas, quæ sunt in pede terræ eum Raimundi de Turricella, & deinde recto tramite returnat ad caput, seu portam Coloniæ primum finem. Casale Castellucci de sclavis positum in pertinentiis ejusdem terræ Bibini, cujus fines sunt ii; Ab Oriente decurrit flumen Cencarii, & ascendit per*
B *vallonem ferularum, & returnat ad cacumen Montis fidelis, deindè descendit recto tramite usque ad puteum, veteranum, qui est juxta viam Trojanam, deindè descendit per rivum, qui est subtus dictum puteum, & vadit ad cryptas veteres, deindè vadit per stratellam, per quam itur ad Rabianum usque ad flumen Lavellæ, deinde descendit per Lavellam usque ad caput Isclæ Mancarsili, & intrat Cervarium, qui est primus finis, Territorium Casalis S. Mariæ in nebula positum in pertinentiis terræ prædictæ, cujus fines sunt ii, ab uno latere est rivus descendens à Piscacia, & intrat vallonem Corneti, deinde ascendit per viam Nucelleti, & arcuum, & rectè descendit in Lazzanum, & ascendit per eum per lacum nigrum, per nemus imbricicum rectè usque ad viam Terræ, & per ipsam returnat ad montem Piscariæ, necnon Casale Sambrui positum propè montem Acutum, cujus fines sunt ii; A pede decurrit flumen Cervarii ab uno latere ascendit per vallonem Ilicinorum usque ad Serra, ubi est via S. Angeli de Vrsaria & vadit ad caput*
C *Vallonis Donnarum, qui est propè montem Acutum, & descendit per ipsum, & intrat flumen Cervarii cum hominibus, si qui sunt hodie, vel esse poterunt in futurum, tenimentis, possessionibus, nemoribus, aquarum cursibus, cum omnibus juribus, rationibus & actionibus, quas habemus in Casalibus antedictis, nemore Aquævivæ nobis tantummodò reservato, ad tenendum, habendum construendum & perpetuo possidendum ad ipsius Ecclesiæ opus, dando habitatoribus dictorum Casalium præsentibus, & futuris plenariam potestatem, & agro utendi, lignis, pascuis, & omnibus aliis habilitatibus perpetuò in toto territorio civitatis nostræ Bibini liberè & absolutè sicut ipsius cives. Quæ quidem Casalia prædicta Bibinensis Ecclesia in capite teneat, & immediatè libera & exempta ab omni reali servitio, ac etiam personali, à quorum Casalium hominibus, Episcopus, prout est moris, ipsius Ecclesiæ nomine, assecurationes debitas recipiat, juramenta, homagia, salva fidelitate Domini Nostri Regis Vuillelmi, hæredum suorum, &*
D *ejus alterius cujuslibet successoris, & quod nullum Bivini futurum Dominum assecuret idem Episcopus, nec homines Casalium prædictorum, sed Regem tantùm, qui dominabitur toti Regno, & ut in prædicta Ecclesia divina decætero officia sedulè celebrentur, ipsorumque possimus esse participes donamus, tradimus, & concedimus tibi prædicto Præsuli nomine, & pro parte dictæ Ecclesiæ, medietatem Plateæ nostræ intùs in terra nostra Bibini, & ejus circuitu ad duo milliaria omnium rerum venalium, quæ ab extraneis ementur ibidem de cætero vel vendentur in perpetuum, verbi gratia animalium, eorum fœtus, & fructuum, arborum, victualium, lignaminum, operarum, auri, argenti, æris, ferri, vini, olei, & aliorum omnium quæ vendi, & emi contigerit in eadem. Necnon rectam decimam totius bajulationis ejusdem Terræ Bibini, & aliorum omnium ejus Diœcesis, v. g. Roccæ S. Agathę, Aquediæ, Aquætortæ, Panni, Montis acuti, montis Spergisii, montis bi-*

larii

Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Pyecho
Alosio Castellomatæ
Patritio Salernitano nobilissimo
Et avitis, & suis laudibus ornatissimo
Asculi Episcopo,
Suo in grege curando,
Grassante, ut pastorem decet, pestilentia,
anno MCCLVI. extincto,
Quod Romæ morum, suæque
adolescentiæ
Severum quidem, sed humanum
piumque, ex ipsius pura
benignitate,
Ingenitaque nobilitate, habuerit formatorem
Abbas Don Ioannes Baptista de
Afflicto gratum hoc
Mæroris, & amoris monumentum
Posuit.



XXXII. * 32 PHILIPPUS à Basilica Petri nnbilis Patritius Mediolanensis, Castellomatæ dignissimo, semperque memorando Episcopo datus est successor ab Alexandro VII. Pont. Max. anno 1657. die 28. Maii. Vivit, quem Deus Opt. Max. diù incolumem servet, ut populum sibi commissum, ad salutem valeat promovere. & aliorum multorum familiæ suæ Antistitum in ipso reviviscant virtutes & fama.

A D D I T I O.

„ *Jacobus Philippus à Basilica Petri, vulgo Bascapè, nobilis Laudensis, J. U. D. Auditor primum Aribecti Cameræ Apostolicæ Clerici, nec non ejusdem Civitatis Urbevetanæ Gubernatoris Locumtenens, ac deinde Card. Raggii tunc S.R. E. Procamerarii Auditor, denique Asculanus Episcopus, defunctus est die 13. Augusti 1662. Cathedralis Ecclesiæ Naves Collaterales vetustate penè collabentes reficiendas curavit, non tam suæ sponsæ, quam suo proprio peculiari censu. Pauperes continuis, largisque semper eleemosynis juvit, adeò ut illarum adhuc fama perenaet. Ædem principem in animo habebat pijssimus Præsul à fundamentis ex integro moliri, quare non mediocrem auri vim ob id congesserat, è qua per ejus obitum Rever. Cameræ Apostolicæ tunc temporis spectante, ex ejusdem beneplacito Hierophylacium ipsius ædis, sacræ supellectilis indigens perabundè ditatum fuit, reliquumque ipsa Camera sibi asservuit.*

XXXIII. „ *FELIX Via, Cusrutinus, utriusque juris, & sacræ Theologiæ Doctor, post interpretationem juris in Sapientiæ Archigymnasio in alma urbe, ubi etiam anno 1669. typis dederat opus, cui titulus* Summa juris Canonici, *huic Ecclesiæ ab Clemente X. præficitur 14. Novemb. 1672. quam ferè septennium summa vigilantia rexit. Erga pauperes semper habuit patentia suæ charitatis viscera, suamque ædem principem non mediocri etiam juvit impendio. Ex humanis migravit an. 1679. mense Decembri.*

XXXIV. „ *PHILIPPUS Lentius, Asculanus in Piceno, patritius, U.J.D. ac olim Abbatiæ Farfensis Vicarius, Vicarius item, & Gubernator Veliternensis Civitatis, & patriæ Cathedralis Canonicus, vitæ integritate, sacrarum litterarum cognitione, omniumque virtutum genere exornatus Felici successit 1. Aprilis 1680. Brevi, quo sedit tempore, ut decebat, suo muneri fecit cumulatissimè satis: anno quippe 1684. mortalis vitæ fortitus est exitum.*

XXXV. „ *FRANCISCUS Antonius Punzi, Gravinensis patritius, Aloysii, & Lauræ Orlandæ filius, natus die 19. Augusti 1643. post egregiam scientiis omnibus navatam operam, in utroque jure lauream adeptam, Canonicus Gravinæ, ejusque Episcopi diù Vicarius generalis Eminent. Archiepiscopi Beneventani Ursini Auditor, Apostolicus postea Spoletanæ Ecclesiæ in Umbria Vicarius, hujus Ecclesiæ die 14 Maii 1685. electus fuit Episcopus, sacratus autem ab Eminent. Cardinali Nerlio, & die 15. Junii ejusdem anni per procuratorem iniit possessionem. Ecclesiasticam disciplinam continuò promovet verbo, & exemplo; & ob id anno 1692. diœcesanam habuit synodon typis etiam Beneventanis dotam an. 1694. Ædem principem in multis partibus refecit, & fere de integro exornavit. Cum in odæo non esset exedra, è lignis Nucis affabrè lævigatis, miraque arte coaptatis formatam voluit, ut & etiam suggestum. Navem Majorem novo laqueari auro, & picturis distincto cooperuit, in cujus medio Nativitatem Beatæ Mariæ Virginis industrium penicillum effinxit. Pro novi Canonicatus erectione dotem constituit ducatorum non minùs mille, & quatuorcentum cum onere tamen in perpetuum aliquot sacrorum pro animæ suæ remedio; & pro quatuor insuper sacris cum cantu etiam prosæ, statis quibusdam diebus, quingentos alios ducatos assignavit. Hierophylacium sacris supellectilibus etiam pretiosis ditavit. Ædem principem die 30. Junii anno 1709. solemniter sacravit, pro cujus turri campanaria altius aliunde sumptibus erigenda ipse etiam ducatos centum suffecit.*

„ *Hoc Antistite sedente Fr. D. Fabritius Marullus Capycius Bozzutus ex ipsius Asculanæ civitatis Ducibus antequam in suo Militari ordine D. Joannis Hierosolymitani solemnem votorum professionem emitteret, omnia sua bona mobilia, & immobilia perpetuo fideicommisso subjecit, ut in beneficium equitum Hierosolymitanorum, vel Clericorum suæ familiæ cederent cum onere aliquot Sacrificiorum pro anima sua, ut ex hoc marmorea Epigraphe, quæ in ipsius Equitis viridario legitur suprà ostium, & fusius in actis Notarii Potiti Cautilli ejusdem civitatis.*

„ Inclytn, ac pervetusto
Marullæ gentis è Quiritum sanguine gloriam,
quæ vel per nmnem Romanæ Reipubl.
ætatem, vel sub Cæsarum imperio
mirè admodum floruit,
faustoque Cœlitum fato
vel ad nostra usque tempora
Eluctata seculorum tabe numquam internecino
splendore permicat,
Fr. D. Fabritius Marullus Capycius
Bozzutus Eques Hierosolymitanus
Ex Asculanensium Ducibus
æmulatus,
cum suæ Religioni in maritimis expeditionibus,
tum potentiss. Hispaniarum Regi Carolo II.
difficillimo quidem Trinacriæ tempore
contrà rebellantes Messanenses peditum
Præfectus
Opem navavit egregiam;
gloriosisque tandem laboribus exantlatis
lętissima hæc vireta cum proximis
ædibus emeritæ ætatis commodn
ære proprio comparata,
summo erogato censu in ampliorem
formam redegit,
perpetuoque demum fideicommisso subjecit,
Idque cavit

ut ejus post funera
primùm Fr. D. Nicolaus Marullus
Capycius Bozzutus
Melitensis itidem Eques, Commendatarius,
& Baruli Prioratus Locumtenens,
germanus frater,
deiu quicumque ex Asculanensium Ducis
D. Sebastiani, vel
D. Francisci Marulli Capycii Bozzuti
germanorum etiam suorum progenie
Rhodiæ militiæ, vel clericali se addixerit vitæ
his fruatur bonis:
ea tamen lege
ut semper clericus à Melitensi Equite excludàtur
quamvis is eorumdem usumfructum bonorum
adeptus jam fuisset.
Tantum erga gentiles suos egregii Equitis
potuit amor.
Posteri, Posteri spem ejus implete lubenter.
Vestra res agitur.
Anno post partam salutem
CIↃIↃCLXXXXV.

Vivit adhùc optimus Præsul; eodemque tenore licet senio effœtus Ecclesiam suam moderatur, quo primùm in illius administratione manus admovit, & ut quàm diutissime vivat, commune est votum ab ipso suæ pristinæ dignitati restitutæ diœcesis.)

BOVIANENSES,

SEU

BOJANI

EPISCOPI.



BOVIANUM, sive Bobianum, Ptolomæo Bojanum, ad radices situm montis Apennini, fontesque Tiferni amnis, est perantiquum oppidum in Comitatu Molisii nunc recensitum, vulgo, *Bojano* dictum; aliquando Samnitium caput longè ditissimum atque amplissimum armis, virisque fuit, ut Livius scribit; de quo cæteri Romanę Historiæ scriptores cum laude memorant. Incolæ hujus civitatis (ni in rebus à nostra memoria valde distantibus fabulentur) à Sabellis populis, priscis illis temporibus, quibus in Samnium primùm appulerunt, ædificatam volunt, & à portento, auspicioque Bovis, qui eos ad locum adduxerat, ubi postquam ibidem ductorem suum Marti Deo sacrificassent, novam Urbem condiderunt, cui Boviani nomen imposuerunt. Memoratur Livio, Straboni, Plinio, Silio, Frontino, Ptolomæo, Itinerariis Romanis. Antiquissima ejus memoria est apud Livium lib. 9. in Consulatu M. Petilii Libonis, & C. Sulpicii Longi, An. Urbis CCCCXXXVIIII. ante natum Christum CCCXIIII. in potestatem Populi Romani deinceps devenit, ductore Sylla Samnitum implacabili odio inimico, à quo solo æquatum est: restauratum postea. Colonia Romanorum factum circa annum ab Urbe condita DCCV. ut Frontinus habet; *Bovianũ oppidũ lege Julia milites deduxerũt sine colonis, iter populo amplius non debetur, quam P. X. Ager ejus per centurias, & scamna est adsignatus.* Ab Octaviano Augusto secundò hùc deducta Colonia est, ut Panvinus habet, quam Plinius undecumanorum vocat, à militibus undecumanæ Legionis post bellum civile deductis. Sub Romanorum imperio tandiù feliciter quievit, quandiù illud floruit. Longobardorum deinde gens illud in Beneventanum Ducatum numerarunt, & recentioribus temporibus sub Normannorum, Regumque Neapolitanorum potestatem devenit. Antiquum splendorem amisit anno 853. quo ingenti terræmotu submotum loco, & collapsum est, emergente inde aquarum lacu; sed à civibus iterum restauratum post quatringentos annos à Federico II. Imp. captum penè combustum est an. 1221. Antiqui Boviani magnitudinem adhuc extantia vestigia, ipsæque ruinæ produnt. & quod modo temporum, bellorumque injuria exinanitum videmus, imaginem potius veteris Boviani quam spectabilis civitatis referre videtur. Protulit autem hæc civitas viros claros, in quibus olim enituit Numerius Decius à Livio celebratus, qui contra Hannibalem Romanis suppetias dedit. Cæterum fidem Christi suscepisse Bovianum credibile est priscis illis temporibus, quando Beneventani, cæterique Samnites Populi imbiberunt Evangelium, Episcopalis verò dignitas eidem accessisse ante annum nostræ salutis 501. cum eo anno Laurentius Boviani Episcopus subscripsit tertiæ Synodo Romanæ sub Symmacho Papa. Porrò Bovianum Episcopatum aliquando unitum fuisse cum Iserniensi sacerdotio tradit Vincentius Ciarlantes in Samnii hist. Cathedralis Basilica D. Bartolomæo Apostolo consecrata insignitur decenti Clero, Archidiacono nempè & Archipresbytero cum decem Canonicis, aliisque Presbyteris, & Clericis, qui divinum quotidie pensum solvunt. Sunt in hac civitate præter Cathedralem Ecclesiæ Parochiales septem, aliqua Virorum Cœnobia, & unum Sanctimonialium. Diœcesis vigintimillia passuum in longitudinem, ac latitudinem æquè porrigitur, continet oppida triginta, in quibus singulis proprius Archipresbyter sacra administrat: in eaque recensentur aliqua religiosorum Monasteria, sodalitates, & hospitalia, in quibus omnia pietatis officia erga puellas nobiles, & pauperes honestiores, & infirmos impenduntur. Episcopalis mensæ annuus census ducatorum Regni 5200. taxatur in Cancellaria Apostolica Flor. 200. Ejus Eccl. Præsulum series sequens est, quam ex diversis scripturis ejusdem Eccl. aliisq; monumentis, utcunq; potuimus, exspiscati sumus, sine nostra tamẽ culpa satis jejunã.

1 LAURENTIUS Boviani Episcopus interfuit tertiæ Synodo Romę celebratę sub Symmacho Papa anno 501. Post hunc per multa sæcula Episcoporum nomina interciderunt. I.

2 N. Episcopus Boviani, cujus meminit absque nomine Vldaricus Archiepiscopus Beneventanus in documento pro monasterio sanctæ Sophiæ anno 1061. II.

3 ADALBERTUS, seu Albertus, item Obertus hujus sedis Episcopus fuit, quæ nomina sæpè confunduntur, ut tres distinctos Præsules esse arbitrentur nonnulli, sub Adalberti nomine memoratur anno 1075. Albertum vocatum invenio anno 1071. in dedicatione Ecclesiæ Casinensis, cui interfuit, & anno 1075. in documento Milonis Archiepiscopi Beneventani supra relato: Sub Adalberto Præsule narrant Rodulphum de Molinis Boviani Comitem Cathedralem Ecclesiam novam condidisse anno 1080. Albertum iterum lego in huius Ecclesię brevi Episcoporum Dyptica anno 1091. & Obertum observo in documento Ugonis Bojanensis Comitis pro monasterio S. Sophiæ Beneventi scripto anno 1095. in quo veluti testis idem memoratur Antistes. Documenti tenor ex sæpe citat. Chron. S. Sophiæ talis est. III.

hominibus, ab omnique parte. Quod si ego vel quilibet nostrorum hæredum, vel Actorum nostrorum temerario ausu, & iniqua præsumptione hanc nostram concessionem irritam in quolibet membro, ac qualibet ratione facere præsumpserit, nostræ Curiæ judicio coactus, centum librarum auri purissimi compositione mulctetur, atque in nominato Monasterio, & insuper omni tempore taceat invitus anathematis vinculo damnatus cum Juda traditore Domini, donec resipiscat jaceat.

Hæc autem chartula supranominatæ concessionis factæ à supranominato Comite Roberto ac Vicecomite.

Ego Gentilis Comes scripsi.
Ego Gerardus Episcopus.
Ego Balthasar Cardinalis.
Ego Benedictus Abbas interfui, & subscripsi.
Actum in civitate Bojana legitime.
Signum propriæ manus supranominati Præsulis.

VI. 6 ROBERTUS, cujus mentio in monumentis Ecclesiæ habetur anno 1147. diu vixit in hac dignitate.

VII. 7 ANDREAS interfuit Lateranensi concilio sub Alexandro III. celebrato an. 1179. de quo, anno 1181. quoddam extat instrumentum in citato tabulario.

VIII. 8 PETRUS florebat anno 1189.

IX. 9 MATTHÆUS proximè reperitur Episcopus anno 1195.

X. 10 RAYNALDUS ab anno 1205. ad annum usque 1210. invenitur hanc administrasse Ecclesiam.

XI. 11 POLITIANUS hic anno 1215. Ecclesiam Cathedralem dedicavit, ut in plumbea lamina inscriptione nuper reperta in Altari habetur in hæc verba.

Anno MCCXV. post Incarnationem Domini nostri Jesu Christi, Indictione quarta Ecclesia Bojani cum Altare dedicata est à D. Politiano ejus Episcopo, assistentibus cum eo Lucerino, Florentinensi, Arianensi, & Tortibulensi Episcopis, & hæ sunt reliquiæ SS. Pontiani, & Clementis martyrum, ac Pontificum, octavo die adstante mense Madii †.

XII. 12 JOANNES à Capitulo electus confirmatur ab Honorio III. anno 1226. 12. Kal Januarii, pontif. ann. 2. ex reg. Vatic. perennavit etiam ejus nominis memoria in marmoreo lapide supra fores Ecclesiæ, ubi hæc brevis inscriptio.

A. MCCXXXIX. MENSE MAR.
JOANNES EPISCOPUS BOJANI
HOC OPUS FIERI FECIT.
Q. † V.

XIII. 13 JOSEPH an. 1244. usque ad annum Domini 1252.

XIV. 14 PALMERIUS, patria Capuanus, antea Episcopus Calvensis ad hanc Ecclesiam translatus est ab Innocentio IV. anno 1252. 10 Kal. Aug. pontif. X. ut in Regest. Vatic. Sedit plus minus ann 25. defunctusque est anno 1277. & in Cathedral humatus hoc habet in marmoreo tumulo cœnotaphium Leoninis versibus exaratum.

Hac iacet in tumba mitis sicut ille columba
Palmerius Præsul, cui parcat criminis ensis
Capua quem genuit, quem Calvum pontificavit,
Hinc translatus Bojanæ semel amplificavit
Ecclesiam, tandem rebus dotavit eandem
Campanile sacris vinetis; ædibus, agris
Post pietatis opes, gravioris nempe Talenti
Felix in Christo mundo transiit ab isto.

XV. 15 JOANNES ex Archidiacono eligitur in Episcopum à Joanne XXI. an. 1277. 4. Id. Junii, pontif. sui primo, ex reg. Vatic. epist. 57. fol. 17.

XVI. 16 GUILLELMUS Berge, civis & Episcopus Bojanensis reperitur anno 1291. cujus mentio extat usque ad annum 1311.

XVII. 17 ANGELUS an. 1314. ex monumentis ejusdem Ecclesiæ.

XVIII. 18 Fr. PETRUS, patriam a & ordinem ignoramus, jam consecratus hujus Ecclesiæ Episcopus sacro Senatui solitum subsidium promisit die 27. Novembris 1319. ex lib. oblig. Prælat. sub Joanne XXII.

a Caserta-nus, & Ordinis Prædic. ex Fontana in Thet. Dom. p. 301.

19 ANDREAS suffectus anno 1322. XIX

20 BERNERIUS Dohonella ex Capellano sacelli s. Ludovici in majori Ecclesia Neapolitana fit Bojanensis Episcopus an. 1337. in reg. regest. Neapol. sub Roberto Rege fol. 15. XX

21 ANGELUS Lupara in hac sedebat Ecclesia anno 1345. obiit anno 1364. XXI

22 BERARDUS, seu Bernardus de Castillione ex Præposito S. Mariæ de Porculo, Angelo suffectus est ab Urbano V. an. 1364. id. Septem. ex regest. Vatic. XXII.

23 GUILLELMUS anno 1390. XXIII

24 CAROLUS Episcopatum obtinebat anno 1396. memoraturque sub Innocentio VII. an. 1405. in lib. de diversis formis, obiit anno 1412. XXIV

25 JOANNES ab Joanne XXIII Episcopatum accepit anno 1412. ex lib. Provis. Prælat. eodem anno mortalitatem explevit. XXV.



26 NICOLAUS de Offerio nobili familia Ravello oriunda natus. Clericus Neapolitanus, ætatis suæ anno quintodecimo, salutis verò 1413. Id. Feb. per Joannem XXIII. perpetuus, tum in spiritualibus, cum in temporalibus, Boviani Episcopatus administrator constitutus est, ea tamen lege ut per aliquem virum rebus Ecclesiasticis bene peritum, eam regeret, quousque ad perfectam, legitimamque pervenisset ætatem, ut in lib. de diversis formis legitur fol 162 de quo in Tabulario hujus Ecclesiæ plura inveniantur instrumenta nomine ipsius, veluti administratoris conscripta de quo nil aliud repertum est quod de eo proferamus. Suspicatus sum aliquando, an is ille idem sit Nicolaus Offerius Castelli Petrosi Dominus, cujus meminit Ælius Marchesius de Neapolitanis familiis, qui ad Castri Petrosi dominatum adiecit Monteronum, Cannetum, & Milianum anno 1423 ut vindex nobilitatis Neap ad Ælium scripsit; sed hic filios habuit, fortasse ille fuit qui relicta ecclesiastica toga, uxorem duxit. Cæterum ex hac familia nemo superest, & Ravelli etiam extincta est. XXVI

27 NICOLAUS Sanframundus nobilis Neapolit. hanc regebat ecclesiam anno 1423. excessit anno 1428. lib Provis Prælat XXVII.

28 Fr. PETRUS Urtius Ord. Prædicatorum ad hanc sedem evectus est à Martino V. anno 1428. 7. Kal. Maii, mox ad Monopolitanam ecclesiam translatus est an. 1431. XXVIII.

29 Fr. RAYMUNDUS olim Abbas Ordinis s. Basilii, tunc Episcopus S. Agathæ, ad hanc Bovianensem sedem translatus est anno 1431. 15. Kal. Januar. & post ann 9. ad aliam Compsanensem ecclesiam transitum fecit ann. 1439. XXIX

30 ANDREAS de Verulis Episcopus Cupersanensis, translatus ad hanc Bovianam ecclesiam 1439. 3. Id. Octob fuit deinde Episcopus Urbini an. 1452. XXX

1452. mox Camerinensis; tandem Murannsevasit A episcopus, ut ex Actis Consist. Pii II. liqnet.

XXXI 31 JACOBUS de Monte-Bottonien. Canonicus Sabinensis successor Andreæ electus 1452. 3. Id. Septemb. sedit ann. 8. fatoque functus est an. 1458. Hujus Episcopi æneum sigillum olim Senis vidi apud Joannem Galluccinum civem Senensem, & venerandæ antiquitatis studiosum, ubi gentilitia Jacobi insignia exsculpta erant, elephantis scilicet gradientis, & circumcirca hæc verba. *Sigillum Dom. Jacobi de monte Bottonien. Episcopi Bojanensis.*

XXXII. 32 ANTONIUS de Teramo Canonicus Aprutinæ Ecclesiæ ad hanc sedem evectus est defuncto Jacobo à Pio II. an. 1458. pridie Non. Novemb. ex lib. Prov. Præl. an. 1. fol. 117. Erat Vicarius Polignanensis episcopatus anno 1458. pro Card. Ursino administratore.

XXXIII. 33 ODO de Odonibus hanc regebat ecclesiam anno 1486. excessit an. 1489.


B



C

XXXIV. 34 SYLVIUS Pandonus Neapolitanus Francisci, seu Scipionis Venafri Comitis ex Lucretia Cajetana filius eligitur Bovianensis Antistes anno 1489. Cathedralem ecclesiam exornasse dicunt, ubi sub ejus insignibus ad fores ecclesiæ legebatur. *Vivat, semperque vivat Pandonia Domus.* Sub Leone X. Ecclesiæ Aversanæ evasit Episcopus, quam simul administravit cum Bovianensi ad mortem usque, quæ accidit illi 8. Febr. 1519. in hac Cathedrali sepultus prope aram maximam; epitaphium vero tumulo incisum leges in primo nostro tomo in Episcoporum Aversanorum serie, ubi vitæ, ac morum dignitate insignis, omniumque virtutum genere præditus dicitur.

D



XXXV. 35 FRANCIOTTUS Cardin Ursinus *a* perpetuus factus est hujus ecclesiæ administrator anno 1519 die 24. *b* Feb post annum quartum se abdicavit.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 400. *b* Die 9. Febr.

XXXVI. 36 VALENTINUS Francus (" *Canonicus Bovianensis*) Episcopatu Boviano condecoratus est die 24. Julii 1523. Præfuit ann. multis. (" *Cessit que in favorem sequentis nepotis an. 1549.*)

37 PYRRHUS Francus (" *Canonicus Bovianensis, & superioris Valentini nepos die 7. Junii " 1549 cedenti*) successit Valentino: Episcopus erat ann. 1548. *c* obiit anno 1572. XXXVII

c 1560.




38 CAROLUS Carrafa ex Comitibus Montis-Calvi ab Episcopatu Guardiensi ad hunc traductus anno 1572. die *d* 19. Julil, præfuit ann. 37. obiit die 29. Septemb. 1608 omnibus hic virtutibus exornatus, collacrymantibus cunctis in sacello sanctissimi Sacramenti sepultus jacet, ubi sibi tumulum paraverat hac inscriptione, aucta deinde à Canonicis. XXXVIII

d Die 4. Julii.

Carolus Carrafa ex Comitibus Montis Calvi hujus Basilicæ Præsul se prorsus mortalem, quam Episcopum agnoscens hanc sibi vivens sepulturam elegit: optimum cunctis exemplum. Cathedralem hanc, Choro, Altari majori, Arcubus ac pavimentum exornandam, splendidissimisque supellectilibus Ecclesiasticis augendam suo ære curavit, qui non minori pietate vivens, quàm mortuus erga suos Canonicos utens, eisdem ducatos sexcentos erogavit. Hoc tamen adjuncto onere, ut semel atque iterum in hebdomada, in sui memoriam Missæ sacrum peragant, ac semel in anno sui obitus anniversarium celebrent. Vir in rebus gerendis prudentissimus, atq; ex omni parte integerrimus, qui nulli unquam obfuit, nisi mortuus.

Sed in columna cęmentaria in Cathedrali, quam juxta mentem olim à Sylvio Pandono conceptam, absolvit Carolus leguntur hæc verba. *Quod Sylvius mente conceperat, Carolus opere complevit hanc Basilicam illustravit, & pluribus ornamentis decoravit 1603.*



39 FABRITIUS de Afflicto Neapolitanus Camilli Boronis Cancellaræ, & Justinianæ de Afflictis filius ortus Aeserniæ ann. 1573. generis nobilitate, & propria virtute illustris à Paulo V. renunciatus est Episcopus die 10 Novembr. 1609. *e* Neapoli fato cessit anno 1613. ubi jacet. XXXIX.

e 1608.

40 PETRUS PAULUS Eustachius, patria Trojanus Archidiaconus Trojanæ Ecclesię electus est Bovianus Episcopus anno 1613. die 15. Julii, fratrem habuit Joan. Thomam Episcopum Larinen XL.

sem, sanctimonia vitæ clarum. Sedit Petrus Paulus ann. 9. excessit anno 1622.

XLI 41 OCTAVIANUS Garzadorus nobilis Vicentinus promotus die 19. Decembr. 1622. translatus deinde est ad Jaderensem Archiepiscopalem sedem 1624. die 2. Martii, de quo in 5. tom. nostro inter Archiepiscopos Jaderenses, ubi pro anno 1624. ex incuria typographi positus est ann. 1629.

XLII 42 Fr. FULGENTIUS Gallucius de Monte-Georgio Ord. Eremitarum S. Augustini, olim Generalis Prior, tunc Episcopus Tagastensis, & Apostolici Palatii sacrarii Præfectus ab Urbano VIII. ad hanc Ecclesiam assumptus est anno 1624. die 11. Martii, sedit ann. 7. ibi fato cessit die 9. Novembris 1632. in patria ætatis suæ sexagenario major ubi jacet apud Ord. sui fratres.

XLIII 43 PETRUS de Philippis Beneventanus electus an. 1633. 4. Septemb. Obiit die 8. Septembris 1640.

al. 26. Sept.

XLIV 44 Fr. PHILIPPUS de Sio Ord. Minorum de Observantia. Episcopus Cajacensis ad hanc Ecclesiam transfertur die 21. Octobris 1641. Præfuit ann. 10. mortuus est die 16. Augusti 1651.

XLV. 45 Fr. PETRONIUS Veronius Bononiensis ex Ord. Eremitarum sancti Augustini ad hanc Ecclesiam traducitur ab Innocentio X. anno 1652. die 8. Januarii, post annum à sua obtenta dignitate mortalitatem explevit die 11. Maii 1653. sepultus in Ecclesia S. Mariæ Gratiarum Ord. Frat. Minorum.



XLVI 46 Fr. CÆLESTINUS Brunus, Venusinus, ejusdem Ord. Eremitarum sancti Augustini insignis Theologus, libris editis, ac verbi Dei declamator longè clarissimus, ab Innnocentio X. pronunciatus est Episcopus die 23. Augusti 1653. Romæ in Ecclesia sancti Augustini consecratur à Joanne Baptista Card. Pallotto die 7. Septemb. assistentibus Odoardo Scotto Burgi S. Domnini, & Jo. Baptista Donato Minorensi olim Episcopis. Vivit adhuc spectata laude virtutis, gregi sibi commisso invigilans.

A D D I T I O.

(,, *Fuit auctor Quodlibeti; & egregiè laudatur à Jo. Baptista de Luca de Regularibus disc. 4. n. 6. Toppio in Bibl. Neapol. p. 61. Justiniano in Epistolis memorabilibus par. 3. p. 57. & Chartario in Athenæo Romano, quod Ms. servat cl. eques Prosper Mandosius.*

XLVII. ,, *JOSEPH Prothospatharius, Hieracensis, J. V. D. per obitum Bruni Bovianensis Episcopus eligitur 31. Martii 1664. qui anno insequenti mortuus est.*

XLVIII. ,, *ANTONIUS Gratianus, è S. Archangelo in Lucanis, S. Theologiæ, & J. V. D. hanc deinde Ecclesiam regendam suscepit 15. Februarii 1666. Antistes eruditus nonnulla conscripsit, quæ recensentur à Toppio in Bibliotheca Neapolitana pag. 327. Ad plures abiit mense Majo 1684.*

XLIX ,, *JOANNES Riccanale, Aprutinus, J. V. D. & Protbonotarius Apostolicus, cum Terami, & Asculi vices Episcopales exercuisset, huic Ecclesiæ præfectus est 2. Octob. is 1684. non diu oneri superstes, cum decessisset mense Martio 1685.*

L. ,, *FRANCISCUS Antonius Jannonus, patritius Bituntinus, in Civitate S. Severi ortus, J. V. D. & Protbonotarius Apostolicus, generalis olim Vicarius Archiepiscopi Amalphitani, eodemque tempore Vicarius Apostolicus Minorensis, & deinde Cardinalis Gastaldi Beneventani Archipræsulis propontifex, renunciatus est Bovianus Antistes 10. Septembris 1685 Temporalem vitam complevit mense Februario anni 1708.*

LI. ,, *AGNELLUS Rendina, patritius, & Canonicus Beneventanus exindè Bibliothecarius, ac Cardinalis Ursini commendatissimi Archiepiscopi generalis Provicarius, & Convisitator, post plura præclara munia egregiè obita in primis probatus, ad Bovianensem infulam an. 1708. 14. Maii ab Clem. XI. æternæ me. Hierarcha elatus fuit. Vix Ecclesiæ possessionem nactus eamdem Sanctorum Lipsanis, decentibus in thecis repositis ditavit. Sacrarium argenteis Vasis, ac supellectile ex oloserico auro texto locupletavit. Cathedralem fere fatiscentem affabrè suffulsit, & Episcopium. Non modò civitatem, sed & totam diœcesim ab Apostolicis Societatis Jesu Missionariis perlustrandas curavit. Frequenti licet podagræ morbo in cubili detentus, nihilominus laudabiliter suam regere Ecclesiam non omisit. Enato, sinistro in pede, ulcere in cancrenam vergente mense Aprili 1716. pluries sibi novaculam pro digito amputando, Beneventi priùs, ac deindè Neapoli ad patientiæ miraculum adhiberi passus fuit; incredibili Virium animique robori tributum, quod tantum vitæ discrimen illæsus obierit; recrudescente tamen paucos post dies morbi vi præclarissimus Præsul omnibus Ecclesiæ Sacramentis refectus Uni Deo intentus die 25. Novembris 1716. ætatis suæ annum 55. circiter agens animam efflavit. Demortui Præsulis cadaver à Fratribus omnibus ordinis Servorum B. Mariæ Virginis Neapoli degentibus, à clero Ecclesiæ Spiritus S. ac ab insigni s. Joannis majoris collegio sociatum, ad Divæ Mariæ vulgò* d'ogni bene *delatum, ibidem conditum fuit post solemnia justa priùs persoluta, ac sacra innumera perlitata. Ornatissimi Præsulis memoriam nullo unquam ævo obliterandam antiquus ejusdem Amicus sequenti elogio obsequens honestavit.*

,, Agnellus Rendina Beneventanus Patritius, Bujanensis Episcopus in arduis rebus gerendis magnus, eruditione major, Pietate ter maximus, Agnus nomine, Pastor omine, ut sibi concreditum servaret ovile, Hædos vertit in Agnos, Agnos à lupis asseruit. Perlongum morbum ferreus toleravit. Brevem vitam aureis locupletavit moribus. Maturis meritis insula honestatus, Annis immaturus è vivis ereptus, ut in cœlis perenniter viveret. Inter Agnos Pastor, inter Pastores Agnus. Samnites plaudite, Tantique Antistitis tumulo hanc sculpite Epigraphen: Agnellus Beneventi nactus est cunas, Bojani sedem, Neapoli tumbam, ubique famam suarum laudum promeruit tubam. Senex minimè obiit, ne cum ipso sene ipsius etiam senesceret fama.

LII. ,, *NUNTIUS de Baccariis, Triventinæ diœcesis presbyter, J. V. D. Vicarius primùm generalis Beneventi, Auditor deinde Cardinalis Thomasii, Cardinalis denique de Comitibus Episcopi Viterbiensis Vicarius generalis, Agnello successor datus est 14. Martii 1718.)*

BOVINENSES SEU BIVINENSES EPISCOPI.

BOvinum, sive Bivinum, & Bibinates populi apud Plinium, civitas est Apuliæ in Capitanata, non quidem magna, sed antiqua, & titulo Ducatus clara, cujus mentio apud veteres Geographos non reperitur, si unum excipias Plinium, qui Bibinates populos commemorat. Priscam ejus amplitudinem docent ruinæ, marmora, inscriptiones, & Romanorum Imperatorum numismata, quæ hucusque, hodieque reperiuntur. Quidam Bovinum, vel Bivinum à bono vino dictum putant. Est in hac civitate vetustum D. Mariæ Assumptæ, & S. Marci Confessoris Templum Cathedrale sub Metropoli Beneventana, ubi jacet, ac magna veneratione colitur corpus S. Marci Confessoris, & Episcopi Lucetiæ, Bovini Patroni ab anno 328. post æ salutis usque ad nostra tempora. Tres sunt in hac Basilica dignitates. Archidiaconatus, Decanatus, & Cantoratus Canonici sex; sunt & alii Presbyteri, & Clerici Ecclesiæ inservientes. Parochiales Ecclesiæ intra civitatem duæ, quarum una est Cathedralis, & duo virorum Cœnobia. Diœcesis sex oppida complectitur præter veterum quorundam oppidorum ruinas, quæ singulos habent Archipresbyteros ex quibus Castellucium erat Albanensium; hoc Epirotæ incolunt Græcorum ritu viventes sub Græco Archipresbytero. Episcopalis dignitas in hac civitate antiqua est jam diu ibidem ante annum nostræ salutis millesimum instituta, & suffraganea facta deinde est Archiepiscopi Beneventani, cujus erat subjecta Vitelliani Papæ temporibus, ut Marius Vipera scribit in recensione Beneventanorum Præsulum. Episcopalis autem mensæ annuus census ducatorum mille, taxatur in lib. fisci Apost. flor. 400. Episcopi vero qui in Bovinensi Ecclesia floruerunt, sequentes exhibentur ex Catalogo Dominici Petri de Paolis Clerici Bovini, tum ex aliis monumentis eruti.

I. 1 ODO hujus Ecclesiæ Episcopus erat an. 1061. memoratur in documento Vilderici Archiepiscopi Beneventani; præter nomen in tabulis nihil habetur de illo exploratum; sed tantum testis fuit eo ipso anno cuidam donationi factæ monasterio sanctissimæ Trinitatis Venusii per Robertum Guiscardum Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Ducem, eidemque se subscripsit cum Geraldo Archiepiscopo Acheruntino, Balduino Melphiensi, & Stephano Trojano Episcopis anno 1063.

II. 2 HUGO Bivinensis Episcopus an. 1099. testis fuit donationi, quam Benedictus Lucerinus Antistes fecit monasterio sanctæ Sophiæ Beneventi apud Chron. ejusdem monasterii. Quid vero aliud egerit, vel quantum sederit Hugo iste, non est aliquo documento compertum, servatur tamen in Episcopio in marmore exarata illius memoria paucis his verbis.

HUGO EPISCOPUS SANCTÆ
SEDIS BIBINÆ.

Visitur in eadem Cathedrali Ecclesia de Hugone alia inscriptio, fortasse sepulchralis.

PRÆSULIS UGONIS CENSU CAUSA
FIT HONORIS
HOC OPUS V. PROPERE SIT DECUS
ECCLESIÆ.

III. 3 GISO Bovinensem Cathedralem moderatus est, Paschale II. ad clavum sedente; quo sedente ex donatione Roberti Comitis Loretelli, nepotis Rogerii, & Guillelmi Ducum anno 1100. Ecclesia Bovina possidet feudum sancti Laurentii ad monasterium Bandinense, eo scilicet præscripto in eadem donatione Roberti, quam ex tabulario Bovinensis Ecclesiæ exhibemus.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Robertus Loretellensis Comes.

Nos ab omnium conditore Deo dignas grates accipere credimus, si sanctis, ac venerabilibus locis curam impendimus, & si quod justè ab eorum cultoribus postulati fuerimus, libenti animo largiamur; Idcoq; notum facimus, tam præsentibus, quam futuris, quod cum essemus in terra nostra Bibini cum multis militibus, & fidelibus nostris, venit ad nos Dom. Urso venet. Bandinus Abbas, & per Petrum Troianensem Judicem Advocatorem suum coram nobis graviter est conquestus de bajulis nostris Bibini, & Montellaris dicens, quod ipsi molestabant Ecclesiam suam S. Laurentii, qui dicitur in Valle, super tenimentum ipsius, & homines ejusdem casalis, quod nos dudum gratuita voluntate, liberè & quietè per sigillum nostrum Bandino monasterio concesseramus, rogans nos insuper humiliter & devotè, ut tenimentum dictæ Ecclesiæ S. Laurentii olim sibi concessum, ne imposterum exinde scandalum, vel aliqua controversia oriatur, certis distingueremus finibus, & sigillo nostro iterum firmaremus. Nos autem ejus justis petitionibus inclinati, pro remedio animæ nostræ, parentumque nostrorum per hoc Instrumentum concedimus monasterio Bandino, & tibi Dom. Ursoni venerab. Abbati ejusdem, tuisque successoribus in perpetuum Ecclesiam S. Laurentii in Valle in territorio Montellarii cum tenimento, cum casale, & omnibus infra se habitis, & conjunctis absolutè, & liberè, salvo tamen jure communi spiritualium, & Parochiali concessione, & confirmatione pertinente Ecclesiæ Bibinensi, in cujas Diœcesi positum est casale prædictum, & quarta parte bajulationis dicti casalis deducta, quam olim donaveramus præd. Ecclesiæ, sicut patet per privilegium nostrum exinde factum; reliquas autem tres partes ex nunc præd. Bibinensi Ecclesiæ donamus, & concedimus si prædictum monasterium per medium annum defecerit in prædicta habere Ecclesia continuè & perpetuo duos Sacerdotes pro Missis sacris cantandis ibidem, quas liceat Bibinensibus Episcopis, qui erunt pro tempore, eorum auctoritate capere, tenere, uti & frui pro parte & nomine Ecclesiæ Bibinensis in perpetuum; tenimentum autem prædictæ Ecclesiæ, & casalis his finibus circundantur. Primus finis incipit à cacumine montis Fidelis, & descendit recto tramite ad cryptas veteres, deinde vadit per stratellam euntem ad Rubinum, & descendit usque ad Spanditorem Laccellæ, & deinde vadit usq; ad carrariam venientem à Foggia, & per ipsam carrariam vadit ad vallicellam, quæ est in media sylva Commitissæ, & per mediam sylvam ascendit ad campum Torsinnum, & ad Portitellas, quæ sunt inter montem Scarcellum, & montem Fidelem, & exinde recurrit ad montem Fidelem primum finem. Hæc omnia sic sunt per fines distincta pro parte dictæ Eccl. & hominum dicti casalis liberè, & absolutè concedimus, & confirmamus Bandino monasterio, & tibi D. Ursoni Abbati ejusdem in perpetuum tenenda, per vos, absque nostra, successorum nostrorum, & bajulorum præsentium, & futurorum molestia, quod inde nullum meritum, vel servitium habere volumus præter Missas, & orationes ad Deum, in quibus si in dicta Ecclesia sancti Laurentii post nostrum obitum defeceritis, statim casale prædictum cum Ecclesia sint Ecclesiæ Bibinensi, donatione, & confirmatione nostra quondam facta non obstante, quam prædicto monasterio valere de cætero volumus nullo modo, cum in dicta Bibinensi Ecclesia, divina celebrentur misteria, & celebrari perpetuò non cessabunt; ad hujus autem nostræ donationis conditionabiliter factæ futurum memoriam, & robur perpetuo valituram, ad cautelam

Bi-

Bibiuensis ecclesiæ scriptum præsens nostrum de prædictis fieri mandavimus, & scribi per Thomasium montis Soliculæ Notarium publicum signo suo, subscriptionibus testium qui interfuerunt, signo crucis propriæ manus nostræ, & nostri typarii publici communitum, quod scripsi ego Thomasius Montis-Soliculæ publicus Notarius, & meo proprio signo signavi. Adest brachium extensum pro signo Notarii.

Præsens scriptum datum in civitate Bibini anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo, mense Junii, Indictione octava, & signo vivificæ crucis propriæ manus prædicti Roberti Comitis Comitum de Loretello communitum †

† *Signum crucis propriæ manus mei Joannis Episcopi Larinensis, qui interfui prædictis.*

† *Signum crucis propriæ manus Comitis Goffredi de civitate.*

† *Signum propriæ manus Eciberti Comitis Apicii.*

† *Signum propriæ manus Raynaldi Claræ-Vallæ.*

† *Signum manus Remadii Judicis.*

† *Signum mei Berardi Draconariensis Episcopi qui interfui prædictis.*

† *Signum manus Dauferii Vicecomitis.*

† *Signum crucis propriæ manus mei Ursi Comitis, qui prædictis interfui.*

Documentum signatum est bulla plumbea, ab una parte hæc sculpta verba leguntur:

Robertus Dei gratia Palatinus Comes Loretelli.

In altera vero:

Signum Matris Dei.

Anno autem 1118. Giso Episcopus conservator donationis factæ à Raymundo Comite de Loretello, monasterio s. Sophiæ Beneventi institutus est. Documentum donationis recensetur in Chron. ejusdem monasterii sub iis verbis.

In nomine Domini Omnipotentis Salvatoris nostri Jesu Christi.

Anno Dominicæ Incarnationis 1118. mense Junio, Indictione undecima.

Ego Raymundus filius Rodolphi Comitis de Loretello cum quadam die essem in terra mea in castello Molinari, Bernardus Abbas s. Sophiæ una cum fratribus quampluribus ad me venerunt obnixè orantes, ac deprecantes, ut pro anima mea, atque patris mei Comitis Rodolphi bonæ piæque memoriæ, & fratrum meorum, omniumque parentum meorum concederem quamdam domum Ecclesiæ S. Efrem, ut amodo, & perpetualiter habere, & videlicet hanc libertatem, ut nemo, nullusque ex meis hominibus, neque frater meus, neque Vicecomes, neque Gastaldius quidquam de Ecclesia auferat; veruntamen sit libera cum omnibus possessionibus, & omnibus pertinentiis, mobilibus, necnon immobilibus, cum omnibus, quæ moderno tempore possidet, & imposterum possessura est, aut acquirere potest. Ego audito hoc, cum filio, cum Domino Gisone Episcopo Bibinensi, qui cum Abbate supranominato cò venerat, & cum Baronibus meis, videlicet, Roberto Capitanio, & Sigismundo, & Guillelmo filio Nanterii, Pandolpho, Joanne Basilio Acaedo Judice dilecto, Pandulmo Vicecomite, & Iliberto Vicecomite accepi, & petitionibus tanti viri locum damus. Quoniam autem mea protantiare, quemadmodum Ecclesia Domini Omnipotentis Dei est, nolo ut detrimentum, necnon tormentum patiatur; veruntamen firmiter concedo, & ex amodo dono tibi quæ supranominata sunt, Bernardo venerab. Abbati, omnibusque tuis successoribus ad habendum, & perpetualiter possidendum, & quicquid inde volueritis, faciatis, sine mea, meorumque hæredum, amicorum, cognatorum, omniumque consanguineorum meorum contradictione, aut requisitione. Præter illud, quod mihi reservavi, videlicet duo opera ad seminandum, & unum ad metendum in campo mantino doletti; & concedo tibi pascua & aquam, & ligna, quemadmodum Ecclesia solita est habere, & si homines ibidem capti fuerint in defensa sylva ad incidendum ligna, hoc enim dent, ut homines mei dilecti emendant, & si in die capti fuerint cum lignis de ipsa sylva defensa, ad judicium ipsius loci præpositi judicentur, & postquam in casale una cum lignis ingressi fuerint, absque ulla calumnia permaneant, & à nemine judicentur. Insuper rogavi Dom. Episcopum Bibinensem, & mandavi, ut si ego & mei hæredes, vel aliqua persona hoc donum & hanc concessionem minuere, aut submovere aliqua ratione, necnon ingenio tentaverint, aut etiam subtraxerint in aliqua re quicquam, mandavi ut idem ille nominatus Episcopus Bibinensis illos condemnaret, & excommunicaret, necnon & anathematizaret, & à liminibus sanctæ Ecclesiæ segregaret. Nunc ergo ego Gisus Episcopus supranominatus audiens deprecationem Domini Raymundi excommunico omnes illos, qui hoc donum frangere quæsierint, sint anathematizati, & excommunicati, & à cœtu, aut congregatione Christianorum omnium segregati, & cum Juda traditore Omnipotentis nostri Jesu Christi sociati, necnon cum Chore, Dathan, & Abiron, quos terra vivos, dum vitam quasi bestialem agerent propter enormia peccata, ac crimina deglutivit, partem & societatem habeant, & cum illis æternis pœnis necnon tormentis crucientur: observatores autem, & defensores illius concessionis sint absoluti in honorem Domini Omnipotentis, Patris, ac Filii & Spiritus sancti, & B. Petri Principis Apostolorum, & omnium Apostolorum, & B. Mercurii Martyris, & Sanctorum Duodecim fratrum Martyrum, omniumque Sanctorum, & amicorum Domini Omnipotentis.

Ego Raymundus præcepi Roberto nostro Notario, hoc præceptum scribere.

Insuper ego Robertus Notarius scripsi taliter in Castello Montis-Hilarii.

Actum in civitate Beneventana feliciter.

Ego Gisus Episcopus Bibinen. me subscribo.

Ego Benedictus Abbas subscribo.

Idem Comes Robertus fortasse Gisone Episcopo vivente aliam adjecit donationem anno 1126. ad favorem Canonicorum Bovinensis Ecclesiæ, cujus verba subiicimus.

Robertus Dei gratia Palatinus Comes Loretelli.

Per præsens scriptum universis pateat præsentibus & futuris, cum dignum viderimus ut Christi amore, per quem vivimus, & speramus, de bonis nostris, sanctis largiamur locis, quatenus ibi continuò ad Dei honorem divina celebrentur officia, exinde præstolantes remedium salutare, unde attendentes Bibinense Capitulum divinis celebrandis officiis plurimum insudare, ut remotis temporalibus curis, impedimentum nullum occurrat, donamus, tradimus, concedimus prædicto Bibinensi Capitulo, casale sancti Viti, positum in territorio Bibini, suis & certis finibus limitatum, primus finis incipit à pede Serræ montis celebrandi, & ascendit per eam usque ad montem Rotundum vinearum, & descendit in Biletram, & per eam descendit usque ad flumen Cervarii, & deinde ascendit per dictum flumen usque ad pedem serræ, quæ est primus finis. Territorium s. Petri de Matrice suis finibus limitatum, cujus primus finis incipit à Jazzano, & vadit per viam venientem à Paano, & vadit usque ad montem Castrum, deinde descendit retro tramite in Cervarium, & ascendit per dictum flumen usque ad Jazzanum, qui est primus finis, ad habendum, tenendum per dictum Capitulum, & perpetuo possidendum, tanquam Dominum, & Patronum. Ad hujus autem nostræ donationis, & concessionis futuram memoriam, & perpetuam firmitatem præsens privilegium fieri & scribi mandavimus per manum Petracti nostri curialis typario solito communitum.

Actum in civitate nostra Florentini anno Domini millesimo centesimo vicesimo sexto, mensis Martii, Indict. 4.

Sequuntur in eodem chartophylacio scripta hæc

alia verba, quæ videntur donationi addita ex Episcopi, & Capituli consensione.

Consuetudo insuper, & jura dicti Capituli sunt hæc, primo videlicet, quod decem debeant esse Canonici tantum, & non plures, quorum si aliquis non residet in dicta Ecclesia, seu Capitulo, non habeat de præbenda sibi concessa. Qui quidem Canonici habere debent totam decimam, totum mortuarium, omnes oblationes festorum dierum, & aliorum, omnes cantamissas, pœnitentias & patronantias. Item habere debent tres partes cinturarum positarum altaribus, vel Ecclesiæ. Item habere debent medietatem omnium proventuum, & eleemosynarum, seu oblationum omnium Ecclesiarum in territorio Bibini constructarum, & construendarum de novo. Altera dividitur inter Episcopum, & Ecclesiam, quæ si vacaret, deberet esse Capituli. Item hebdomadarii, videlicet Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus, quilibet die hebdomadæ eorum quilibet habere debet ab Episcopo panes quatuor, & mizzulum unum de vino omni tempore, & de optimo pane, in quibus si Præsul defecerit, Clerici non tenentur cantare, nec potest Episcopus illos compellere, nec excommunicare, immo tenetur dictum panem & vinum duplicare prædictis. Item hebdomadarii diebus Dominicis, & aliis, quibus cantat Episcopus Missam, qua se induit, comedere cum Episcopo. Item Episcopus debet stabilire, & regere ecclesiam omnibus officiis, oleo, cera, & incenso. Item tenetur Episcopus facere duo convivia Canonicis, unum die Jovis sancti, alterum in festo sanctæ Mariæ de Augusto de quatuor bonis cibariis. Item Episcopus diebus festivis, quibus cantat, de oblationibus capiat cum duobus digitis pro servitore suo.

Robertus iste Comes, Bovinæ Ecclesiæ egregius benefactor, superstite Gisone Episcopo, vita functus, in Cathedrali retro Episcopale illum sepultus jacet, nulla tamen proloquente inscriptione; unde haud parem visi sunt Episcopi, ac Canonici optimo, munificoque benefactori retulisse gratiam, quinimmo ingrati animi propemodum hactenus subiisse notam; ejus tamen anniversarius die 15. Octob. ab iisdem Canonicis quotannis piè ac religiosè celebratur. Cæterum Giso, cum optimi Pastoris retulisset famam, diuque Ecclesiam hanc rexisset, post ipsum Robertum Comitem, cujus in paucis charus fuerat, in vivis esse desiit. Supra fores Ecclesiæ S. Petri Parochialis Bovini, de Gisone leguntur in marmore hæc sculpta verba.

Me jussit fieri Pater & custodia Cleri
Pontificis Giso, unde sit in Paradiso.

IV. 4 PANDULPHUS totius Capituli consensu post Gisonem Episcopus electus, sedem Episcopalem conscendit, annus præcisus incompertus est. Optimus & religiosus Præsul nuncupatur in Diptyca; nec alia de eo habetur memoria, nisi ea, quam Robertus Comes Loretelius, filius alterius supra relati Roberti, retulit in confirmatione donationis patris ad favorem Ecclesiæ Bovinæ, instante Pandulpho, ex quo apparet, illum vixisse anno 1179. quo dicitur fato cessisse. Autographum donationis è chartulario chartarum Episcopii evulgatur.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Ad æternæ felicitatis gaudia nanciscenda tanto quis debet avidius permanere, quanto se noverit suis excessibus irretitum. Idcirco Nos Robertus, Dei & Regia gratia Palatinus Comes Loretellus, & Copersani, filius & hæres Dom. Roberti Cupersanensis Comitis bonæ memoriæ, & Dominus civitatis Bivini, ob amorem cœlestis Regis, per quem subsistimus, & dominamur, & in æternum salvari credimus & speramus, & ut Deus conservet vitam Domino nostro gloriosissimo Regi Guillelmo, sibique diu, & feliciter regnare concedat, ob redemptionem etiam animarum gloriosissimorum Regum Rogerii & Guillelmi recolendæ memoriæ, ob remedium quoque animarum patris & matris nostræ, salute nostra, & nostrorum latus in civitate Florentini, coram fidelibus nostris, quorum nomina subscribi fecimus, & jussimus, concedimus, & donamus Ecclesiæ S. Mariæ Bivinensis Episcopii, in qua (Deo dante nostram elegimus sepulturam, & tibi Domino Pandulpho ejusdem Eccles. Reverendo Præsuli nomine, & pro parte ipsius Ecclesię Bivinensis casale, quod dicitur Dopni Leonis positum in territorio civitatis nostræ Bivini, cujus fines sunt ii, ab uno latere incipit à capite vallonis S. Acherontii, & descendit per ipsum vallonem usque Beletram & deinde descendit per Beletram, & intrat flumen Cervarii, & deinde descendit usque ad caput Isclæ Ferrariæ, & deinde vadit recto tramite ad Cantile ad caput terrarum Dominorum de Turritella, & deinde descendit per pedem Nobilis, & per pedem Serræ de Alamagna, & vadit per viam Esculanam, quæ est in medio stirparis Termaleti, & deinde ascendit per latum dicti Stirparii recto calle usque ad fontem nucum existentem in itinere Dilecti, & inde returnat rectè ad caput vallonis S. Acherontii, & casale Suvaceti nostrum suis finibus terminati, & sunt ii, à pede decurrit flumen Cervarii ab uno latere ascendit per vallonem Illicinorum usque ad Serram, ubi est via, qua itur ad sanctum Angelum de Ursaria, & vadit per dictam usque ad caput vallonis Donnarum, qui est juxta montem Acutum & descendit per dictum vallonem, & intrat Cervarium, & territorium S. Viti positum in territorio, & pertinentiis civitatis nostræ Bivini, cujus fines sunt ii, ab uno latere est serra montis celebrandi, & ascendit per fontanas Ursolæ, & vadit per montem Rotundum molarum, & descendit in vallonem venientem à Corneto, & dicitur Cornetum, & deinde descendit per Beletram, & intrat flumen Cervarii, & deinde ascendit per Cervarium, & returnat ad pedem Serræ montis celebrandi, quæ est super fontem Abbatis. Necnon territorium S. Mariæ in nebula positum in pertinentiis dictæ civitatis nostræ Bivini, cujus fines sunt ii, ab uno latere incipit à monte Piscariæ, & descendit per vallonem Piscariæ, & intrat vallonem Corneti, & deinde descendit per viam Nucelleti, & vadit ad Artora, & deinde descendit usque Jazanum, & deinde descendit per Jazanum usque ad lacum nigrum, & deinde descendit per nemus imbreticum rectè usque ad viam Serræ, & per dictam viam returnat ad montem Piscariæ, & campum etiam, qui est juxta civitatem Bivini, qui est in longitudine usque portatum, & in latitudine à capite Gironis castri usque ad serram descendentem à monte Castro, & deinde ascendit per dictam serram usque ad dictum montem Castrum in via Pannicum omnibus juribus, rationibus, & actionibus, quas in prædicto habemus tenendum, habendum & perpetuo de cætero, & construendum prędicta casalia, & homines ibidem congregare ad habitandum ad utilitatem, & commodum ipsius Episcopi, & territoria omnia colere, & excolere, & fructificare juxta arbitrium Episcopi, qui pro tempore prædictæ præerit Ecclesiæ, dando habitatoribus dictorum casalium, seu locorum plenariam potestatem, & agro, lignis, pascuis, aquis uti perpetuo, ac omnibus aliis necessariis in territorio nostro Bivini, & ejus pertinentiis more civium Bivini nostrorum fidelium dilectorum, reservatis patronis & dominis omnibus, dominio & proprietate terrarum quarumlibet existentium infra prædictorum casalium, & territoriorum fines, dum tamen prædicti, Ecclesiam prædictam, sicut nos, hactenus de prædicto habuerant in dominium, sic ipsam de cætero, & perpetuò in Dominum recognoscant, quæ quidem Ecclesia Bivinensis prædicta casalia & territoria in capite teneat, ac libere & absolute, & in eandem parte feodi computentur, sub qua alia casalia prædictæ concessimus, & dedimus Ecclesiæ Bivinensi, & nemini de hic respondeat, & assecures tempore in futuro, nisi solum Regem, qui dominabitur toti Regno, quæ pars feudi, in qua computari debent præsentes donationes prædictorum casalium, & territoriorum in alio privilegio nostro, à

nobis prædictæ ecclesiæ facto expressimus, & plenariè continetur, constituentes, ut omnes inferentes, seu retractantes prædictas nostras donationes, & concessiones prædictæ ecclesiæ factas pœnis afficiantur, & damnis nostro alto donationum privilegio comprehensis, item quod modus, & forma . . . . . ac etiam ordinatio in prædictis consistant donationibus, quæ in prædicto privilegio nostro donationum Casalium Balnei & Castelli de sclavis facto eidem ecclesiæ continentur. Hoc addito, & excepto, quod præsentes donationes, & concessiones Casalium & Territoriorum in prædicta parte penitus computentur feudi. Ut autem nostræ præsentes donationes, seu concessiones factæ Bivinensi episcopo firmę sibi, stabilesque permaneant in futurum duraturæ in perpetuum, & nec à nobis, nec à nostris hæredibus, seu successoribus, & posteris aliquo modo infringi, vel violari valeant, sed perpetuam obtineant firmitatem, hoc recordationis scriptum per manus Petractæ nostri Curialis Notarii scribi, nostrique soliti typarii impressione jussimus, & fecimus insigniri, ad quod signum sanctæ & vivificæ Crucis propriis manibus denotavimus inferius.

Actum in Civitate nostra Florentini an. Domin. Incarnationis MCLXXIX. Regni quoque Guillelmi Dei gratia magnifici, ac triumphatoris Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ XIII. mense Aprilis, Indictionis XII.

Manus extensa pro signo Notarii.

† Signum sanctæ & vivificæ Crucis, quod Nos Robertus Dei & Regia gratia Palatinus Comes Loretelli propriis manibus fecimus.

† Ego Giso humilis Florentini Episcopus testis sum.

† Ego Matthæus Turris majoris Abbas testis sum.

† Ego Maginolfus sancti Joannis in Lamis testis sum.

† Ego Robertus humilis Civitatis Episcopus testis sum.

† Signum sanctæ Crucis, quod ego Philippus de Turricella propriis manibus feci.

† Signum sanctæ Crucis, quod ego Raimundus Sarmonicoli propriis manibus feci.

† Signum sanctæ Crucis, quod ego Guillelmus de Turricella propriis manibus feci.

† Signum Crucis, quod ego Riccardus de Osena propriis feci manibus.

V. 5 GISO, vel Gisonus, ni fallor, hujus nominis secundus Pandulpho successit circa annum Dom. 1180. quo anno idem supra memoratus Robertus Comes insignem donationem fecit Ecclesiæ Bovinæ tunc inopia laboranti & indotatæ in Gratiam Gisonis novi Episcopi. Documentum donationis hæc verba continet.

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus sancti.

Quoniam universa, quę possidemus sunt nobis firmiter à Deo collata, æquum est ut ad Dei honorem locis sanctis necessaria largiamur, qui pro parvis magna, & pro terrenis præmia largitur æterna. Eapropter nos Robertus Dei, & Regia gratia Palatinus Comes Loretelli, & Dominus civitatis Bibini, bona nostra voluntate, pro redemptione peccatorum nostrorum, pro remissione quoque animarum Patris nostri, Roberti bonæ memoriæ Comitis, & Matris nostræ, & omnium parentum nostrorum donamus & concedimus Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Bibino indotatæ, & maxima paupertate oppressæ, qua vix aut nunquam poterant in ea divina officia celebrari, & tibi Gisoni venerabili Episcopo ejusdem Ecclesiæ, in qua nostram eligimus sepulturam, Casale sancti Petri in Drugazario positum in Territorio civitatis Bibini cum pertinentiis suis, cujus fines & termini tales sunt, primus incipit à Beletra, & ascendit per Vallonem Carpiniti rectè usque ad serram Diliciti, & deinde vadit per dictam serram ad caput Vallonis sancti Aruntii, & descendit per ipsum vallonem in Beletram, & ascendit per eam ad priorem finem, Casale, quod dicitur Dopni Leonis positum in Territorio d. Terræ Bibini, cujus fines sunt ii: Primus incipit à Vallone S. Aruntii, & descendit per Beletram usque ad caput Nobilis, deinde evadit per viam Esculanam rectè usq; ad rivum pucci vituli, deinde ascendit recto tramite usq; ad caput vallonis S. Aruntii prædicti, Casale Balnei situm in pertinentiis dictæ Terræ Bibini, cujus fines his terminis limitantur. Primus incipit à Porta coloniæ, & descendit per stratam publicam usque ad puteum aritulum, & vadit, & descendit per ipsum, & vadit ad sanctum Angelum de Frattella, & intrat ibi flumen Cervarii, deinde ascendit per ipsum flumen, & vadit, usque ad vadum Montanaresium, & deinde ascendit per fonticellas, quæ sunt in pede terrarum Raimundi de Turricella, & deinde recto tramite returnat ad caput, seu portam Coloniæ primum finem. Casale Castellucii de sclavis positum in pertinentiis ejusdem terræ Bibini, cujus fines sunt ii; Ab Oriente decurrit flumen Cencarii, & ascendit per vallonem ferularum, & returnat ad cacumen Montis fidelis, deindè descendit recto tramite usque ad puteum, veteranum, qui est juxta viam Trojanam, deindè descendit per rivum, qui est subtus dictum puteum, & vadit ad cryptas veteres, deindè vadit per stratellam, per quam itur ad Rabianum usque ad flumen Lavellæ, deinde descendit per Lavellam usque ad caput Isclæ Mancarelli, & intrat Cervarium, qui est primus finis, Territorium Casalis S. Mariæ in nebula positum in pertinentiis terræ prædictæ, cujus fines sunt ii, ab uno latere est rivus descendens à Piscaria, & intrat vallonem Corneti, deinde ascendit per viam Nucelleti, & arcuum, & rectè descendit in Lazzanum, & ascendit per eam per lacum aigrum, per nemus imbricicum rectè usque ad viam Terræ, & per ipsam returnat ad montem Piscariæ, necnon Casale Sambrui positum propè montem Acutum, cujus fines sunt ii; A pede decurrit flumen Cervarii ab uno latere ascendit per vallonem Ilicinorum usque ad Serra, ubi est via S. Angeli de Ursaria & vadit ad caput Vallonis Donnarum, qui est propè montem Acutum, & descendit per ipsum, & intrat flumen Cervarii cum hominibus, si qui sunt hodie, vel esse poterunt in futurum, tenimentis, possessionibus, nemoribus, aquarum cursibus, cum omnibus juribus, rationibus & actionibus, quas habemus in Casalibus antedictis, nemore Aquævivæ nobis tantummodò reservato, ad tenendum, habendum construendum & perpetuo possidendum ad ipsius Ecclesiæ opus, dando habitatoribus dictorum Casalium præsentibus, & futuris plenariam potestatem, & agro utendi, lignis, pascuis, & omnibus aliis habilitatibus perpetuò in toto territorio civitatis nostræ Bibini liberè & absolutè sicut ipsius cives. Quæ quidem Casalia prædicta Bibinensis Ecclesia in capite teneat, & immediatè libera & exempta ab omni reali servitio, ac etiam personali, à quorum Casalium hominibus, Episcopus, prout est moris, ipsius Ecclesiæ nomine, assecurationes debitas recipiat, juramenta, homagia, salva fidelitate Domini Nostri Regis Vuillelmi, hæredum suorum, & ejus alterius cujuslibet successoris, & quod nullum Bivini futurum Dominum assecuret idem Episcopus, nec homines Casalium prædictorum, sed Regem tantùm, qui dominabitur toti Regno, & ut in prædicta Ecclesia divina deinceps officia sedulè celebrentur, ipsorumque possimus esse participes donamus, tradimus, & concedimus tibi prædicto Præsuli nomine, & pro parte dictæ Ecclesiæ, medietatem Plateæ nostræ intùs in terra nostra Bibini, & ejus circuitu ad duomiliaria omnium rerum venalium, quæ ab extraneis ementur ibidem de cætero vel vendentur in perpetuum, verbi gratia animalium, eorum fœtus, & fructuum, arborum, victualium, lignaminum, operarum, auri, argenti, æris, ferri, vini, olei, & aliorum omnium quæ vendi, & emi contigerit in eadem. Necnon rectam decimam totius bajulationis ejusdem Terræ Bibini, & aliorum omnium ejus Diœcesis, v. g. Roccæ S. Agathę, Aquediæ, Aquætortæ, Panni, Montis-acuti, montis Spergisii, montis hi-

larii cum Casale S. Laurentii in valle ejus territorii posito, Castellucii de Sauro, Dellegti, S. Petri de Olibano, & Casalis S. Mariæ de Livela. Vt autem nostræ litteræ præsentis donationis, & concessionis factæ, prædictæ Bibinensi Ecclesiæ, & ejus Præsuli nomine ipsius, firmæ, stabilesque permaneant perpetuo durature, hoc de ipsis tibi Balduino nostro Notario scribere jussimus, & cum nostro sigillo insigniri fecimus, adjicentes quod si quisque Dominorum prædictarum terrarum in prædictis omnibus, & quolibet eorum, dictam Ecclesiam molestare tentaverit, vel impedierit, sociatus cum Juda traditore, & Dathan, & Abiron, terram, unde dominus fuerit, amittat sine alia culpa ad Regis dominium redeundam.

Actum Traconariæ Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo octavo decimo, Indictione a undecima.

a An. 1180. currebat Ind. xiii.

† *Signum manus Comitis Roberti Loretelli.*
† *Ego Giso humilis Florentini Episc. testis sum.*
† *Ego Matthæus Turris Majoris Abbas testis sum.*
† *Ego Robertus Civitatis Episc. testis sum.*
† *Signum Crucis quod ego Philippus de Turricella feci.*
† *Signum Crucis manus Raimundi de Somniculo.*
† *Signum Crucis, quod ego Berardinus de Offina feci.*
† *Ego Berardus de Aversa Baro prædictus interfui.*
† *Ego Petrus Carus de Brittolo prædictis interfui.*
† *Ego Alexander de Corvo Civis Foggiæ prædictis interfui.*
† *Signum Crucis propriæ manus Donadei de Boccacio.*
† *Signum Crucis propriæ manus Guillelmi de Turricella.*
† *Signum Crucis Romani Strategoti Messanæ suæ propriæ manus.*
† *Signum Crucis manus Vesilionis Archipresbyteri Dragonariæ.*
† *Signum Crucis manus Vvideeni Archidiaconi ipsius Ecclesiæ.*
† *Signum manus Presbyteri Roberti.*
† *Signum manus Petri Cantoris.*
† *Signum manus Alexandri Granetti.*

Giso autem Episcopus Vvillelmo Regi confirmandam petiit hujus donationis Roberti Ecclesiæ suæ elargitæ, quam cum benignè recepisset in tabulario Episcopii conservandam reposuit, hisce verbis conceptam.

In nomine æterni, & Salvatoris Jesu Christi Amen.

Vvillelmus divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Munificentia Regibus summo rerum Opifice insita ab ipso in melius collatorum meritò recompensans, maximè ea, quæ ad divini cultus, & ordinatione Religionis augmentum à nostris Comitibus, & omnibus aliis statuitur, ne cujusquam malignitate pulsentur, dignum est firma, & illibata persistere, & nostra confirmatione muniri. Idcirco respicientes quoddam Roberti Palatini Comitis Loretelli præsentatum nobis per ven. Patrem Dominum Gisonem Præsulem Bibinensem continens ipsum Comitem ad Dei honorem, & Beatæ Virginis Mariæ pro anima Patris, & Matris suæ dedisse, seu concessisse Ecclesiæ Bivinensi Maxima paupertate oppressæ, quia vix poterant propter Canonicorum expensarum defectum divina officia celebrari, Casale S. Petri in Drugazano, Casale Balnei, Casale Castelli de Sclavis, Casalettum Dopni Leonis, Casale S. Mariæ in Ebula posita in pertinentiis civitatis Bivini, & Casale Sabaceti eorum certis finibus terminata, libera & absoluta ab omni personali servitio, & reali, & quod immediatè, ac etiam in capite omnia teneat supradicta, & medietatem plateæ dictæ terræ omnium rerum venalium vendendarum & emendarum intus in dicta terra, & ejus circuitu ad duo milliaria, necnon rectam decimam bajulationis terræ ipsius, & altarum omnium Diœcesis ejusdem, quorum nomina dicto privilegio continentur, prædicto mitissimè, ac justè Præsule deprecante, ad Dei honorem, & B. Virginis pro salute nostra omnes prædictas donationes, & concessiones, seu libertates dictorum casalium factas per Comitem antefatum Bivinensi Ecclesiæ supradictæ, & ejus dicto Præsuli, nomine suo, sicut in eodem privilegio plenè, & apertius continetur, sibi privilegio restituto, de speciali gratia acceptamus, concedimus, & perpetuo confirmamus, statuentes quod nullus de cætero sit eam ausus, quod supra prædictis dictam præsumat Ecclesiam molestare, quod qui præsumpserit, indignationem Dei, & nostram, & amissionem terræ suæ, nisi resipiscat incursurum se noverit de facto durius quam scribatur. Ad hujus autem acceptationis, concessionis, & confirmationis nostræ memoriam & inviolabile firmamentum præsens privilegium nostrum per manus Alexandri nostri Notarii scribi, & bulla aurea nostro typario impressa insignitum nostro signaculo jussimus decorari, anno, mense, & Indictione subscriptis.

Data in Vrbe Panormi felici per manus Gualterii Venerabilis Panormitani Archiepiscopi, & Gulielmi Venerabilis Archiepiscopi Montis Regalis, & Matthæi Vicecancellarii, & Bartholomæi Venerabilis Agrigentini Episcopi Domini Regis familiarium Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo octuagesimo quarto, mense Madii, secundæ Indictionis, Regni verò Domini nostri VV. Dei gratia magnifici, & gloriosissimi Regis Siciliæ, & Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ anno nonodecimo feliciter. Amen.

6 ROBERTUS Gisoni successor ille idem, qui à Tancredo privilegium confirmationis accepit anno 1190. omnium eorum bonorum, & immunitatum olim Ecclesiæ Bovinæ concessorum, ut ex citato chartulario compertum est, è quo desumptum hoc documentum VI.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi Amen.

† *Tancredus divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.*

Cum sit de proposito Celsitudinis nostræ subditos & subjectos contemplatione servitii beneficiis prævenire ad illud, apud Deum perpetuæ intercessionis locum obtinet salubriorem, quod Ecclesiis, ac locis venerabilibus de gratia sublimitatis nostræ misericorditer elargitur, & quod fuerit à Serenitate concessum, ut firmum semper, & illibatum permaneat, expedit magnificentiæ nostræ Regali authoritate firmari. Hinc est, quod cum tu Roberte Venerabilis Bivinensis Episcope fidelis noster, Panormum ad Curiam nostram venisses, & instantius supplicasses quod Majestas nostra omnes possessiones, & tenimenta Bibinensis Ecclesiæ ipsi Ecclesiæ confirmaret. Nos attendentes fidem & devotionem tuam ex innata nobis benignitate commoniti, omnes possessiones, & omnia tenimenta præfatæ Bibinensi Ecclesiæ, quæ ipsa Ecclesia juste tenet & possidet, præsenti privilegio confirmamus; concedimus etiam intuitu Dei præfatæ Ecclesiæ Bibinensi integram decimam ipsius civitatis Bibini; de gratia quoque benignitatis nostræ concedimus, & donamus eidem Ecclesiæ Bibinensi triginta modia terrarum ad modium Bibini in territorio Bibini in loco ubi dicitur Tegula, si locus ipse est triginta modiorum terrarum ad modium Bibini, vel minùs; si verò plus est, assignentur inde ipsi Ecclesiæ triginta modia, & quod plus est, ad opus Curiæ nostræ capiatur, & conservetur. Ad hujus autem nostræ confirmationis, & concessionis memoriam & inviolabile firmamentum, præsens privilegium per manus Tauri nostri Notarii scribi, & bulla plumbea nostro impressa typario fecimus roborari, anno mense, & Indictione subscriptis.

Data in urbe felici Panormi per manus Matthæi Regii Cancellarii Anno Dominicæ Incarnationis mil-

lesimo centesimo nonagesimo mense Novembri, nonæ Indictionis, Regni verò Domini nostri Tancredi Dei gratia magnifici & Illustrissimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ anno primo feliciter. Amen.

Robertus Præsul fuit insignis ædificator Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli intra urbis mœnia, ut his versibus ibidem in marmore exaratis habetur.

Sunt anni Christi cum lustro mille ducenti
Hoc opus Angelico quo fuit sub honore dicati
Factor & exertus Præsul fuit inde Robertus.

Post annos ferè tres ab hac ædificatione Innocentius III. anno scilicet 1208. suo diplomate supra relatas donationes Ecclesiæ Bovinæ confirmavit in hunc modum abexemplari.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
servus servorum Dei.

Dilectis filiis Capitulo Bivinensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur quod est justum, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, donationes, & concessiones Casalium, videlicet S. Petri in Drugazzano, Balnei, Castelluccii, de Sclavis, Casalis Dopni Leonis, Casalis S. Mariæ de Nebula; Casalis Sabuceti, & aliorum Jurium seu libertatum, quas Robertus olim Palatinus Comes Loretelli Bivinensi fecit Ecclesiæ, cujus privilegio nobis ostenso plenius, & apertius continetur, interveniente confirmatione dilecti Ecclesiæ filii Illustris Siciliæ Regis Gulielmi primi, typario suo, bulla aurea ad æternam rei memoriam communita, & præterea ipsius Ecclesiæ Capitulo specialiter Casale quoddam, & territorium S. Petri de Matrice per eundem donata Comitem filium Benedictum ejus speciali privilegio continetur. Necnon antiquas consuetudines & Jura per eundem obtenta Capitulum eo tempore, cujus memoria non extabat, prout apparuit manifestè ex Apostolicæ sedis clementia perpetuam firmitatem habere volentes authoritate Apostolica confirmamus, continentiam infrascripti privilegii, donationes factas Capitulo, dimissis aliis suo esse munimine regio roboratis de verbo ad verbum præsenti confirmationi nostræ jussimus inserendam. Robertus Dei gratia Palatinus Comes Loretelli, &c. Quæ prædicta omnia nostra confirmatione præhabita præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut nulli omnino liceat hominum dictam Ecclesiam & Capitulum temere perturbare, sive quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, sedis Apostolicæ authoritate salva, & integra in futurum, Ecclesiastica, secularisque persona, quæ habeat nostræ confirmationis, & constitutionis paginam scienter, & temere venire tentaverit, trina monitione commonita, ni reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, ream se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni; cunctis autem prædictis Ecclesiæ & Capitulo sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem æternæ pacis præmia consequantur.

Ego Innocentius.
† *Ego Cynthius tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card.*
† *Ego Geneius SS. Joannis, & Pauli Presb. Card. tit. Pammachii.*
† *Ego Petrus tit. S. Marcelli Presb. Card.*
† *Ego Benedictus tit. S. Susannæ Presb. Card.*
† *Ego Rogerius tit. S. Anastasiæ Presb. Card.*
† *Ego Petrus s. Pudentianæ tit. Pastoris presb. card.*
† *Ego Joannes Albanen. Episc.*
† *Ego Joannes Sabinen. Episc.*
† *Ego Nicolaus Tusculanen. Episc.*
† *Ego Guido divina miseratione Prænestinus Episc.*
† *Ego Gregorius S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card.*
† *Ego Guido S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card.*
† *Ego Joannes S. Mariæ in Via-Lata Diac. Card.*
† *Ego Octavianus SS. Sergii & Bacchi Diac. Card.*
† *Ego Joannes SS. Cosmæ & Damiani Diac. Card.*
† *Ego Pelagius S. Luciæ in Septi Solio Diac. Card.*

Datum Laterani per manus Joannis S. Mariæ in Cosmed. Diac. Card. S. R. E. Cancell. tertio nonas Febr. Indict. 11. Incarnationis Dominicæ anno millesimo ducentesimo octavo, pontificatus Domini Innocentii Papæ III. anno undecimo.

Præfuit Robertus laudabili fama virtutum annis multis, obiit an. 1215.

7 GUILLELMUS inauguratur Episcopus an- VII.
no 1215. carnis sarcinam deposuit ann. 1220.

8 PETRUS subrogatur eodem an. 1220. vir pla- VIII.
ne dignus eo loco, & suæ Ecclesiæ amantissimus, quippe qui vix munus consecrationis acceperat, cum de absolvenda Cathedrali animum adjecit, quam anno sui Præsulatus undecimo ad finem perduxit, spectatur hac de re inscriptio supra majorem Ecclesiæ portam.

Incarnationis Christi anno millesimo ducentesimo trigesimo primo, Indictionis quartæ fieri quoque jussit Petrus Præsul, cui Regina pia sit salus Virgo Maria.

Fuisse vero Cathedralem hanc primò constructam anno nostræ salutis 905. alia vetus inscriptio ibidem insinuat in hæc verba.

Est hæc patrata, & ædificata fabrica,
quam Gallia, quam duxit Christi construxit Zenus 905. vehat ad cœlos ad tutam,
patriamque Christus.

Curaverat antea anno sui Præsulatus tertio à Federico II. Imp. privilegiorum à prædecessoribus suis obtentorum confirmationem habere, quod benignè cum aliis donis, & juribus anno Christi 1223. obtinuerat hujusmodi diplomate.

Federicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Siciliæ.

Per præsens scriptum notum facimus universis fidelibus nostris, tam præsentibus, quam futuris, quod post solemnem Curiam nostram noviter Capuæ celebratam, ubi inter cætera, quæ generaliter statuimus, observanda privilegia omnia, quæ ab obitu Regis Gulielmi, & ejus tempore, bonæ mem. ab eo facta, vel ab alio quocunque resignari præcepimus, coram nobis, Petrus Dei gratia Bibinensis Episcopus, juxta generale mandatum nostrum, quoddam privilegium Regis Rogerii de concessione Ecclesiæ S. Petri in Sandore, ab eo facta cum territorio, & pertinentiis suis, eorum finibus limitatis positis in territorio montis Tlaris, & quoddam aliud privilegium Roberti quondam Comitis Palatini Loretelli nostræ Curiæ resignavit, continens dictum Comitem ad Dei honorem, & B. Mariæ Virginis laudem, & quod Deus conservet vitam Regis Gulielmi, pro anima patris, & matris suæ dedisse, atque donasse venerabili patri Domino Gisoni Præsuli Bibinensi nomine, & pro parte S. Mariæ Bibinensis Ecclesiæ, & ipsi Ecclesiæ, in qua suam elegerat sepulturam, casale sancti Petri in Drugazano paucis hominibus habitatum, & quædam alia inhabitata, seu destructa, & casale Balnei, casale Castelli de Sclavis, casale Dopni Leonis, casale S. Mariæ in Ebula, posita in territorio, & pertinentiis civitatis Bibini eorum finibus limitata, & medietatem plateæ dictæ civitatis Bibini intus in ea, & ejus circuitum ad duo milliaria, omnium rerum venalium, quæ ab extraneis ementur, & vendentur ibidem. Necnon casale S. Mariæ de Sabuceto cum ejus finibus, sicut prædicti Comitis privilegio continetur, ali adjecta conditione, quod dicta Bibinensis Eccle-

sia,

sia, maxima paupertate oppressa, qua vix poterant divina officia celebrari, prædicta omnia casalia in capite teneat, & possideat immediatè; & quod pro bis nullum futurum Dominum Bibini assecuret ejus Episcopus, sed generaliter Dominum, qui dominabitur toti Regno, libera etiam & absoluta ab omni personali servitio, & reali. Necnon rectam decimam bajulationis terræ Bibini, & altarum omnium Diœcesis ejusdem, quarum nomina dicto privilegio continentur. Et quoddam aliud confirmationis Regis Gulielmi recolendæ memoriæ, aurea bulla, & ejus munitionis sigaculo, quo idem Rex prędicta omnia summariè repetendo, & alia prædictis privilegiis contenta, de speciali gratia confirmabat. Vnde prædictus Episcopus nostræ Celsitudini supplicavit, ut ipsum, successores ejus, & Ecclesiam sub protectione, & defensione nostra recipere, & prædicta omnia quæcunque in privilegiis prædictis continebantur expressè restitutis privilegiis ipsis eidem de solita benignitatis nostrę gratia acceptare, concedere, & confirmare perpetuò dignaremur; verum cum pia nostræ mentis intentio opera nobis suadent pietatis, & ad id præcipuè summa voci nostri se porrigat, ut retribuamus Deo aliquid pro iis, quæ retribuit ipse nobis. Nos autem considerantes sacra, & divina obsequia, quæ in ipsa Ecclesia celebrantur, pro reverentia Reginæ Virginis, salute principaliter nostra & remissionibus animarum fraterlitium Regum parentum nostrorum recolendæ memoriæ, prædictum Bibinensem Episcopum, ejusque successores, ac ipsam Ecclesiam cum omnibus hominibus, casalibus prædictis, justis tenimentis, libertatibus, & juribus omnibus & rationibus suis, sub speciali protectione, & defensione nostra recipimus, & restitutis eidem privilegiis supradictis de nostra speciali gratia, & recta sententia acceptamus, concedimus, & perpetuò confirmamus prædictæ Bibinensi Ecclesiæ omnia quæcunque in privilegiis prædictis plenius, & apertius continentur auctoritate præsentis scripti, mandantes firmiter universis, quatenus nullus de cætero sit tam artusus, qui super prædictis dictam Bibinensem Ecclesiam, Episcopum, & successores ejus impedire, vel molestare præsumat, quod qui præsumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incursurum, & pœnam in prædictis privilegiis comprehensam; ad hujus acceptationis, accessionis, & confirmationis nostræ memoriam, & robur perpetuò valituram, præsens scriptum scribi, & sigillo Majestatis nostræ jussimus communiri.

Data apud sanctum Germanum anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo tertio, mense Februarii undecimæ Indictionis.

Anno vero 1226. cum Ragone, seu Raone Balbano Compsæ Comite, ac Domino Montis Ylaris concordiam iniit cujusdam territorii S. Petri in Sandore, quam libere pro se, suisque successoribus Episcopis recepit, scripto super hanc rem sequenti documento hactenus asservato in tabulariis chartophylaceis Ecclesiæ memoratæ.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Anno Dominicæ Incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo vicesimo sexto, Imperii vero Domini nostri Frederici Dei gratia Romanorum Imperatoris semper Augusti anno sexto, sui vero Regni Siciliæ vigesimonono, atque cum eo regnante Illustrissimo Rege Henrico filio suo Domino nostro anno quartodecimo, duodecimo mensis Decembris, quartædecimę Indict.

Nos Rago de Balbano, Dei & Imperiali gratia Comes Compsæ relatione cujusdam hominis de monte Ylari accepimus, quod quidam Episc. Bibinensis clam, quandam partem de terris in tenimento montis Ylaris castri nostri accepit, & sic omnes successores sui clandestina possessione eadem petia terræ possederunt, huiusque & cum non deberemus pati, ut nostra negligentia & desidia sub nostro dominio, tenimentum montis Ylaris modo aliquo minueretur, consilio habito cum fidelibus nostris deliberavimus, ut nostra auctoritate,

A *non servato ordine judiciali, Bivinensem episcopum, qui nomine ecclesiæ suæ Cathedralis eandem terram, quæ est ad stratella S. Andreæ, & foraacs quadam ibi facta, & extenditur usque ad quendam valloncellum cum toto alio tenimento sancti Petri de Sandore possidebat, de ipsa terra spoliaremus, & tenimento montis Ylaris castri nostri adderemus, quod cum audiret Dominus Petrus venerabilis Bibinensis Episcopus cum quibusdam sociis ad nos apud Apium venit, humiliter nos supplicantes, ut intuitu Dei, & remissione peccatorum nostrorum matricem ecclesiam Bibinensem, de prædicta nosten non disagiremus, nec indebitè spoliaremus; sed congregata curia, ordine judiciario, si jus, & rationem aliquam haberemus, in ipsa curia ostenderemus, & præfatam terram, si decet, vendicaremus; auditis vero precibus Episcopi memorati, petitionibus suis aures nostras porreximus, & sociorum nostrorum suasionibus, inito cum eis consilio, diximus, ut si de jure suo confideret D. Episcopus, & jus probationis in se transferre vellet,*

B *quod nos de jure facere tenebamur, per idoneos testes probaret, & ostenderet, quod prænominata terra de tenimento S. Petri de Sandore esset, quod tenimentum ipse Episcopus nomine suæ Ecclesiæ possidebat. Quod Episcopus audiens gavisus est, & cum eidem Episcopo coram nobis apud Apicem testes producere difficile esset, & onerosum, Joannem Abbatem Camerarium, & fidelem nostrum specialiter apud montem Ylarum de gratia nostra misimus, ut ipse loco, & vice nostra, testes, quos Dominus Petrus Episcopus Bivinensis produceret ad probandum prætestatam terram Ecclesiæ suæ esse finibus subjectis testium oculis super ipsam terram audiret. Ad quod probandum idem Episcopus, convocato Nicolao de Sparano, Imperiali Trojæ Judice, & aliis quamplurimis Trojanis civibus, convocatis etiam quibusdam Bivinensibus, & aliis bonis hominibus de monte Ylari, coram Joanne Abbate jam dicto Camerario, & fideli nostro pro aanata, & . . . . et terra Joannem de Arduino, Rogerium de Transilico, & Magistrum Raynerium testes produnit bonæ famæ, & opinionis, ut nobis per*

C *bonos homines fideles nostros relatum est, qui juracti testificando dixerunt, quod terra illa, quam dicebamus, de tenimento montis Ylaris castri nostri, esset de tenimento S. Petri de Sandore, & Episcopus Bivinensis, qui pro tempore erat, gloriosissimo Rege Guillelmo primo regnante vivente, & D. Comite Rurando de Calinta, qui tunc erat Dominus montis Ylaris quietè & pacificè nomine suæ Ecclesiæ possedit, & cuidam Canonico Trojanæ Ecclesiæ Ugo nomine dedit ad præbendam, & Guillelmus frater ipsius Ugonis redditum totius tenimenti S. Petri de Sandore nomine fratris sui dum vixit, percepit. Et postquam idem Ugo Sipontinus Archiepiscopus effectus est, Robertus Episcopus Bibinensis contemplatione prædicti Ugonis Archiepiscopi, Matthæo, & Joanni nepotibus ejus certo censu singulis annis dedit in feudum, & ne de cætero de tenimento, & finibus tenimenti S. Petri de Sandore, qui ad Ecclesiam Bibinensem, nullo mediante pertinet, quæstio contracta, inter nos, &*

D *Episcopum ipsius Ecclesiæ oriatur, idem Dominus Petrus Episcopus Bibinensis per prædictos testes probavit, hos esse terminos, & fines S. Petri de Sandore incipiens primus terminus à vado Sandoris ascendendo juxta viam S. Andreæ, & extenditur usque ad calcaram, quam fecit Guillelmus frater ipsius Ugonis tunc Canonici Trojæ, parum remota à via, & terra Domini Ugonis Campasini, & revolvendo aliquantulum, & ascendendo juxta eandem terram D. Ugonis Camposini vadit usque ad lapidem quendam ibi naturaliter inventum in latere montis Mallani, & iterum revolvendo secus latus montis Mallani quodam magno limite existente extenditur usque ad viam S. Lazari, & descendendo juxta viam, vadit ad flumen Sandoris, & descendendo secus Sandorem, jungitur priori termino. Nos vero attestationibus nobis à Camerario nostro jam memorato oblatis, attestantibus quibusdam jurisperitis prædictis, & præcolandatis super iis diligenter consilio habito, quod nihil*

juris habebamus in terra praecontinata, sicut per attestationes cognovimus, omnem actionem, seu quaestionem, quam super terram praetestatam contra Episcopum Bibinensem, & contra praetensores nomine Ecclesiae suae monere, vel intentare possemus ipsi D. Petro venerab. Bibinensi episcopo, & ejus praetensoribus nomine suae ecclesiae perpetuo coram Domino Ugone socio nostro, Domino Rogerio de Biccari, Matthaeo Rufo, Nicolao de Rusato, Notario Ugone, Rogerio de Lazario, Magistro Golta fideli nostro remisimus, & eos de quaestione ipsius terrae liberos, & absolutos omnino clamavimus. Ad cujus rei gestae futuram memoriam, & cautelam ecclesiae Bivinensis hoc instrumentum fieri fecimus per manus Natalis de Iliceto Notarii, & fidelis nostri signo propriae manus nostrę, & subscriptorum testium praemunitam, & sigilli nostri robore roboratum, quod etiam mittimus Nicolao Sparano Imperiali Trojae Judici, & omnibus aliis, qui coram Camerario nostro praenominato interfuerunt, quando testes de finibus, & terminis tenimenti memorati sancti Petri de Sandore producti sunt.

Quod scripsi ego Notarius Natalis de Iliceto de mandato Domini mei dicti Dom. Raonis de Balbano egregii Comitis Consiae, anno, mense, & Indictione praedicta feliciter. Amen.

† *Ego qui supra Nicolaus Sparani Trojanus Imperialis Judex.*
† *Sign. crucis man. est propriae D. Ugonis de Prata.*
† *Ego Matthaeus Apicensis Abbas signum feci.*
† *Signum propriae manus suprascripti Domini Raonis de Balbano Comitis Consiae.*
† *Signum crucis propriae manus Domini Matthaei Comestabuli.*
† *Signum crucis propriae manus D. Jacobi de Scito.*
† *Sign. crucis propriae manus D. Rugerii de Scito.*
† *Signum crucis propriae manus Joannis Abbatis Camerarii.*
† *Sign. crucis propriae manus Rogerii de Biccaro.*
† *Ego Notarius Ugo interfui.*
† *Signum crucis manus est propriae Matthaei Rufi.*
† *Signum crucis propriae manus Dopni Nicolai presb. de Iliceto.*
† *Signum crucis propriae manus Domini Rogerii de Molinaria.*
† *Signum crucis propriae manus Dopni Petri Apicensis Primicerii.*
† *Sign. crucis man. est propriae Nicolai de Rosatae.*
† *Crucis signum manus est propriae de Lazario.*

Habemus ejusdem Petri donationem cum assensu tamen Canonicorum suorum factam monasterio Montis-Virginis de quibusdam ecclesiis positis in sua Dioecesi & ecclesiae Cathedrali obnoxiis anno 1235. cujus tenor talis est.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Anno ejusdem Incarnationis 1235. Imperii vero Domini nostri Federici invictissimi Imperatoris, & semper Augusti, anno quinto decimo, domini vero Hierusalem anno trigesimo octavo, atque cum eo regnante D. nostro Henrico gloriosissimo Rege filio ejus anno vigesimo tertio, die Jovis ultimo mensis Martii, octavae Indictionis apud Bibinum.

Nos Petrus Dei gratia Bibinensis Episcopus & Capitulum ejusd. ecclesiae fatemur nostram majorem Bibinensem ecclesiam ex dono Dei habere quandam ecclesiam nomine sancti Quirici, quae sita est in pertinentiis Deliceti. E più appresso. *Quam vero ecclesiam sancti Quirici cum tribus aliis ecclesiis videlicet cum ecclesia S. Joannis, quae sita est in pertinentiis Castellucii, & cum ecclesiis sancti Martini, & sancti Nicolai in Deliceto;* & aliquanto più sotto. *Si vero negligentes fueritis, aut contradictores, liceat nobis, & successoribus nostris cogere vos, & successores vestros in bonis ejusdem ecclesiae vestrae.* e quì finisce. *Sic ego qui supra Guarinus publicus Trojae Notarius scripsi, qui ad preces ejusdem venerab. Episcopi, & Capituli apud Bibinum me contuli, in quorum, &c. & praedicta Indictione.*

Actum in Camera Bibinen. Episcopi.
Nos Petrus, qui supra Bibinensis Episcopus.
Ego Ambrosius Archid. qui interfui.
Ego Petrus Cantor, qui interfui.
Ego Dom. Rogerius, qui interfui.
Ego Dom. Joannes Canonicus hoc signum feci.
Julianus Canonicus signavi praesens instrumentum, & interfui.
Ego D. Joannes Canonicus, qui interfui.
Ego D. Andreas Canonicus, qui interfui.
Ego D. Riccardus Canonicus hanc crucem feci.
Ego D. Siconolfus Canonicus hanc crucem feci.
Ratares est rectè Alenti Canonici testimonio.
Rogerius ego Canonicus subscribo me, qui interfui.
Ego D. Joannes Canonicus hoc sign. feci, qui interf.
Nos Judex Riccardus Imperialis Bibinen. qui sup.
Nos Judex Guglielmus Imperialis Bibin. qui sup.

Decessit tandem Petrus postquam per annos plus minusve decem & octo suae praefecturae, hoc est an. 1238. atque in Cathedrali ecclesia sepelitur.

9 MATTHAEUS Praesulatum adipiscitur anno 1238. eumque duobus annis administravit, extinguitur ann. 1240. IX.

10 MANERIUS successit vir probus, qui cum in Pontificatu annos quatuor egisset, moritur ann. 1244. X.

11 JO. BAPTISTA Manerio subrogatur, cujus pontificatus illustratur aedificatione famosae ecclesiae s. Mariae de Valleverde suae dioecesis ann. 1265. cui ipse Deiparae Virginis devotissimus primum lapidem jecit, praesentibus N. Asculano, Guillelmo Melphiensi, Joanne Rapollano, Ursino Montis-Viridis, Antonio Laquedonensi, Perenuo Lesinensi, Bartholomaeo Lucerino, Zacharia Bisaciensi, Benedicto Vulturariensi, Odosio Trivent. Joanne Termulano Episcopis, qui perennem indulgentiam ecclesiam piè visitantibus quotannis concesserunt, cujus historiam ex antiquo M.S evulgavit idem supracitatus Dominicus Petrus Pauli. XI.

12 HENRICUS eligitur an. 1269. obiit 1289. XII.

13 RICHARDUS creatur Antistes an. 1289. excessit ann. 1300. XIII.

14 ALEXANDER Pontifex assumptus anno 1300. sedit annos 10. & mortuus est anno 1309. XIV.

15. Fr. JACOBUS ad hanc Cathedralem evehitur à Clemente V. an. 1309. Quo Praesule Robertus Rex ecclesiae Bovinae veterum Principum confirmavit privilegia, aliaque de novo indulsit anno 1324. ut elicitur ex hoc episcopalis tabularii documento. XV.

Robertus Dei gratia Rex Jerusalem, & Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comes Justitiario Capitanatae, necnon statutis per Curiam super bonis contumacium feudatariorum dictae Provinciae fidelibus suis gratiam suam, & bonam voluntatem.

Hujus in Christo Patris fratris Jacobi, Dei gratia Bivinensis Episcopi devoti nostri data nuper majestati nostrae petitio, quod ipse nomine, & pro parte suae majoris Bivinensis Ecclesiae habens, tenens, & possidens casalia infrascripta, videlicet casale S. Petri in Drusazano, casale dictum Dopni Leonis, casale Balnei, casale Castellucii de Sclavis, casale S. Maritae in Ebula, casale Saboceti, & casale S. Laurentii in tereitorio Bivini de ipsa Capitanata Provincia posita libera siquidem & exempta ab omni onere, seu praestatione realis, aut personalis servitii, cujoscunqoe nullum nostrae Curiae ulloumquam tempore pro illis praestitit servitium, sicut potuit; conqueritur tamen, quod cum Justitiarius, seu praecessor tuus praetextu cujusdam mandati pridem vel ei per literas Caroli primogeniti nostri charissimi Calabriae Ducis, nostrique Vicarii Generalis facti specialiter super destituendis Baronibus, & Feudatariis ejusdem Provinciae, qui in praestandis militaribus servitiis debitis, seu adhogamentis nostrę Curię persolvendis tanto praeterito tempore

in eisdem literis declarati prædicti ad opus ejus- A
dem Curiæ prorogatis in ipsius Episcopi, suæque ec-
clesiæ majoris ejusdem grave præjudicium,& non mo-
dicam læsionem, super quod prædictum nostræ pro-
visionis opportuno remedio suppliciter implorato, Nos
volentes mandata, quæ de nostra Curia manant, in-
debitum cujuscunque præjudicium non afferre; fideli-
tati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus constito
tibi Justitiario præfato legitimè de exemptione hujus-
modi casalium præfatorum possessorum, illos cum fru-
ctibus, si qui medio tempore exinde sunt percepti,
prænominato Episcopo, seu certo Procuratori suo pro
ipso restituas, ac restitui mandes & facias indilatè;
quæsitis etenim de mandato nostro rationibus Thesau-
rariorum nostrorum præteriti temporis, quæ in Ar-
chivio conservantur, in illis repertum non extitit,
quod pro prædictis casalibus ullum præstitum fuerit
præfatæ nostræ Curiæ feudale servitium, seu adbo-
gamentum aliquod persolutum. Eidem tamen nostræ
Curiæ reservato, quod si processu temporis inveniri
contigerit, prænominatum Episcopum, seu dictam B
suam majorem ecclesiam Bivinensem ad aliquod ipsi
Curiæ pro prænominatis casalibus teneri servitium,
vel adbogamentum, & in illius præstatione ac solu-
tione debita defecerit, illud cum pœna statuta in ta-
libus præstare integrè dictæ nostræ Curiæ teneatur.
Quod si fortè te Justitiarium supradictum ad revo-
canda ad manus ejusdem prætacta casalia rationabi-
lis aliu causa movit, illam nobis intimare procures
per tuas literas speciales.

Datum per Barulisi Dartinona militem Logothe-
tam, & Protonotarium Regni Siciliæ, anno millesi-
mo tricentesimo vigesimo quarto, die vigesimo primo
Junii septimæ Indict. regnorum nostrorum anno 15.

Jacobi sæpe fit mentio in Regio Regest. Neapo-
litano qui mortem obiit an. 1328.

XVI. 16 ROSTAGNUS successor Roberti excessit
an. 1329. ex Reg. Vat.

XVII. 17 Fr. ROGERUS Ord. Minorum Rostagni
locum accepit delectus ab Joanne XXII. Kal. Maii,
1329. ita legitur in Reg. Vatic. apud Waddingum C
Annal. Minorum tom. 3. cui Benedictus XII. scri-
psit hoc diploma, omniaque ecclesiæ Bovinæ elar-
gita privilegia asseruit.

BENEDICTUS EPISCOPUS
servus servorum Dei.
Venerabili fratri Episcopo Bivinensi, & di-
lectis filiis Capitulo Ecclesiæ Bivinen-
sis salutem, & Apostolicam be-
nedictionem.

Solet annuere Sedes Apostolica piis votis, & hone-
stis, & præsentium precibus favorem benevolum im-
partiri; eapropter venerabilis frater, & dilecti in
Domino filii, vestris justis postulationibus grato con-
currentes assensu omnes libertates, & immunitates
à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive
per privilegia, seu alias indulgentias vobis, & ec-
clesiæ vestræ concessas, necnon libertates, & exem-
ptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Princi-
pibus, ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis in-
dultas, sicut eas justè, ac pacificè obtinetis, vobis & per D
vos eidem eccl. auctoritate Apostolica confirmamus, &
præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confir-
mationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indigna-
tionem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pau-
li Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Avenioni secundo mensis Decembr. Pontifi-
catus anno secundo.

XVIII. 18 MATTHÆUM successisse Rogerio anno
1340. Diptyca Dominici Petri Pauli scribit, cujus
electionem non vidimus, neque in Reg. Vat. neque
in Actis Consistorialibus.

XIX. 19 NICOLAUS obiit anno 1354. ex reg. Vatic.
in Bulla Petri Successoris.

XX 20 Fr. PETRUS de Argentino Ord. Eremita-
rum S. Augustini electus Episcopus Bovinæ Eccle-
siæ in Provincia Beneventana per obitum Nicolai
ab Innocentio VI. anno Christi 1354. 2. Id. Febr. an.
2. pontificatus, ita in reg. Vat. Epist. 16. fol. 32.

21 Fr. PETRUS Auletta successit Petro anno XXI
1381. ut Diptyca refert: cujus præsulatum proten-
dit ad annum usque 1412. quod nullo modo stare po-
test, ut ex sequentibus patet.

22 JOANNES hujus Ecclesiæ Præsul obiit an. XXII.
1386. ex lib. obligat. Urbani VI.

23 BERNARDUS Ferrarius de Achaja ele- XXIII
ctus successor Joannis die 2. Septembris anno 1386.
ex eodem oblig. lib. fol. 84.

24 Fr. ANTONIUS Ord. Minorum promo- XXIV
tus legitur in eodem lib. sub Bonifacio IX. die 2.
Martii anno 1397. translatus est ad Ecclesiam Tur-
tibulensem in eadem Provincia Beneventana an-
no 1403.

25 BARTHOLOMÆUM de Porta virum XXV.
nobilem Salernitanum, & Jurisconsultum celebrem
laureatum jam antea Episcopum Scaturensem sor-
tita est Episcopum Bovinensis ecclesia 9. Kal. Se-
ptembris 1403. ex lib. oblig. Bonifacii IX. in cujus
gratiam sequenti anno Ladislaus Rex ad favorem
Ecclesiæ Bovinæ scripsit Capitaneo (ut vocant) ci-
C vitatis Bovini in hæc verba ex sæpè citato tabulario.

Ladislaus Dei gratia Hungariæ, Jerusalem, Siciliæ,
Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Luo-
dometiæ, Cromatiæ, Bulgariæque Rex, Provinciæ,
& Forchalquerii, ac Pedemontis Comes Capitaneo
civitatis Bivini præsenti, & aliis successive futu-
ris fidelibus nostris dilectis gratiam & bonam vo-
luntatem.

Molesta sunt nobis quæcunque gravamina irrogata
fidelibus, sed quæ inferuntur Ecclesiis, Ecclesiasti-
cisque personis eò molestius, graviusque perferimus,
quò specialiter eos affectu benigno prosequimur, &
eorum favores & commoda quantum honestius possu-
mus perscrutamur. Cum Reverendus in Christo Pa-
ter Episcopus Bivinensis devotus, & fidelis noster
dilectus noviter Majestati nostræ querulatus expo-
suit, quod licet ipse Episcopus à diu justè, & rationa-
biliter tenuerit, ac possederit, ac habeat, teneat, &
D possideat nomine & pro parte dictæ suæ Ecclesiæ non-
nulla bona stabilia, ac Casalia sita & posita in territo-
rio, & pertinentiis dictæ civitatis Bivini cum eorum
territoriis, tenimentis, redditibus, herbagiis, pascuis,
vallibus, & montibus, ac juribus, & pertinentiis om-
nibus ad ipsa Casalia, & bona spectantibus, & perti-
nentibus quovis modo, Bajuli tamen dictæ civitatis
Bovini turbant, & molestant indebitè ipsum Episco-
pum, & alios ejus nomine tenentes & possidentes bona
stabilia & Casalia supradicta, non permittentes eos
ipsorum bonorum & Casalium pacifica possessione gau-
dere, nec fructus, redditus, & proventus percipere
provenientes ex illis, non sine offensa divini nomi-
nis, majestatis nostræ contemptu, & ipsius Ecclesiæ,
præfatique Episcopi evidenti & notorio detrimento su-
per & pro parte ipsius Episcopi nostro præsidio implo-
rato; nos molestationes hujusmodi gerentes præmissis
consideratoribus minaces graves volumus & fidelitati
vestræ præsentium tenore de certa nostra scientia com-

mittimus & mandamus expressè, quatenus, si præmissa veritate nitantur, memoratum Episcopum, seu alium pro eodem in possessione dictorum bonorum & Casalium, quæ justè & rationabiliter pro parte dictæ Ecclesiæ tenet & possidet, ut præfertur, tam tu præsens Capitanee manuteneas justi favoris præsidio protegas & defendas, quàm vos alii Capitanei successive futuri manuteneatis, protegatis & defendatis modo simili quamdiu scilicet, possessionis ejusdem duraverit justa causa, ac memoratos bajulos turbatores, & molestatores illicitos, & quoscunque alios ut ab hujusmodi indebitis molestationibus, & turbationibus penitus & omnino desistant, dictamque Episcopum nomine & pro parte dictæ suæ Ecclesiæ dictorum bonorum & Casalium pacifica possessione gaudere permittant, & impositiones pœnarum, & venationes earum pro nostra Curia, si inciderint in easdem, aliaque debita & opportuna juris remedia districtius compulsuri, pecuniam verò totam scilicet ex pœnis ipsis forsitan perventuram, ad nostram Curiam transmittatis, significaturi nobis nihilominus processum omnem, quem super hoc habueritis, & quicquid faciendum duxeritis in præmissis; Præsentes autem litteras magno nostro præsenti sigillo munitas in præmissorum testimonium dirigentes, quas post opportunam inspectionem earum, pro cautela, juribus singulis restitui volumus præsentanti.

Datum Neapoli in absentia Logothetæ, & Protonotarii nostri Regni Siciliæ ejus Locumtenentis per virum nobilem Gurellum de Neapoli legum Doctorem, magnæ nostræ Curiæ Magistrum rationalem Locumtenentem Magistri Camerarii dicti Regni nostri Siciliæ, Consiliarium, & fidelem nostrum dilectum, Anno Domini millesimo quatringentesimo quarto, die tertia mensis Septembris, tertiæ decimæ Indictionis, Regnorum nostrorum anno decimo octavo.

Obiit Bartholomæus anno 1425.

XXVI 26 Fr. BARTHOLOMÆUS Sperella, Neapolitanus, Ord Minorum, Episcopus tunc Turribulensis, Bartholomæo de Potta successit à Martino V. huc translatus die 24. Septembris 1425. pontificatus Martini 8. ut docet lib. Provis. fol. 114. Haud diuturnus Episcopus fuit, dum summa cum laude episcopale munus exequeretur, quarto à suscepta infula migravit è vita an. 1429. in Cathedrali humatus, ubi Sacellum excitaverat, habet hoc epitaphium.

Hic jacet Frater Bartholomæus Sperella
Parthenopeus Ordinis Minorum Episcopus
Bivinensis, qui obiit anno Domini
MCCCCXXIX.

XXVII. 27 PETRUS de Scaleriis Bovini nobili familia natus ex Archidiacono evasit patriæ Episcopus an. 1429. Hic optimus Præsul, omnem toto Episcopatus sui tempore curam impendit argenteis candelabris, Thecisque ad sacra lipsana sanctorum servanda, pretiosiorique supellectile Ecclesiastica Altaria Bivinensis Cathedræ exornavit. Visitur adhuc Icon pulcherrima S. Nicolai, ubi ejus insignia & imago spectatur, & leguntur hæc verba.

Hanc Iconem fieri fecit Reverendus in Christo Pater Dominus Petrus de Scaleriis Episcopus Bivinensis per manus Bructii Pictoris de Ariano sub ann. Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, die decimoquinto mensis Augusti decimæ quintæ Indictionis feliciter Amen.

Is quatuor & triginta pené annis gesto Episcopatu obiit, humatusque fuit in Cathedrali, ubi hæc erat inscriptio.

Hic jacet Reverendus in Christo Pater Dominus Petrus de Scaleriis Bivinensis Episcopus & Civis, qui obiit decimo octavo mensis Martii anno millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

XXVIII. 28 NATULUS è gente Lombarda nobilis Trojanus excepit Petrum electus à Paulo II an. 1463. mensam Episcopalem auxit, eamque ita cumulavit ut post Robertum Comitem Loretelli quasi novam dotationem consecuta esse videretur, quo Præsule fratres Prædicatores in hac urbe recipiuntur an. 1465. apud Ecclesiam S. Michaelis Archangeli, ubi conditum fuit Cœnobium ex pia liberalitate Matthæi Estendardi Bivinæ civitatis Domini Clerum arctiori Ecclesiastica disciplina continuit, & vitæ suæ exemplo populum sibi commissum ad pascua salutis adduxit. Vixit in Pontif. plus minusve quatuordecim annis, & in patria sua, quò casu fere ceperat, mortuus est an 1477. jacet in sacello suæ familiæ in Cathedrali Trojana cum sequenti epigrap.

Quem genuit Lombarda domus virtute nitentem
Natulus hoc tumulo clauditur ecce brevi.
Da lacrymas Troja, & singultus Terra Bovini;
Tu quia Mater eras, tu quia Præsul erat.

29 JOANNES („ *Gagliardus*) Candida à Sixto IV. promotus anno 1477. Kal. Martii excessit sub Julio II. anno 1510. XXIX

30 JOANNES Joannem excepit ex familia de Capellanis Laurei Provinciæ Terræ laboris Oppidi ad hanc insulam vocatus à Julio II. die 24. Aprilis 1510. Ferunt partem Episcopii exædificasse pauca illa verba in marmore conscripta. XXX

Joannes de Capellanis Episcopus
Bivinensis.

Interfuit Lateranensi Concilio sub eodem Julio II. & vitam cum morte commutavit anno 1529.

31 BENEDICTUS Cardinalis Accoltus a hanc habuit Ecclesiam commendatam die 24. Januarii 1530. eamque dimisit anno 1535. ut docent Acta consistorialia. XXXI

32 GABRIEL Cardinalis Marinus dictus b Card. Barensis ex dimissione Card. Accolti, factus est Bovinæ Ecclesiæ administrator die 15. c April. 1535. pauloque post fato cessit. XXXII.

33 Fr. ALPHONSUS Oliva Aquilanus Ord. Eremitarum S. Augustinis Sacelli Pontificii Præfectus ad Bovinensem Cathedram promotus die 21. d Augusti 1535. absens eam administravit Ecclesiam ann. sex, eamque cum Amalphitano Archiepiscopatu commutavit anno 1541. XXXIII.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 477.

b De eodem Ciacon. to. 3. col. 510.

c Die 14. April. ex Actis.

d Die 21. Augusti ex Actis.



34 FERDINANDUS de Anna, Neapolitanus, sanguine clarus, clarusque doctrina, erat enim summus Theologus. & in omnium scientiarum genere versatus, ex Archiepiscopo Amalphitano translatus est ad hanc Bovinam Ecclesiam die 13. Maii 1541. quo titulo sub Pio IV. Tridentino Concilio interfuit, summiq; Theologi laudem tulit. Dignissimus sanè Præsul, ac longe diversus a priori Amalphitana administratione, Bovinam hanc Ecclesiam ita pie, ita prudenter annis 25. administravit, ut priscos illos Episcopos æmulari videretur. Cajetæ vita defungitur anno 1565. postquam sibi eodem anno coadiutorem adscivisset Joannem Dominicum suum germanum fratrem: de eo vide quæ scripsimus in Amalphitanis Archiepiscopis. XXXIV.

35 JOANNES DOMINICUS Aonius vel de Anna, fratris coadjuror cum spe futuræ successionis adlectus est à Pio IV. die 5. Septembris 1565. ab eodem Pontifice munus consecrationis accepit paulo XXXV.

que post germano defuncto successit, vir in utroqoe jure ita excellens ut suo sæculo in ea facultate vixerit veluti princeps. Sedit ann. 13. laudabili fama virtutum. Neapoli cessit è vita anno 1578. ubi jacet in sepulchro majorum suorum.



XXXVI. 35 ANGELUS Justinianus Benedicti & Mariæ ex Condominis Chiæ Insulæ filius Vincentii Cardinalis nepos, frater patruelis Benedicti Cardinalis Sixti V. Julii Adjacensis Episcopi patruus, juvenis 27. annorum pronunciatus est Episcopus Bovinus à Greg. XIII. die 14. Maii 1578. Romæ unctus est Episcopus, possessionem adeptus in pervigilio Pentecostes eodem anno, & solemnem ingressum fecit Bovinum. Hanc Angelus Ecclesiam summopere nobilitavit, quam vigilanter, & omnibus gratus per annos omnino 23. rexit, fato correptus in Iliceto suæ Diœcesis loco die 19. Augusti 1600. Cadaver relatum Bovinum, in Cathedrali collocatum quiescit, ubi ad nobilem marmoreum tumulum hoc legentibus prostrat cenotaphium.

D. O. M.

Angelo Justiniano Episcopo Bovinensi summis, mediis, infimis æque gratissimo, postquam Episcopatum viginti tres ipsos annos sanctissimè administrasset, sibique Civitatem Bovinensem omnibus amoris, & liberalitatis officiis demeruisset, vitæ mortalitatem virtutis immortalitate mutavit, annos natus quinquaginta. Benedictus Justinianus nepos optimo patruo posuit, & ipse Juvenis duorum & viginti annorum lectissimus, & ad omnia summa natur in ipso flore tam virtutis, quàm ætatis extinguitur. Ibi post patruum, alterumque Patruum, Aviamque, nonnullosque alios propinquos hoc ipso in tumulo compositos, hanc Episcopo patruo memoriam exaravit, Maria Elena Benedicti filia gentilibus optimis gratæ memoriæ monumentum absolvit.



XXXVII 37 PAULUS Tolosa Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus, insignis verbi Dei præco, vitaque innocentissimus, defuncto Angelo, invitus trahitur ad Ecclesiam Bovinam moderandam, Episcopus pronunciatus à Clemente VIII. die 30 Aprilis 1601. Romæ in S. Silvestri in Quirinali sacris perungitur ab Alexandro Card. Mediceo, mox Leone X. Pont. Max. assistentibus Bonaventura Secusio Patriarcha Constantinopolitano, & Thoma Vanvinio Episc. Abellino die 3. Maii solemni ritu ingressus est mense Junio. Sequenti verò renunciatus Apostolicus Nuncius ad Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem, ubi diu insigni cum laude prudentiæ, ac Principum præsertim approbatione munus gessit; revocatus indè suam Ecclesiam repetiit, quam sacris lipsanis Mauritii, sociorumque Martyrum cohonestaverat. Seminarium Clericorum instituit, Patresque Societatis Jesu intra Urbem recepit, cumq; eam integerrimè per decem & quinque annos administrasset, reclamantibus populis ad Archiepiscopalem sedem Theatinam translatus est anno 1616. ut in tom. 6. in serie ejus Urbis Archiepiscoporum enarravimus, cujus laudes luculenti stylo sparsim descripsit Silos Annal. Clericorom Regul. tom. 2.

38 JOANNES Antonius Galderisius nobilis Monopolitanus electus die 11. Januarii 1616. Bovinum ingressus est die 7. Martii, quo Præsule Cappuccini fratres Cœnobium condiderunt haud procul à civitate anno 1622 adjuvante Julia Boncompagno Bovini Ducissa. XXXVIII

39 VINCENTIUS Raviglionus, Neapolitanos, electus anno 1658. XXXIX.

A D D I T I O.

(" *Decessit Roviglionus mense Augusto 1669.*
" *FRANCISCUS Antonius Curtius, civis & Ca-* XL
" *nonicus Neapolitanus, J.V.D. Advocatus fiscalis,*
" *judex in causis civilibus, S. Officii Consultor, Pæ-*
" *nitentiarius, ac Examinator Synodalis Neapoli-*
" *tani Archipræsulatus, Ecclesiæ Bovinensi præfe-*
" *ctus est 30. Junii 1670. Obiit mense Augusto 1672.*
" *JOSEPH de Jacobo, presbyter, & Canonicus* XLI
" *Messanensis, J. U. D. electus est Bovinensis Anti-*
" *stes 27. Febrarii 1673. Diem clausit extremum*
" *Romæ 1684.*
" *ANGELUS Cerasi, presbyter Caputaquensis* XLII
" *diœcesis, I. V. D. cum antea Caputaquensis Cano-*
" *nicus, ibique Examinator synodalis extitisset, tan-*
" *dem ex Rectore Ecclesiæ parochialis S. Michaelis*
" *Archangeli Neapolis ad hanc sedem vocatur 5. Fe-*
" *bruarii 1685. Vivit.*)

CIVITATENSES
EPISCOPI.

CIVITAS Marsici Veteris fuit in Capitanata Apuliæ; sed Episcopalem hic sedem fuisse patet tum ex Provinciali Romano, tum ex valvis æneis Metropolitanæ Ecclesiæ Beneventanæ, in quibus episcopatus hic notatus legitur inter suffraganeos illius Metropolis; diruta verò Civitate Episcopalis sedes à Gregorio XIII. translata est ad sanctum Severum, & Civitatensis Ecclesia per cessionem Francisci Card. Alciati ultimi illius episcopi, reducta ad Archipresbyteratum ruralem. Episcopi Civitatenses pauci sequentes sunt, qui ad nostram pervenere notitiam ex variis monumentis collecti.

1 AMELGERIUS Civitatensis Episcopus nominatur in Chronic. Abbatiæ sanctæ Sophiæ de Benevento anno 1062. I.

2 ROGERIUS ejusdem Sedis Episcopus cum suffraganeis Beneventanæ Ecclesiæ interfuit Conventui celebrato in Metropolitana à Milone Beneventano Archiepiscopo ano. 1075. ac testis fuit documento ejusdem Milonis ad favorem Ecclesiæ sanctæ Sophiæ. II.

3 LANDULPHUS interest Synodo Melphitensi ab Urbano II. celebratæ an. 1092. fortassis Lan- III.

cul-

dulphus iste Civitatensis Episcopus est, qui sub Paschale I. litem habuit cum Abbate & Monachis Terræ Majoris quæ cum amicabiliter ex mandato ejusdem Pontificis definita fuisset, Abbas deinde eam turbare conatus est: Episcopus vero ad Gelasium II: pro justitia obtinenda confugit, a quo sequens retulit favorabile decretum, quod ab exemplari exscripsimus.

JO. GAJETANUS EPISCOPUS
Servus servorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, & Monachis Terræ Majoris, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum super controversia, quæ olim inter vos, & venerabilem fratrem nostrum Civitatensem Episcopum diutius fuerat agitata de utriusque partis assensu amicabiliter compositio auctoritate felicis recordationis Paschalis Papæ prædecessoris nostri, sicut recolimus intercesserit, eam sicut prædicto Episcopo significante comperimus negligitis observare, & illi contra ipsius compositionis tenorem suam justitiam subtrahere minime formidatis. Quia igitur pati nolumus nec debemus, ut quæ favore Apostolico, vel judicio fuat sopita, cujusquam malitia recidivam incurrant, vel quidquam in eorum præjudicium attemptetur, per Apostolica vobis scripta mandamus quatenus eandem compositionem omni contradictione, & appellatione cessante inviolabiliter observetis, nec contra eam venire de cætero præsumatis, & si quæ contra ejusdem compositionis tenorem prædicto episcopo subtraxistis, ipsi Episcopo sine dilatione qualibet, contradictione, & appellatione cessante reddere minimè postponatis, aut super ipsis satisfactionem congruam exhibere, & ab administratione Pontificalis officii in sancto Severo juxta dictam compositionem curetis cautius abstinere, vel in festo S. Lucæ proximè venturo super his dicto Episcopo plenarie responsuri nostro vos conspectui præsentetis, nullis litteris veritati, & justitiæ præjudicium facientibus si quæ comperuerint à sede Apostolica impetratæ.

Datum Romæ apud S. Petrum 10. Kal. Augusti Pontificatus nostri anno 1.

Gelasius adhuc proprium retinebat Joannis nomen, ut in aliis datis ab ipso bullis observavimus.

IV 4 ROBERTUS interfuit Concilio Laterano ab Alexandro III. celebrato anno 1179. memoratur etiam anno 1180. in donatione, quam fecit Robertus Comes Loretelli Ecclesiæ Bovinæ anno 1108.

V. 5 N. nomen ignoratur, Canonicus Beneventanus per Guillelmum Diac. Card. S. Eustachii Apostolicæ sedis Legatum mandante Innocentio IV. in Epistola ad eandem directa sub Dat. 2. Id Decemb. an. pontif 12. Christi 1255. eligitur Civitatensis episcopus, confirmatur deinde ab Alexandro IV. successore ex reg. Vatic.

VI. 6 PETRUS anno 1303. in reg. Regin & anno 1354.

VII. 7 JOANNES hujus Ecclesiæ Præsul vivebat sub Clemente V. anno 1310 Joannes item nominatur in reg. regest. Neapolitano quo decimas petit, fortassis idem est cum isto, qui sub Clemente vixit.

VIII. 8 HUGO in eodem reg. memoratur an. 1318. & 1324.

IX. („ *Fr. LAURENTIUS de Viterbio, Ord. Prædicatorum Theologus insignis, à Joanne XXII. circa an. 1330 creatur est Civitatensis Episcopus; obiitque circa an.* 1340. Fontana in Theatro Dominic. *En hac autem serie eliminandus omnino est Joannes ille, qui apud Harduinum in Conciliorum novissima collectione interfuit an. 1335. Concilio Salmaticensi; atque inter Civitatenses Regni Neapolitani locatur ab eodemmet Harduino tomo ultimo in Indice Episcoporum. Is enim fuit Civitatensis Episcopus in regno Leonis in Hispania, vulgo* Ciudad Rodrigo, *sub Archiepiscopo Compostellano.*)

X. 9 JOANNES Episcopus Civitatensis memoratur in Bulla Clementis VI. ad favorem Cœnobii Casænovæ Ord. Cisterciensis Pennensis Diœcesis pro unione Abbatiæ S. Joannis in Lamis hujus Diœcesis. Dat. Avenioni anno 1347. eodem anno fortassis defunctus

XI. 10 CHRISTIANUS, cujus meminit Regium Neap. regest. anno 1347. transfertur ad Frequentinensem Ecclesiam an 1349. ex reg. Vatic.

XII. 11 MATTHÆUS Episcopus Orghaten translatus ad Civitatensem in Beneventana Provincia à Clemente VI. anno 1349. 13. Kal Julii an. 7. ex reg. Vatic. Epist. 89. fol. 34.

XIII. 12 RAYMUNDUS (1) Episcopus Civitatensis ad Muranen. translatus anno 1353. defunctus antequam literæ translationis conficerentur, ut in reg Vatic. habetur.

XIV. 13 STEPHANUS obiit anno 1367. successerat Raymundo.

XV. 14 Fr. JOANNES Viterbiensis, Ord. Prædic. electus per obitum Stephani 17. Kal. Maii ann. Urbani V. pontif. 5. salutis 1367.

XVI. 15 BENEDICTUS. Mentio extat in lib solut. Prælat.

XVII 16 PETRUS successor Benedicti memoratur in eodem libro.

XVIII 17 JOANNES electus die 10. Julii 1401. promisit pro se, prove Petro, & Benedicto prædecessoribus suis in eodem lib. mortuus est anno 1412.





XIX. 18 JACOBUS Minutulus Canonicus Neapolitanus hujus Ecclesiæ administrator eligitur ab Joanne XXIII. Non. Septemb. 1412. & dispensatur super defectu ætatis, vix enim decimum nonum suæ ætatis annum attingebat, ex lib. provis. Prælat.





XX. 19 JACOBUS Caracciolus Neapolitanus con-

(1) Hic deceptus Ughellus Raymundum hujus Ecclesiæ Episcopum asserit, translatum deinde ad Marianensem: qui tamen Raymundus fuit Episcopus Civitatensis in Sardinia, & ad Marianensem Ecclesiam in Corsica transitum fecit, ut Vaticanum regest. habet, & ipse Ughellus in Marianensibus scripsit.

constituitur hujus Episcopatus administrator anno 1425. die 25. Martii in eodem lib. anno 1439. mense Octob. per Eugenium IV. hæc Civitatensis ecclesia unita fuit Ecclesiæ Lucerinæ; sed non diu duravit connexio hæc. A

XX. 20 NICOLAUS electus à Sixto IV. an. 1478. 7. Id. Febr.

XXI. 21 PETRUS successit 12. Kal. Novemb. 1483. ex Actis Consistor.

XXII. („ *THOMAS de Nola, collegio doctorum Neapolitanorum aggregatus, ejusdemque studii per 30. annos Vicecancellarius, Ordinis Prædicatorum, Civitatensis Episcopus evasit circa an. 1500. cujus mentionem facit Leander, dum de hac civitate in descriptione Italiæ loquitur, dicens fuisse suo tempore Thomam hujus Ecclesiæ Episcopum.* Fontana in theatro Dominic)

XXIII 22 PANCRATIUS Rotundus de Fracta penè capularis senex electus est Episcopus Civitatensis die 19. Januar. 1504 post paucos menses à sua consecratione Romæ mortalitatem explevit, sepultus est in Ecclesia sanctorum 12. Apostolorum sub marmoreo lapide hisce verbis inscripto. B

D. O. M.
Pancratio Rotundo Fractiano Episcopo Civitaten. V. optimo. Vixit an LXXX. mens. III. D. IIII. Jacobus, & Marcus fratris fil. patruo ben. mer. grati pos. Anno MDVI. Febr. D. XIIII.

23 ROBERTUS Tribaldescus electus die 23.
XXIV Junii 1505. institutus sequenti an. à Julio II. civitatis Beneventanæ Gubernator: eximii ac prudentis viri laudem tulit, qui difficillimis illis temporibus factiosos cives, populosque in fidem sedis Apostolicæ constabilierit.



XXV 24 ANTONIUS de Monte Aretinus electus, tunc Bethlecmitanus translatus est ad hanc Civitatensem Ecclesiam in Beneventana Provincia tunc vacantem die 21. Aug. anno 1517.

25 GASPAR de Monte Episcopus Civitatensis
XXVI defunctus est anno 1545.

26 LUCAS Gauricus a, Geophanensis philo-
XXVII. sophicis, atque astrologicis præcipuè studiis versatissimus in Italia inclaruit. at suis astronomicis prognosticis multa prædixit nec sine suæ vitæ periculo: etenim cum Bononiæ versaretur, & Joannem Bentivolum excessurum patria, & dominatu in anni ejus prognostico vaticinatus esset, arreptus ab illo, atque ex præalta trochlea suspensus fune quinquies misere quassatus, nimiæ in prædicendo libertatis pœnas dedit. In Urbe diu sub Leone X. Clemente VII. & Paulo III. apud litteratos habitus in pretio fuit, ac tandem in gratiam Alexandri Card. Farnesii, Civitatensi hac infula exornatus fuit die 14. Decembris 1545 Præfuit ann quinque, ultroque eo munere se abdicavit, quippe qui deinde vitam aggressus Romæ, post multos in Astrologicis studiis labores exactos, plenus dierum morte præreptus est anno 1558. & ante fores Aracœlanæ Ecclesiæ sepultus. ubi hæc brevis adhuc legitur inscriptio in marmore exarata. D

a De eo Blanchabus in Chron. Clar. Mathem. p. 69. & Toppius in Bibl. Neap. ejusque auctarius Nicodemus. Monast.

D. O. M.
Lucæ Gaurico Geophan. Episcopo Civitaten. obiit die VI. Martii MDLVIII Vixit Ann. LXXXI. M. XI. D. XXV. Sebastianus Beacincasa Geophanen. & Octavianus Canis Bonon. hæredes ex testamento D. M. P.

27 GERARDUS Rambaldus b Veronensis doctus in artibus magister, ac nobili genere natus ex cessione Gaurici evasit Episcopus die 30. c Martii 1550. Sedit annos 11. florentissima in ætate defunctus est anno 1561. XXVIII.

b Laudatur à Hieron. Corte in hist. Veron. l. 20 p. 736. Monast. 130 Maii.

28 FRANCISCUS Alciatus d, Mediolanensis I. V. D. egregius, atque primarius in Ticinen. Academia interpres, Episcopus hujus ecclesiæ Civitatensis in Beneventana Provincia. non Civitatensis in Hispania, Presb. Card. S. Mariæ in Porticu, scientia, ac cæteris omnibus disciplinis florentissimus, virtute, atque humanitate, vir longè clarissimus, ut scribit Ciaconius, electus die 5. Septembris 1561. per obitum Geraldi cum retentione Parochialis Ecclesiæ de Comurana Nullius, seu Ferrariensis Diœcesis, ut narrant Acta Consistorialia. Præfuit absens huic ecclesiæ jam inde in numerum Cardinalium ab eodem Pio IV. cooptatus, ann. plus minus 19. eamque dimisit ann. 1580. Gregorio XIII. sedente, à quo suppressa est eodem anno Civitatensis hæc Episcopalis dignitas, & ad novam Ecclesiam S. Severi translata, ut infra dicemus. Cæterum Alciatus Card. prædictus Romæ obiit anno eodem 1580. 13. Kal. Maii, sepultus in ecclesia Angelorum, ubi cum ejus effigie extat epitaphium à Ciacone relatum. XXIX

d De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 971.

DRACONARIENSES

EPISCOPI.

C

DRACONARIA exigua olim Terræ laboris civitas fuit, Episcopali tamen dignitate celebris, à Catapano Apuliæ Præside ædificata circa annum Domini MV ut scribunt. Episcopatus hic fortassis institutus eodem tempore, vel paulò post quam ecclesia Beneventana Archiepiscopali condecorata est dignitate cujus evasit suffraganeus. In æneis porrò valvis Beneventanæ Metropolis inter ejus suffraganeos Draconariensis recensetur, & in Provinciali quoque Romano, cujus Episcopalis mensæ fructus taxati erant Flor 33. Sed civitate ad solum æquata, per Romanos Pontifices Episcopalis dignitas perpetuò suppressa, Cathedralis Ecclesia in ruralem Archipresbyteratum redacta est, & unita Episcopatui S. Severi. Præsules, qui eam rexerunt ecclesiam, hi tantùm pauci à nobis ex variis monumentis sunt observati.

1 LEO Draconariæ Episcopus anno 1061. adversus quem Amicus Abbas S. Sophiæ de Benevento in Synodo congregata ab Uldarico Beneventano Archiepiscopo reclamavit, repetiitque Ecclesiam S. Mariæ de Olvino, & sancti Benedicti juris Monasterii sui ab eodem Leone occupatas, quas libenter in Synodo dimisit. ut ex documento Uldarici Archiepiscopi supra relato in Archiepiscopis Beneventanis licet prospicere. Sed anno quoque subsequente 1062. idem Amicus Abbas in alio Conventu ab eodem Ulderico Archiepiscopo cum suis suffraganeis celebrato insurrexit adversus eundem Leonem Episcopum pro iisdem Ecclesiis, juribusque eorum recuperandis, eoque Leone dimittente, & Conventu adjudicante iterum recepit. Rem narrat aliud documentum à superiori diversum, quod ex eodem Chron. Monast. s. Sophiæ hic non piget referre; plura enim continet scitu dignissima. I.

In

In nomine Domini Omnipotentis nostri Jesu Christi, & in nomine Sanctæ, ac Individuæ Trinitatis.

Quamobrem noverit omnium fidelium præsentium scilicet, ac futurarum sagacitas, dum residemus in sancta Synodo congregati, unusquisque confitens sua facinora, & delicta, quemadmodum Beatus Apostolus Jacobus proclamat in sua epistola, dum hanc in sententiam, ac verba prorumpit. Confitemini alterutrum peccata, ac crimina vestra, & orate Dominum Omnipotentem pro invicem, ut salvemini, ne tremendam illam vocem Judicis æterni audiatis in extremo judicii die, quando ad peccatores dicet, Ite à me vos maledicti in ignem æternum; & è contra ad justos: Venite benedicti Patris mei, possidete vitam æternam, quæ præparata est vobis à Patre meo; etenim multum valet coram Deo Omnipotente deprecatio assidua hominis justi & recti corde. Ibique residente D. Udalrico egregio Archiepiscopo ejusdem Sedis, & juxta eum residente Domino Landolpho Serenissimo Principe, necnon & Bernardo Episcopo, ac Cancellario Domini Summi Pontificis, & venerab. Papæ Nicolai nomine, ubi & Dodo Episcopus, ac Vicarius ejusdem Domini Papæ in eodem Concilio, & Episcopus Amelgerius sanctæ Sedis Civitatensis, & Landolphus Episcopus sanctæ Sedis Florentinensis, & Joannes Episcopus sanctę Sedis Larinensis, cæterique Episcopi, ac Abbates, Sacerdotes, ac Clerici, & cuncto populo ibi assistente. Postea quam autem sancta lectio in eadem sancta Synodo terminata est ad emendationem uniuscujusque hominis, cujus res, aut ecclesia, seu quæcunque causa injusta reperta est, acquirere in omnibus suis juribus, ac petitionibus, quod justè in sua possessione legaliter habere & possidere videntur, ut Domino Omnipotente tuente, unusquisque cum suis possessionibus ad propria cum gaudio, ac lætitia remearet. Interea surrexit Amicus humilis Abbas monasterii sanctissimæ Virginis Sophiæ, humoque & in terra prostratus cum reverentia, ac humilitate summa cœpit reclamare contra, & adversus Leonem Episcopum sanctissimæ sedis Dragonariæ, & in hæc verba quam primum prorupit: Quod ipse Leo Episcopus Dragonarios injustè, & irrationabiliter teneret ecclesiam vocabulo sanctæ Mariæ constructam in loco, qui majorum nostrorum tempore Sico nominari solebat, moderno autem tempore ab hominibus Volicino nominatur, una cum juribus, ac possessionibus ipsius ecclesiæ pertinentibus; simulque & ecclesiam nomine S. Benedicti constructam intus eandem civitatem Draconariam cum suis juribus, ac possessionibus, quibus ecclesiæ ipsæ ut supradictum, legibus sunt subditæ, ac pertinentes jam dicto monasterio. Quam primum ipse Leo surgens cum humilitate, & patientia adoravit in eadem sancta Synodo, cum reverentia cœpit manifestare, & dicere: quod veraciter prænominatæ ecclesię cum omnibus suis juribus, necnon & possessionibus legaliter, & justè essent pertinentes sub lege prænominati monasterii; veruntamen ab aliis Rectoribus injustè possessę, & nequaquam ipse Leo aliquid tollere, vel minuere tentasset de potestate prænominati monasterii, verumtamen ab aliis Rectoribus injustè, & inordinatè administratum, & iterum professus est, ut neque ipse Leo Episcopus, neque sui successores, neque pars jam nominati Episcopi unquam contra eum cum parte jam dicti monasterii non causarent, neque contenderent per nullam quamcunque etiam inventam occasionem, ac rationem altercandi illic cum parte jam dicti monasterii, aliquid tollere, vel minuere, vel invadere, sed amodo & deinceps ipse Amicus humilis Abbas, ejusque successores, & pars jam dicti monasterii omnibus juribus, ac possessionibus ad eandem ecclesiam pertinentibus tam quod modo possidere videntur, seu & illud quod amodo, & in antea Dominus per suos fideles in ipsam jam nominatam ecclesiam dederit, seu quocunque ibi oblatum, seu delegatum fuerit, sive per offertiones, donationes, emptiones, commutationes, seu præcepta concessionis in dominio totum, ac integrum pars jam nominati monasterii, ejusque custodes, ac præpositi, qui in ipsa ecclesia à parte jam nominati monasterii præordinati fuerint, firmiter illud habeant & possideant in omnibus juxta tenorem de nomine ejusdem monasterii, & jam dictarum ecclesiarum continentium, atque pertinentium una cum inferius, & superius, & cum aquis & cum viis, ac anditiis suis, omnibusque pertinentiis, mobilibus, ac immobilibus faciendum inde pars ejusdem monasterii, & jam nunc dictarum ecclesiarum juxta, atq; secundum legis rationem omnia quęcunq; voluerint, sive à parte jam dicti Leonis Episc. & de illius successoribus, seu pars jam dicti Episcopii sui aliqua contradictione, sive cujoscunque requisitione ab illorum partibus. Hæc omnia ut superius tanata sunt, & consensu omnium qui in ipsa sancta Synodo resederunt absque omni dolo perpetuis temporibus firmatum est, ut amodo & in perpetuis temporibus nullus audeat inde in aliquo modo violare, aut etiam ullam vim, necnon violentiam inferre in quacunque re; veruntamen juxta institutionem sanctorum Canonum semper firmum, ac stabile permaneat ad possessionem jam nunc nominati monasterii, & jam dictarum Ecclesiarum, & de illis, qui ibidem à parte jam nominati monasterii præordinati fuerint. Et ut hæc cuncta, quæ superius leguntur in Domini nomine habeant vigorem, & in perpetuum recordentur, & observentur, annuli superius d. Domini Principis impressione jussimus insigniri, cæterosque suis manibus testes subscribere mandavimus. Dat. Id. Junii, scriptum per manus Joannis Clerici, & Notarii, necnon Defensoris prænominati monasterii, anno Dominicæ Omnipotentis Domini Incarnationis revoluto 1062. & vicesimo quinto anno Principatus superius d. Domini Pandolphi eximii, ac excellentissimi Principis, necnon quinto anno Principatus D. Landolphi eximii, generosissimique Principis, & quinto anno Principatus D. Atenolphi magni Principis filii, per Ind. 14.

Actum in eodem sancto Episcopio. Subscripserunt autem, testesque sunt D. Bernardus Episcopus, Dominus Constantinus Episcopus, Dom. Joannes Cardinalis, Dom. Lambertus Cardinalis, Dom. Aegidius Cardinalis.

2 CAMPO hujus sedis Episcopus interfuit consecrationi Ecclesiæ Casinensis habitæ ab Alexandro II. anno 1071. apud Anonym. Cas. in Chron. Idem Campo anno 1075. coram Milone Beneventano Archiep. & Synodo Beneventi convocata à Medolmo Abbate S. Sophiæ proclamatus, coactus est omne jus, quod in iisdem supra relatis Ecclesiis sub Vldarico Archiepiscopo monasterio S. Sophiæ adjudicatis perpetuo dimittere: totum documentum leges supra in Archiepiscopis Beneventanis in Milone. II.

3 BERARDUS Draconariensis Episc. subscripsit donationi Roberti Comitis Loretelli factæ ad favorem Ecclesiæ Bovinensis ao 1160. III.

4 NICOLAUS Draconariensis Episcopus adfuit Conc. Lateranensi ab Alexandro III. celebrato ann. 1179. IV.

5 JOANNES florebat Episcopus Draconariensis anno 1192. ex monumentis monasterii S. Mariæ de Gualdo Benevent. Diœcesis. V.

6 N. nomen non extat, ad quem scribit Honorius III. anno pontificatus 2. Dat. Later 3. Non. Junii, ut simul cum Episcopo Lucerino procanonizationis negotio Joannis Eremitæ Prioris S. Mariæ de Gualdo diligenter inquirat, & de omnibus Sedem Apostolicam faciat certiorem. ep e osm. 1161. pag. 263. Idem Honorius ad eundem Draconariensem Episcopum scribit Kal Augusti an. pont. sui 4. sal. 1220. ut Lucerinam Ecclesiam viduatam pastore commendatam haberet. Epist est num. 842. fol. 208. Regest. Vat. VI.

7 JOANNES Draconariensis Episcopus anno 1236. Commissarius institutus est, atque delegatus super inquisitione facta contra Abbatem, & Monachos monasterii de Tremito Ordin. S. Benedicti Larinensis Diœc. Peregisse Joannem juxta mentem VII.

Pon-

Pontificis ex documento habemus originali hedina charta ſcripto, quod eſt apud nos, & hic exhibemus; continet enim plura pro reformandis monaſteriis, & ad regularem obſervantiam reducendis.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri Dom. Gregorio, Dei gratia Summo Pontifici, Johannes Draconarienſis Eccleſiæ Miniſter humilis & indignus, & Gualterius Archipresbyter Pennen. cum recommendatione pedum oſculo beatorum. A ſanctitate veſtra recepimus literas in hac forma. Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerab. fratri Epiſcopo Draconarien. & dilectis filiis, &c. Cum monaſterium de Tremito Ordinis S. Benedicti Larinen. Diœceſis ad nos nullo medio, ut dicitur, pertinens, ſicut accepimus, propter malitiam habitantium in eodem adeo in ſpiritualibus, & temporalibus ſit collapſum, quod vix adierit, ut reſurgat; Nos cupientes, ut idem monaſterium in ſuo, ſi fieri poterit, ordine reformetur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad illud perſonaliter accedentes, & habentes præ oculis ſolum Deum, de ſtatu ipſius, & excedentium exceſſibus veritate ſollicitè inquiſita ſi poterint in hoc eodem Ordine reformari, detis ad hoc opem & operam efficacem, alioquin in ipſum monaſterium Ciſtercien. Ordinem inducatis, perſonis ibi degentibus nolentibus Ordinem ipſum aſſumere, in locis aliis ſui Ordinis collocandis, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Quod ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, tu frater Epiſcope cum eorum altero ea auctoritate exequaris. Datum Reate 12. Kal. Aug. pontif. noſtri anno decimo. Nos autem Sanctitatis veſtræ mandatum cupientes effectui mancipare, dictos Abbatem & Monachos Tremiti legitimè citari fecimus ſub peremptorio eis terminum ſtatuentes apud Venam de cauſis eidem monaſterio, caſtrum ubi eorum conſuevit viſitatio exerceri. Cùm nobis ad monaſterium ipſum ſecurus non pateret acceſſus propter periculum piratarum, & ſclavorum timorem, cum quibus dicti Abbas, & Monachi confœderati noſcuntur, ad quod ſi quidem caſtrum die ſtatuta nos duo pariter accedentes, invenimus ibi Abbatem & tres Monachos monaſterii antedicti, quorum unus dicebat ſe procuratorem conventus ad proponendam exceptiones, & ad appellandum, ſi opus eſſet, ſuper hoc literas ſuæ procurationis oſtendens. In eorum igitur audientia, & aliorum, qui convenerant per Notarium publicum, quem aſſumpſeramus ad ſcribendum univerſa inquiſitionis acta, legi fecimus Apoſtolicas literas, & nobis, & Subpriori Tremiti à Sanctitate veſtra tranſmiſſas, & literas Subprioris ejuſdem, quibus ſignificabat nobis, ſe viſitationi intereſſe non poſſe, quarum tenor talis eſt. Venerab. in Chriſto Patri, &c. G. Subprior, &c. Apoſtolicas literas ſuper commiſſione facta nobis Pennen. Archipresbytero, & mihi de viſitando, ac reformando monaſterio Tremiti, me noveritis recepiſſe, quas lator præſentium Fr. A. ut mihi retulit, vobis apud Fogiam præoſtendit. Verum quia cum ex privilegio nobis indulto à Sede Apoſtolica non teneamur commiſſionem hujuſmodi contra noſtram recipere voluntatem, cum etiam immineat tempus noſtri Capituli, ad quod tenentur accedere omnes prædicatores generales, niſi remaneat aliquis de licentia ſpeciali; & ideo hujuſmodi inquiſitioni, & reformationi negamus intereſſe, vobis tam ad citationem, quàm ad teſtium depoſitionem, & finalem negotii conſummationem vicem noſtram duxi plenariè committendam, rogans quatenus ut in reſcripto Summi Pontificis continetur, Deum ſolum habentes præ oculis cum tertio & Judice in negotio fideliter procedatis, quibus perlectis, ipſarum, & reſcripti Apoſtolici copia conceſſa eis, cujus reſcripti tenorem in literis citationis eiſdem tranſmiſimus, prima vice Abbas, & Procurator ipſe tam contra reſcriptum, quam contra me Epiſcopum propoſuerunt exceptiones iſtas. Dicimus reſcriptum non valere, quia non eſt in eo alterius mentio reſcripti quod obtentum fuit ad Trojanum, & Lucerinum Epiſcopos, quibus viſitatio monaſterii Tremiti commiſſa fuit per illud tam in capite, quam in membris, quæ cum nondum ſit impleta per eos, eorum jurisdictio adhuc durat. Inſuper dicimus te Domine Epiſcope excommunicatum, quia violentam injeciſti manum in quendam Clericum tuum, unde non potes, nec debes in nobis viſitationis officium exercere, cum ſis à communione fidelium ſeparatus. Nobis autem quærentibus ſi vellent prædictas exceptiones probare, reſponderunt, ſe non coram nobis, ſed coram arbitris eligendis ab eis, eas probare velle. Cumque diceremus eis, quod prædictæ coram nobis deberent exceptiones probari, nec in hoc caſu eſſe arbitros eligendos, ſtatim in voce appellationis prorumpentes . . . . . receſſerunt. Nos autem eorum appellationem frivolam reputantes, ac eorum manifeſtam contumaciam attendentes, de conſilio ſapientum Abbatem, & Monachos . . . . . quam pro excommunicatione ipſa ad venerab. Patres Tranen. Archiepiſcopum, Salpitanum Epiſcopum, & Archipresbyterum Sipontinum Apoſtolicas literas impetran. quorum autem duo ex prædictis tribus in abſentia tertii in negotio ipſo juxta formam ſibi traditam legitimè procedentes pronunciaverunt nos benè proceſſiſſe, & Abbatem male appellaſſe, & remittentes eundem ad examen noſtrum, ipſum in expenſis legitimè condemnatum, ſicut in eodem proceſſu latè patet, quem recepimus eorundem ſigillo munitum, & publica manu confectum, cujus tenorem ex intro præſentibus inſeruimus ad cautelam, & quarundam literarum tenor eſt, quas nobis tranſmiſit Archipresbyter Sipontinus, dicti proceſſus tenor talis eſt. Nos Fr. P. Dei gratia Salpitanus Epiſcopus licet indignus, & Guillelmus Archipresbyter Eccleſiæ Sipontinæ per hoc præſens ſcriptum volumus eſſe notum, quod una cum venerab. Patre D. Tran. Archiepiſcopo Apoſtolicas literas in hac forma recepimus. Gregorius Epiſcopus, &c. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Tranen. &c. Epiſcopo Salpitan. & dilecto filio Guillielmo Archipresbytero Sipontino, ſal. &c. Significantibus Abbate, ac Conventu monaſterii Tremiti Larinen. Diœceſis nos noveritis accepiſſe, quod cum nos olim ad petitionem ipſorum eodem Abbate tunc in minori officio conſtituto contra M. quondam Abbatem ipſius Cœnobii, quod ad Romanam Eccleſiam nullo pertinet mediante, correctionem, & reformationem ejuſdem tam in capite, quam in membris Venerabilibus fratribus noſtris Trojano & Lucerino Epiſcopis duxerimus committendam. Dicto M. tanquam ſibi male conſcio cedente regimini Abbatiæ, nos adhuc coram ipſis negotio viſitationis pendente ad quorundam æmulorum ſuorum inſtantiam viſitationem & reformationem præfati monaſterii Draconar. Epiſcopo, & collegis ſuis dicimus tranſmiſiſſe. Coram quibus ex parte fuit propoſitum eorundem, quod cum prædictorum viſitatorum nondum jurisdictio expiraſſet per literas ad eos directas; nullam facientes de prioribus mentionem, in nominato negotio procedere non valebant, & quod idem Epiſcopus Draconarius . . . ipſius Epiſcopo, qui tempore impetrati reſcripti vinculo tenebatur excommunicationis adſtrictus de facto cum de jure nequiret vices ſuas hac exceptione contempta, ac reſcripti Apoſtolici ſibi copia, quam nunquam habuerant, denegata, in præfato negotio illicitè procedebant, ipſi ſentientes ſe injuſtè gravati noſtram audientiam appellarunt. Sed iidem, eorum appellatione contempta, de facto excommunicationis tulerunt ſententiam contra eoſdem; Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quod ſicut, &c. Dictam excommunicationis ſententiam nullam eſſe penitus nunciantes, ac revocantes in ſtatum debitum quicquid per hujuſmodi appellationem inveneritis temerè attentatum, ſæpè factum negotium ad priorum, alioquin ad poſteriorum inquiſitorum remittatis ſententiam, appellantes in expenſis legitimis condemnantes. Quod ſi non omnes hujuſmodi exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Reate 6. Kalend. Octob. pontif. noſtri anno decimo. At cum mandatum Apoſtolicum vellemus executioni mandare, Dominus Tranen. Archiepiſcopus pro ſuis ſe negotiis abſentavit, de cujus ab-

sentia nobis constat manifestè. Nos vero secundum tenorem rescripti Apostolici procedentes, processum causæ ab Episcopo Draconarien. & conjudice suo exegimus diligenter, & citato Abbate monasterii Tremiti, & non invento, absentando se, ejus absentiam præsentia divina replentes, & habentes præ oculis solum Deum, processu inspecto, & invento legitimo secundum jura invenimus Abbatem Tremit. & Monachos ab examine Draconarien. & conjudicis sui appellasse, proponentes exceptiones super memoratas. Sed in processu jam dicto invenimus expressè, dictos Judices non contempsisse præfatas exceptiones, immo voluisse, ac invitasse ipsos ad probandum ipsas exceptiones coram se, prout postulat ordo juris, sed ipsi non acquiescentes volentes ipsas probare coram arbitris, ab eis contumaciter recesserunt, constitit nobis . . . Mauro Abbate Tremit. antecessore ipsius Abbatis, qui nunc est, cedente, sicut superius in rescripto Apostolico continetur, Dompnus Petrus, qui nunc est Abbas per electionem Conventus ejusd. Monast. est electus, & de mandato Summi Pontificis per Salpensem Episcopum confirmatus, & benedictus. Unde cum idem Abbas jam sic pervenerit ad Prælaturam Abbatiæ, cedente Mauro Abbate suo antecessore sub examine Trojani Episcopi, & sui conjudicis, præsentis Abbatis causa prætextu posteriorum literarum non pendet sub examine priorum Judicum. Postmodum vero nos Guillelmus Archipresbyter Ecclesiæ Sipontinæ à venerab. P. Salpensi Episcopo recepimus litteras in hunc modum. Charissimo sibi in Christo & prædilecto amico suo Dom. Guilielmo venerab. Archipresbytero Ecclesiæ Sipontinæ. Fr. P. Dei gratia humilis Episcopus Salpinus salutem in Domino. Ecce juxta beneplacitum vestræ voluntatis consilium, quod accepimus à Domino Melphitensi super facto appellationis Abbatis, & Conventus monast. Tremiti sub sigillo nostro vobis mittimus scriptum in quadam cedula per præsentium portionem, unde si vobis placuerit, secure poteritis facere scribi vice vestra & nostra per manum publicam, sententiam scilicet, & consilium supradictum, & aliorum sapientum, & signari sigillo nostro, proferentes eandem sententiam loco vestri, & nostri etiam prædictis omnibus consideratis. Nos qui supra G. Archipresbyter, & diligenter examinatis, auctoritate Domini nostri, Papæ, & conjudicis nostri, quo fungimur in hac parte, habito consilio Dom. Melphitensis, & aliorum sapientum sententiando pronunciamus ab Abbate præfato esse male appellatum, & bene processum esse à Domino Episcopo Draconar. & conjudice suo sententiando contra eundem Abbatem, & remittentes ipsum Abbatem ad gratiam Judicum posteriorum in expensis legitimis condemnamus eundem. Acta sunt hæc in civitate Sipontina in domo nostra anno Dominicæ Incarnationis 1236. 13. Decemb. 10. Ind. præsentibus Luca Sipon. Ecclesiæ Primicerio, Sellitto Sipontino Judice, Jacomo Petro & Paulo Canonicis ejusdem Ecclesiæ, & Dompno Johanne de Runc. Quæ omnia ego Sax. Johannes publicus Sipontinæ civitatis Notarius de mandato supradicti Domini Archipresbyteri scripsi, & subscripsi, & signo meo signavi . . . literarum tenor Archipresbyteri Sipontini talis est. Venerabili Patri & amico charissimo Domino Johanni Dei gratia Episcopo Draconarien. G. Archipresbyter Sipontinus, &c. vobis & conjudici vestro, prout mandastis tenore præsentium facimus manifestum quod hoc anno post festum Omnium Sanctorum quidam Monachus Tremit. sine literis procurationis Abbatis & Conv. venit ad nos ad instantiam importunam vice nostra commisimus Archiep. Tran. in appellationis causa nobis à summo Pontifice commissa super processu visitationis per vos faciendæ in monasterio Tremitano; sed nostræ intentionis fuit illius importuni modi vice nostra committere Archiepiscopo memorato, cum per ipsum alii non poterant, tanquam procuratorem causæ commissi. Postmodum vero ec Monacho redeunte à nobis quidam . . . per paucos dies venit ad nos petens, ut cum venerab. patri Salpensi Episcopo deberemus in causa appella-

A tionis procedere, qui tamen Judex similiter Archiepiscopus interesse non poterat, quia iverat ad Imperatorem in Lombardiam, cum in literis Apostolicis contineatur, quod si non omnes, &c. Nos idem Nuncio penitus denegavimus procedere in causa prædicta ut prius constaret de absentia Archiep. memorati. Præterea idem nuncius post paucos dies rediit attulit nobis literas Tranen. Capituli sigillatas, per quas nobis constitit manifestè, quod idem Archiepiscopus cognitionis hujus causæ appellationis non poterat interesse. Nos vero ne mandatum Apostolicum negligeremus, cum vener. P. Salpensi Episcopo Abbatem citavimus sub peremptorio, & Monachos ejusdem, revocando mandatum per citationem, re integra existente, si propterea constitit nobis per literas Archipresbyteri Venæ de causis, cui commisimus citationem præd. Abbatis, & Monachorum, quod Abbas jam dictus se absentavit eundo in Lombardiam, qui per in perpetuum, rescriptum Apostolicum ad nos super appellationis causa nunquam per se, vel per procura-

B torem suum comparuit coram nobis; vicem nostram non commisimus alicui nomine Abbatis, cum à nobis legitimè non curavit postulare, prædicta cum Salpensi Episcopo processimus . . . . . pro prima citatione nobis facta subscribi, sigillum de processu vestro mittendo, ac ipse etenon à prædicto Archiepiscopo propterea fuimus requisiti . . . . prædictæ literæ, quibus committebamus vicem nostram ipsi Archiepiscopo, prout superius est expressum, eidem fuerint præsentatæ, hoc quidem processu recepto . . . . . sub peremptorio legitimè citari fecimus, ut primum per octavum Epiphaniæ per se vel per procuratorem idoneum, & sufficientem institutum apud Tremulos veniret coram nobis, ut procederemus in negotio memorato juxta tenorem mandati Apostolici, & processus habiti coram Episcopo Salpitano, & collega suo; locum autem apud Tremulas ea ratione statuimus; quia nobis securus non erat factus accessus ad monasterium ipsum, quod situm est in Insula maris, & est hospitium piratorum, prout

C publicè fertur per loca vicina, & ipsius Abbatis & Monachorum conversatio pro majori parte sit in terris positis in littore maris monasterium Venæ propinquius. Die autem statuta ad locum nos primum accedentes, Abbas ipse non venit, nec sufficientem procuratorem pro se misit ad faciendum ea, quæ necessario ipse facere tenebatur, prout erat de jure, & per dictos Judices fuerat diffinitum, & Abbatem ad nostram remiserunt Curiam. Cumque per terminum memoratum Abbas ipse usque in tertium expectatus non venerit, nec pro se procuratorem sufficientem transmiserit, ad inquirendum contra eum, de consilio sapientum processimus juxta traditam nobis formam de Abbatis prædicti conversatione, & actibus, ac Monasterii Tremit. statu veritatem inquirentes pro eorum interesse, quibus Abbas idem Monasterio, & ipsi Monachi sunt vicini, Monachos autem, quia in præfata Insula morantur, citare nequivimus, ut ad locum venirent sæpedictum, eorum malitia faciente, qua impediunt, ne ad eos valeant pervenire citationes,

D ut pro eorum veritate, de conversatione Abbatis, & statu monasterii inquireremus ad plenum, receptis etiam aliquibus testibus in Abbatis absentis contumaciam; quia per eorum dicta manifestè apparet ipsum de dilapidatione suspectum, ab administratione suspendimus Abbatem ipsum, donec inquisitio ipsa pendet. Receptis etiam testibus in inquisitione ipsa ad no. P. . . . . recepimus literas in hac forma. Venerab. Patri Dei gratia Draconarien. Episcopo, &c. Raynerius &c. Auctoritate D. Papæ discretioni vestræ mandamus, quatenus processum inquisitionis factæ super Abbatem monast. Tremit. & super statu ipsius monast. ad Dominum Papam usque ad octavam Purificationis Mariæ venturam per fidelem nuncium transmitatis, ut in inquisitione ipsa, prout de jure fuerit, procedatur. Datum Interampni 17 Kal. Febr. Auctoritate, &c. Dictis mandati processum inquisitionis, & suorum testium depositiones sub nostris sigillis ad pedes Sanctitatis vestræ mittimus reverenter. Si-

gnificantes quod loca monasterii habet in terris suis vicina, de quorum proventibus Conventus consuevit habere stipendia, vidimus, & invenimus desolata, quædam eorum nulla, ac quædam raro habitatores colunt, domus in eis sunt dirutæ, Ecclesiæ sine tecto, inculti agri, vineæ destitutæ frutetis, quosdam etiam ejusdem monasterii Monachos per sæculum evagantes invenimus propter Abbatis malitiam ut ajebant, & necessariorum defectum. A

VIII. 8 BENEDICTUS Episcopus Draconariensis petiit decimas Carolo II. Regi ann. 1283. ex Regio Reg. Neapol.

IX. 9 R. Episcopus Draconariæ sic notatur in Reg. Neapol. ann. 1298. quo & ipse decimas à Rege petiit.

X. 10 BENEDICTUS in Reges. Caroli Illustris an. 1301. memoratur hujus Ecclesiæ Præsul.

XI. 11 PETRUS Episcopus hujus sedis anno 1318. cujus meminit Regest. Neapol. Caroli Illustris ann. 1321.

XII. 12 SIMON Episcopus Draconariæ, Regius Capellanus & Consiliarius Roberti Regis an. 1333. conqueritur de Nicolao de sancto Agapito injusto detentore castri Plantiliani in Justitiariatu Capitanatæ, qui ad Draconariensem suam Ecclesiam spectabat, ut in Reg. Roberti habetur fol. 216. obiit Simeon an. 1343. B

XIII. 13 PETRUS ab Episcopatu Montis-Marrani ad hanc Draconariensem Ecclesiam translatus est à Clemente VI. ann. 1343. nulla declarata electione à Capitulo contentiose facta, una namque pars illius Berardum Petri Corii de Linnesano, alia Laurentium de Milo de Marrano Beneventanæ Diœc. Clericos delegerat, iis reprobatis, Petrus translatus est 5. Id. Junii ann. 2. Clementis ex Regest. Vat. epist. 5. fol. 4. obiit anno 1345.

XIV. 14 MARINUS ex Archidiacono electus est Episcopus in demortui Petri locum, 8. Id. Maii 1345. an. pontif. 4. Clementis VI. ex Reg. Vat. ep. 47. fol. 41.

XV. 15 BERNARDUS obiit 1349. C

XVI. 16 Fr. VALTERUS de Coppello Ord. Prædicatorum successit Bernardo 5. Id. Januarii an. 1349. pontif. vero Clementis VI. anno 7. ut in eodem Regest. epist. 112. fol. 105.

XVII. 17 JOANNES de Troja electus promisit sacro Collegio die 26 Novembr. 1349. Excessit 1363.

XVIII 18 Fr. MARCHESANUS, seu MARCHESINUS Bononiensis, Ordinis Prædicatorum, promotus ad hanc Draconariensem Insulam ab Vrbano V. ann. 1363. 8. Kal. Julii ex eodem Reg. Erat Vicarius in spiritualibus, & temporalibus Adimarii Abbatis Nonantulæ, anno 1365. 5. Martii ex monumentis tabularii ejusdem Abbatiæ. Fato obiit 1366.

XIX. 19 Fr GUIDO de Monte-Furculo, Ordinis Minorum præficitur in hac sede per mortem Marchesani, 6. Id. Novemb. 1366. ann. 5. Vrbani V. ex Actis Consist.

XX 20 JACOBUS post Guidonem evasit hujus Ecclesiæ Antistes. D

XXI. 21 JOANNES mortuus est an. 1398.



XXII. 22 Fr. FRANCISCUS de Bardis, Florentinus, Ordinis Eremitarum S. Augustini, post Joannem promotus 14. Kal. Januar. 1398. in sua obligatione promisit pro Joanne prædecessore, & Jacobo antepredecessore suo in lib. Oblig. Præl. suo Bonifacio IX. fol. 109.

XXIII 23 NICOLAUS de Tartaglis, ex Ordine Cisterciensi, Episcopus Lesinensis fit hujus Draconariensis Ecclesiæ Commendatarius die prima Augusti ann. 1438 ex bulla Eugenii IV.

EUGENIUS EPISCOPUS
servus servorum Dei.

Venerabili fratri Nicolao Episcopo Lesinen. salutem & Apostolicam benedictionem.

Personam tuam nobis & Apostolicæ Sedis devotam, tuis exigentibus meritis, paterna benevolentia prosequentes, illa tibi libenter concedimus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, fructus, redditus, & proventus ad mensam tuam episcopalem Lesinen. spectantes propter guerrarum turbines, mortalitatem, pestes, aliasque calamitates, quæ in partibus illis à multis annis citra viguerunt, adeo diminuti, & deteriorati sunt quod ex illis qui quadraginta juxta pontificalis dignitatis decentiam congrue nequeas sustentari, necnon Ecclesia Draconarien. cujus fructus, redditus, & proventus triginta floren. auri de Camera secundum communem existimationem valorem annuum non non excedunt, à civitate Lesinen. per decem milliarium spatium distet, ac tanto tempore Pastoris solatio destituta fuerit, quod de hoc nulla memoria existit, necnon interim incolis & habitatoribus Canonicis, & vasallis carent, prout caret, ad præsens. Nos tum dictæ Draconarien. Ecclesiæ ulterioris vacutionis exponatur in commodis de gubernatore secundum cor nostrum utili, & idoneo, quem circumspecte regi, & salubriter dirigi valeat, quam etiam tibi, ut statum tuum decentius tenere valeas, de alicujus subventionis auxilio providere volentes, præfatam Ecclesiam Draconarien. tibi & per te una cum dicta ecclesia Lesinen. quandiu illi præfueris tenenda, regenda, & etiam gubernanda auctoritate Apostolica tenore præsentium commendamus, curam, regimen, & administrationem ipsius Draconarien. Ecclesiæ tibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo. Ita quod de fructibus, redditibus & proventibus Ecclesiæ Draconarien. hujusmodi disponere, & ordinare libere, & licite valeas, sicuti qui ipsi Draconarien. Eccl. pro tempore præfuerunt, de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium ejusdem ecclesiæ Draconar. tibi penitus interdicta. Tu igitur circa ipsius Draconarien. ecclesiæ curam, regimen, & administrationem ipsius ecclesiæ Draconarien. exercendam sic te solicito exhibeas, & fructuosum, quod dicta Draconarien. ecclesia votivos in eisdem spiritualibus, & temporalibus contingat successuros, Nosque proinde tuæ circumspectionis & diligentiæ studio dignis possimus in Domino laudibus commendare.

Datum Ferrariæ anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXVIII. Kalen. Augusti pontificatus nostri anno octavo.

XXIV (,, *BARTHOLOMÆUS de Bononia Draconariensis Episcopus creatus est à Nicolao V. circa an.* ,, 1450. *de quo nihil aliud referunt Scriptores nostri.* ,, Fontana in Theatro Dominic.)

XXV 24 BENEDICTUS electus Insulanensis ad Draconariensem sedem translatus anno 1452. die 10. Kalen. Augusti ex Actis Consistorialibus. (*Ex* ,, *tabulario Ecclesiæ Neapolitanæ habetur adstitisse* ,, *inaugurationi Oliverii Carrafæ Archiep. Neapolitanæ an. 1459.*)

XXVI (,, *BARTHOLOMÆUS, Petri filius, Ordinis S.* ,, *Francisci, erat Draconariensis Episcopus an.*

1382.

„ 1382. *teste Alidosio de Episcopis Bononiens. pag.*
„ 36. Mandosius. *Ni forte hic ille idem sit Bar-*
„ *tholomæus, quem circa an. 1450. inter Ordinis*
„ *Prædicatorum Præsules enumerat supramemora-*
„ *tus Fontana, de quo viderint eruditi.*)

XXVII. 25 JACOBUS Bruno da S. Severa eligitur Episcopus Draconariensis in Terra-Laboris die 20. Maii 1519. Ita in Actis Consistor. sub Leone X. („ *Laudatur in 3. par. Epistolarum memorabilium* „ *Abbatis Justiniani p.* 270. Mandosius.)

XXVIII. 26 ALPHONSUS Episcopus Draconariensis cessit titulum ann. 1554.

XXIX. 27 LUDOVICUS Suarez, Toletanus, electos Draconariensis per cessionem supradicti Alphonsi die prima Octobr. 1554. Acta Consistor. Post hunc nulli repetiuntur Draconarienses Episcopi in iis Actis Consist. fortassis Ludovico defuncto, vel cedente ad toralem Archipresbyteratum redacta est Ecclesia Draconariensis.

FARENTINI
SIVE
FLORENTINI
In Apulia
EPISCOPI.

FARENTINUM, & Ferentinum, & Florentinum, vulgo *Ferenzola*, & *Feruazola* a Blondo lib. 7. hist. vocitatum, Apuliæ civitas fuit à Catapano Apuliæ Præside circa annum Christi 1015. condita, ut scribunt. Nobilitatum est in primis oppidum dignitate Episcopali, & obitu deinde Federici II. Imperatoris, & Siciliæ Regis hostis Ecclesiæ infestissimi, frustra à vatibus admoniti, ut Florentiam evitaret, cum Etruscam, non Apulam civitatem existimasset, hic à Manfredo ejusdem Federici filio spurio sublatus est an. 1250. Erat in hac civitacula sedes Episcopalis suffraganea Metropolis Beneventanæ, ut in æneis valvis Beneventanæ Ecclesiæ, & in Provinciali Romano sæpe citato notatum est, ubi taxabatur Episcopatus Farentinus, corruptè Florentinus floren. 40. sed civitate destructa, ac suppressa Episcopali dignitate unita Lucerino Episcopatui, Cathedralis vero Ecclesia ad Archipresbyteratum ruralem redacta est. Episcopi hujus sedis hi pauci reperti sunt, quorum memoria ne periret, nomina saltem recensentur, quæ in evolvendis aliarum Ecclesiarum monumentis occurrunt.

I. 1 IGNIZZO hujus Ecclesiæ Episcopus subscripsit Bullæ Joanni XIII. de erectione Beneventani Archiepiscopatus anno salutis 969.

II. 2 LANDULPHUS Florentinensis, sive Ferentinensis Episcopus præsens in Synodo habita ab Vlderico Archiepiscopo Beneventano anno 1062. ut liquet ex documento supra relato Chron. Monasterii S. Sophiæ ad favorem ejusdem monasterii contra Leonem Draconariensem Episcopum.

III. 3 ROBERTUS hujus Ecclesiæ Episcopus florebat anno 1075. memoratur in documento Milonis Archiepiscopi ad favorem ejusdem monasterii sanctæ Sophiæ, ut supra retulimus in Milone.

IV. 4 GISO Florentinensis, seu Farentinensis Episcopus anno 1179. (1) subscripsit donationi factæ à Roberto Comite Loretelli ad favorem Ecclesiæ Bovinæ.

5 ROBERTUS a hujus nominis secundus interfuit Concilio Lateranensi an. 1179. ab Alexandro III. celebrato.

a Hic idem cum Roberto superiori.

V. 6 N. nomen non extat in epistola Innocentii III. ad ipsum Episcopum, populumque Farentinensem scripta, ut Legato Apostolico obediant, qui circa annum Domini 1200. Regni Neapolitani bajulus, ut vocant, erat institutus ab Innocentio.

VI. 7 RANFRIDUS hanc regebat Ecclesiam ann. 1211. ex monumentis S. Mariæ de Gualdo.

VII. 8 N. nomen non habemus in epistola Gregorii IX. ad Archiepiscopum Beneventanum scripta 12. Kal. Decembris anno 1236. ann. 10. pontificatus, ut Turtibulensem Episcopum, in Florentinum Antistitem postulatum a Capitulo confirmet. Epist. est num. 250. fol. 198. ann. 10.

VIII. 9 ROGERUS hujus sedis Episcopus obiit 1345.

IX. 10 MATTHÆUS ex Priore de Villaribus Sancti-Sepulchri Ord. S. Benedicti successit Rogerio ad hanc dignitatem evectus à Clemente VI. an. 1347. pontif. sui 3. die 9. Kal. Januar. ex Regest. Vatic. epist. 59.

X. 11. Fr. MELIUS electus hujus Ecclesiæ Episcopus à Bonifacio IX. anno 1391. die 22. Junii ex lib. Provis.

FREQUENTINI
EPISCOPI.

FRIQUENTUM, seu Frequentum, vulgo *Frigento*, est Hirpinorum antiquissima civitas ulterioris Principatus in summitate montis posita, & ventis potissimum hibernis exposita, Abellino finitima, duodecim circiter milliaria Benevento Metropoli distans, olim Aecolum dicta. Memoratur apud Ciceronem, Appianum, Ptolomæum, & Plinium. Populosa, divesque fuit, sed terræmotus vi an. 986. prostrata, ut Ostiensis in Chron. scribit, ac bellorum injuria penitus desolata, habitatoribusque vacua intuentibus se præbet inconstantis fortunæ exemplum; etenim cum priscis nostræ salutis temporibus ipsa inter eas urbes merito connumerari possit, quæ Christi fidem amplexæ fuerint, & Episcopali dignitate exornatæ, Leonis IX. pontificatu, deficientibus tamen populis sub Paulo II. ann. 1465. die 7. Maii priscum dignitatis decorem amisit, cum Episcopatus ejus Abellinensi finitimo perpetua unione accessit, unde ab eo anno, qui præfuerunt Abellinæ Ecclesiæ, Abellinensis & Frequentinensis Episcopi titulo se subscripserunt. Remanet adhuc Cathedralis Frequentina sub titulo B. Mariæ, & S. Marciani Episcopi urbis patroni, cujus sacrum caput in ea honorifice asservatur, in eaque sacris ministrant Canonici numero, & dignitate Abellinensibus pares. Taxabatur olim Episcopatus iste in lib. Cameræ Apostolicæ floren. 30. cujus Diœcesis plura castra complectitur, in quibus Crypta Minarda, Mirabella, Rocca S. Felicis, Stumorum, Jesualdum, Taurasium de fonte Rocco, Paternum, de loco Sano, Sanctum-Magnum, Sanctum Angelum ad Escas, & de Villa Magna, præcipua habentur. Episcopos Frequentinos, qui ante unionem floruerunt, sequentes paucos ex variis monumentis expiscati sumus; cæteri post unionem cum Abellinensibus supra sunt enarrati.

1 S.

(1) Giso iste subscripsit donationi Roberti Comitis an. 1179 Mense Aprilis; cùm vero Robertus sequens interfuerit Lateranensi Concilio habito eodem anno 1179 Mense Martio, clarè patet anteponendum in hac sede Gisoni, ac unum eumdemque esse Robertum ac supra memoratum ab Ughello ad an. 1075. ex documento Milonis Archiepiscopi Beneventani. Gisonis memoria habetur etiam in documento anni 1180. supra relato in Bovinensibus.

I. s (1) S. MARCIANUS primus censetur Frequentinæ Ecclesiæ Episcopus à S. Leone Primo Pepa ordinatus. Hic natione Græcus, à puero literis & moribus excultus, mortuis parentibus, bona omnia, quæ setis copiosa erant, cœpit panperibus erogare. Quibus impedimeutis expeditus, navem conscendit, & in Italiam venit, ac circa Frequentum, Abellino finitimum, in monte vitam egit aliquando solitariem, multis ad eum nb miraculs ab ipso patrate ex Frequentina civitate confluentibus ibidem mansit donec Laurentius Ecclesiæ Cannusinæ Episcopus electus Romam proficiscens, Leone I. Pont. Max. secum illum adduxit, de quo à Pontifice interrogatus (in Besilicam enim S. Mariæ, quæ olim Pantheon dicebatur, Marcianus nraturus diverterat, dum Laurentius Pontificem adiret) quædam ipsi Pontifiei de Marciano divinitus revelata audivit, cœpitque ne sociusejus Rnmæ detineretur, tristari. Sed senctus Pontifex eum solens eit, sibi in visu Dominum præcepisse, ut Laurentium quidem Cannusinæ, Marcianum vero Frequentinæ Ecclesiæ præficeret. Quare uterq; Episcopus consecratus est, & post eliquot dies ad Ecclesias sues uterque dimittitur, multis in via à Marciann signis perpetretis. Cum rero Mercienus Ecclesiem Frequentinam multos annos sanctissimè gubernasset, multis editis miraculis, mortem, quæ sibi instaret, clero, populoque prædixit, & Ecclesiem sebbatho ingressus, totam noctem in divinis laudibus, & in oratione consumpsit, maneque suum Deo reddidit spiritum. Infirmi occurrentes senabantur, & deinceps ad tumulum advenientes, & orantes, à variis languoribus, quibus laborabant, curebantur. Quapropter Vrsus Episcopus Beneventanus illum solemni pompe ex urbe Frequentina Beneventum transtulit, & in æde S. Mariæ Virginis condidit. Hæc compendiarè de Marciano Ferrarius ex monumentis Ecclesiæ Beneventanæ in antiq. cod M. S. In Actis ejusdem Sancti, habet illum obiisse 18. Kal. Julii; tamen die 14. ejusdem Beneventi, non natalis, sed translatio celebratur. Porro pura Marciani Acta ex vetusto cod. M. S. exscripte, ex quibus Ferrarius, hic damus ad Marciani virtutes amplius enarrandas.

Legitur quod Beatus Marcianus Græcorum genere oriundus fuit. Ex nobilibus parentibus nimiam Deum timencibas originem duxit: cuius parentes dum essent nimium locupletati, & cum cantummodo unicum filium genuissenc, cœperunt illum de Domini timore, & operatione instruere. Quorum monita Beatus adolescens non abnuens, quicquid ab eis audire poterat, in armariolo sui recondebat pectoris. Proficiebat de die in diem in Dei Omnipotentis servitio. Factum est autem dum parentes ejus de hac vita migrarent, cunctæ illorum possessiones, & divitiæ, Marciani dominio devenirent. Ille autem non immemor suorum præceptorum parentum; sed sicut Evangelica narrat auctoritas; terra bona bonum germinat fructum, atq; semen, & bona arbor bonos fructus facit, loca illa, dum orat, & digna prosapia ortus, & educatus monitis bonorum parentum, quotidie in Dei proficiebat religione de virtute in virtutem conscendens, ac videret Deum Deorum in Sion. Cœpit cuncta quæ habere poterat pauperibus erogare; viduis, & orphanis ministrare, & omnibus in necessitatibus positis subvenire. Sed jam dum Dominus Omnipotens vellet ejus vitam, & beatitudinẽ, multorum fieri in exemplum, ne lucerna, quę multis illucescere poterat, amplius lateret, cœpit per illum virtutes, & mirabilia exhibere. Cœperunt autem de tota Græcia ad eum occurrere, & ei honorem & reverentiam impendere, & de suis facultatibus ministrare. Ille vero, qui proprias facultates contempserat, alienas nolebat accipere opes. Immo nec ab hominibus laudes, qui iam penè totum relinqueret mundum, quid ageretur, quò se verteret, diligentissimè excogitavit. Divino, ut arbitror, reperto consilio, Græciam patriam relinquens, navem conscendens Italiam properavit, & pervenit in finibus Samniæ juxta Frequenti civitatem nomine habitare cœpit, & ibi solitariam peragere vitam. Cognita autem ejus opinione, & sanctitate, Frequentini concives assiduè ad eum venientes, & videntes signa, atque miracula multa ab eo fieri. Denique quadam die, dum orationibus, & jejuniis, ut solitus erat, incumberet, ecce quædam mulier ex Lucaniæ finibus adveniens, filium suum lunaticum circumferens, qui multis erat catenis & loris adstrictus, eo quod à multis teneri non poterat. Quæ mulier projecit se ad pedes Beatissimi Marciani, cœpitque cum lacrymis osculari vestigia pedum ejus, & dicere, ò sanctissime Marciane famule Christi succurre miseræ, & peccatrici, de unico filio meo, qui à Dæmonio vexatur. Tunc Beatissimus Marcianus condolens afflictionem mulieris accessit ad eum, & dixit, tibi præcipio, immunde spiritus in nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, exi ab homine isto, & ne amplius introeas in eum. Statim recessit ab eo Dæmon, cœpitque per aerem vociferari, & dicere, quid mecum habes Marciane? ego tuas virtutes Græciæ non potui sufferre; nunc me eiicis de Italia? Tunc Beatus Marcianus ait ad eum. Imperet tibi Deus iniquissime Dæmon, qui à Collegio te sequestravit bonorum Angelorum, ut ne amplius loquaris sub Dei præcepto, sed sileas, & recede à Dei creatura. Hæc dicente Beato Marciano, statim Dæmon abscessit, & nusquam comparuit. Tunc Beatus Marcianus apprehendens manum dexteram pueri erexit eum, & reddidit illum matri suæ. Quæ gaudens pervenit ad domum suam, & erat sperans in Domino Iesu Christo, & confidentia Beatissimi Marciani famuli ejus. Factum est autem, ut Laurentius vir Cannsiæ Ecclesiæ electus Romam properare cupiens, ut Pastoralem infulam à Romano Pontifice accipere mereretur. Venit ad beatiss. Marcianum, suppliciterque eum rogare cœpit, ut cum eo pariter pergeret Romam. Cuius precibus beatissimus Marcianus favens ad limina Apostolorum Petri & Pauli pariter perrexerunt. Tunc temporis Leo sanctissimus Apostolicam vicem tenebat, qui cognovit per Spiritum sanctum, Marcianum una cum Laurentio Romam esse ingressum. Occurrit cum magno gaudio, obsequio Clericorum, qui ut invenit Laurentium honorificè salutans, atque deosculans eum benedixit. Marcianus autem interea ad Ecclesiam sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, quæ vulgo Rotundæ dicitur, oraturus pervenit. Interrogavitque Papa de Marciano viro beatissimo, quod cum magno desiderio eum videre cupiebat, & universa, quæ viderat, vel audiverat de illo Laurentio intimavit, quæ ei à Domino fuerant revelata. Quo audito electus Dei Laurentius præ nimio gaudio cœpit flere de socio suo Marciano, cujus nominis sanctitatem, atque beatitudinem cælitus cognoverat revelatam. Tristari tamen nimium cœpit, ne beatissimus Marcianus Leoni Papæ adhæreret, & Romæ detineretur, & se desereret. Quod cognoscens Leo Apost. Pontif. electo inquit, noli turbari, ne metuas, ut famulus Christi Marcianus te deserat, & mihi adhæreat; quia charitas Christi, qua eum cum tua societate univit, non patietur seù tanto socio separari. Sed Dominus meus Jesus Christus ea hora, qua estis Romam ingressi, mihi per revelationem dignatus est nomina vestra, societatem, atque beatitudinem indicare. De beatissimo Marciano famulo tuo mihi Spiritus sanctus affatus est ita. Scias tu Leo, quod duo famuli mei Romam ingressi sunt, unus vocatur Laurentius, alter vero Marcianus. Qui Laurentius Episcopalem Cathedram suæ civitatis, in qua electionem à cuncto Clero & Populo adeptus est, à te cupit accipere. Marcianus pro solo amore intimo, & ob reverentiam Apostolorum atque aliorum Sanctorum Romam properavit. Cujus vita,

(1) Julianum, Pelagianum hæreticum, de cujus Episcopali sede variè sentiunt tam antiqui, quàm recentiores, inter Frequentinos Episcopos recensendum putat Eminentiss. Norris in hist. Pelag. cap. 18. Eclanensem enim Antistitem illum fuisse autumat: & licet Eclanum Frequentum deinde dictum improbet, sed potius Quintodecimum à Frequento non longe distans, ejus tamen Episcopalis Cathedra Frequentum translatam asserit. Verum Ughellum nostrum secuti Julianum, eo tamen indignum honore, inter Capuanos admisimus.

vita, vel actus sanctissimi placita esse cognoscas. Unde moneo te, atque præcipio ut citius surgas, eique obviare pergas cunctando nomina illorum, usque dum eos invenias. Dum autem inventi fuerint, honorificè eos, & cum amore charitatis suscipias. Laurentio Canusinæ civitatis, de qua electus est, ecclesiæ Cathedram trade. Marciano vero viro per omnia Apostolico Frequentinam ecclesiam regendam, ac gubernandam committas: scio enim per illum non solum vicinas; sed etiam longè positas Provincias, atque Ecclesias meritis ejus, atque exemplo esse salvandas. Inter hæc Laurentius sæpè dictus electus cum se jam à tanto socio deseri minimè dubitaret, cum fiducia magna Papæ respondit. Crede mihi venerabilis Pater, Marcianus, quem quæris, & de quo tanta tibi Divina revelavit clementia: hic enim est. Sed ad ecclesiam Beatæ Dei Genitricis oraturus accessit. Tunc Papa una cum populo, & Laurentio, qui aderat, ingressus est ecclesiam, in qua beatum Marcianum solo prostratum orantem invenerunt. Surrexit autem Marcianus à terra: salutavit Papam viso eo. Papa similiter resalutans eum, & deosculans dixit ei. Benedico advenisse gratulemur frater, & fili. Marcianus vero respondit. Divina Majestas protegat te semper sanctissime Pater. Tunc Papa narravit ei omnia, quæ illi de eo à Domino per Spiritum sanctum fuerant revelata. Marcianus autem hæc audiens, cœpit flere, & se indignum clamitabat ad episcopalem honorem ascendere. Papa autem dixit ad eum. Audi fili Dominum Iesum Christum dicentem Petro: Si diligis me, pasce oves meas. Ideo te non convenit illius jussa postponere, sed ejus mandata explere, ejus oves pascendas, atque gubernandas suscipere, quod qui gregem Dei, dicente scriptura, renuit pascere, Pastorem Summum renuit, & convincitur non amare. Ad hoc Marcianus respondit. Servus contradicere Domino non potest. Ideo voluntati Dei, & vestræ non abnuo nec resisto. Tunc Leo Papa sanctissimus vocavit Episcopos, cunctumque Clerum, & Marcianum, & Laurentium Episcopos consecravit. Quos apud se aliquantis diebus secum Romæ detinens, gratias Domino Salvatori referens, misit eos ad propria. Dum enim egressi essent Roma, & pergere cœpissent, multas virtutes, & miracula, signa, atque prodigia Dominus Jesus Christus in eodem itinere per beatissimum Marcianum operari dignatus est. Nam infirmos curabat, leprosos mundabat, paralyticos sanabat, Dæmones expellebat, & effugabat.

Cumque civitatem Terracinam essent ingressi, ecce defunctus unicus filius Principis ferebatur jam ad tumulum. Et Princeps enim Pater ejus Sempronius nomine cum tota civitate & populo nimio conficiebatur mœrore. Fuerat enim unicus illi, pulcher, & sapiens, non solum Patri, sed & omnibus concivibus erat charus. Unde ab omnibus plorabatur. Quorum luctus, atque tristitiam beatissimus Marcianus conspiciens, dolore est tactus, jussit deponi Feretrum, & petiit Populo silentium fieri. Illi autem hæc audientes timore percussi, tamen cum gaudio tacuerunt, omnes scientes opinione sanctitatis ejus. Beatissimus autem Marcianus confidens in Domino expansis manibus in cœlum dixit: Domine Jesu Christe, qui de sinu Patris descendisti, ut salvum faceres genus humanum, qui filium viduæ unicum revocasti ad vitam, & Archisynagogi filiam resuscitasti, Lazarumque fœtentem tuo jussu, tuoque imperio etiam ligatis manibus & pedibus de sepulchro surgere fecisti: te deprecor clementissime Domine, ut in tuo nomine resurgat filius iste, filius unicus patris sui, ut cognoscant omnes quia tu es vivens & regnans cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Cumque omnes respondissent, Amen. Statim ille qui mortuus fuerat, resurrexit & resedit in lectulo. Qui projecit se statim ad pedes ejus, cœpitque benedicere Deum Omnipotentem, & famulum ejus Marcianum. Tunc Beatus Marcianus apprehendens dexteram ejus allevavit eum, & sanum & incolumem reddidit Patri suo. Dum autem pervenisset in partibus Samnii, ecce quidam Dæmoniacus obviam se ei obtulit. Tunc Beatus Marcianus signum Crucis edidit dicens: Imperet tibi Deus, Diabole, ut non habeas potestatem vexare eum amplius. Dæmoniacus ait, ecce Marciane, non suffero signaculum quod contra me excitasti. Ecce jam per tot vices mihi talia fecisti, quid me persequeris? nihil tibi gessi. Cui B. Marcianus ait. In nomine Domini mei Jesu Christi exi ab eo, qui statim exiens, nunquam comparuit. Beatus autem Marcianus jussit alimentum præberi, quem sanum & incolumem reliquit. Cumque Frequentino populo, ejus nunciatus fuisset adventus, gaudentes, & exultantes de tanto Patrono, ei obviam exierunt, cum hymnis, & laudibus eum ad Eccl. detulerunt. Cæcus quidam illic morans, qui ejus præstolabatur adventum, cum audisset, quod B. Marcianus esset reversus, cœpit clamare, & dicere: Famule Christi Marciane illumina me. Tunc beatissimus Marcianus dixit ad eum: Qui mundum suo redemit sanguine, ipse te sua virtute illuminet. Et signum crucis super ejus oculos faciens, statim qui cæcus fuerat, cœpit videre, laudare & benedicere nomen Domini Jesu Christi per famulum ejus Marcianum. Post hæc autem Præsul civitatis Canusiæ commendans se sanctissimo viro, amplexantes, & deosculantes se in amore fraternitatis, remisit eum à se. Inter hæc Beatissimus Marcianus magis, ac magis Christo Domino cœpit devotus existere, suamque Ecclesiam religiosissimè gubernare. Sed quanta per eum Dominus miracula gesserit, longum est enarrare, ante ejus Episcopatum. Nunc ad ejus sanctissimum obitum succinctè pergamus. Cum cognovisset quod eum Dominus de hac luce vocaret, vocavit Cleros, cunctoque populo nunciavit. Pacem eis, atque concordiam servandam tradidit. Tunc vale faciens omnibus die Sabbathi hora quasi decima, Ecclesiam est ingressus. Per totam noctem in Dei laudibus manens, illucescente die Dominica, hora prima diei participatus est corpore, & sanguine Christi, & ita perrexit ad Dominum cum triumpho. Tunc omnes Clerici, & laici, atque omnis populus cum hymnis, & laudibus sepelierunt eum, & super locum ubi venerabile corpus ejus posuerant .... Igitur postquam Dominus noster Jesus Christus Beatissimum famulum suum Marcianum de hac luce subtraxit, cœpit per corpus ejus virtutes, & miracula exhibere non minora, quam ei concesserat in vita sua. Nonnulli ergo, ex proximis, infirmi, etiam ex longinquis regionibus venientes, osculantes arcam, in qua sacratissimum ejus corpus quiescebat, sani revertebantur à quocunque tenebantur languore. Cujus famam atq; virtutes compertas venerabiles non est passus quiescere, eo quod charitas Dei erat in illo. Regnante Domino nostro Jesu Christo, cui decet honor & gloria, omnisque adoratio, cum Omnipotente Patre, ac sanctissimo, & vivifico spiritu nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Laurentii Canusini Episcopi de quo in his Actis agitur, non meminimus in brevi indiculo illius Ecclesiæ Præsulum, in Barensi Metropoli reponendus est Laurentius iste ante Probum qui vixit an. 477. sub Simplicio Papa; Laurentius enim Marciani Frequentini Episcopi comes vixit sub Leone I., qui Pontificatum tenuit ab an. 440 usque ad 461. Cæterum per sexcentos annos Frequentini Episcopi omnino desiderantur.

II. 2 ENGELLINUS Frequentinæ Ecclesiæ Episcopus testis fuit donationi Rogerii Comitis pro monasterio sanctissimæ Trinitatis Venusinæ an. 1082.

III. 3 JOANNES vixit Innocent. II & Eugenii III. Pontificatu: nominatur in sequenti documento, quo Guillelmus Rogerii Ducis filius Dominus Frequentinæ civitatis ann. 1142. donat Alberto Abbati, ac monasterio Montis-Virginis, consentiente Joanne Episcopo Ecclesias S. Quiriaci, & S. Crucis hujus Diœcesis cum juribus, & pertinentiis suis. Documenti tenor talis ex Chron. Montis-Virginis.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen.

Nos Guillelmus beatæ mem. Rogerii magnifici Ducis

filius divina favente clementia, Castellum Gesualdi, & civitatem Frequenti, aliaque Castella, & civitates nostro subduntur dominatui.

Necne gratia Dei, & concessione nostri Domini gloriosi, & invictissimi Regis Rogerii Castellum Paterni dominamus. Claré facimus in eodem castro Paterni scilicet & territorio suo quandam Ecclesiam vocabulo sancti Quiriaci esse constructam, & quoddam molendinum in fluvio Caloris nos obtinere in pertinentia prædicti Castelli, & quandam petiam terræ, videlicet nostram propriam Starzam, ubi Bassanus dicitur, & quatuor nostros homines commorantes in præfato Castello, quorum nomina hæc sunt: Carolus Gemma, & Marcus de Martino, & Sanctus de Alderese; & Guido Mariose. Item declaramus in prædicta civitate Frequenti nos habere duos nostros homines Guilielmum, & Maraldum, qui sunt fratres germani filii quondam Calprandi Lupi, qui in territorio ejusdem civitatis, ubi Siliceus vocatur, quandam Ecclesiam ad honorem S. Crucis nuper fabricandam disposuit. Nunc vero pro salute animæ nostræ, & filii nostri Guillelmi, & uxoris nostræ Alberedæ, atque Nurus nostræ Diomedæ, & pro redemptione animæ præfati nostri Genitoris, nostræque Genitricis, omniumque parentum nostrorum vivorum, atque defunctorum congruum nobis est unacum prædicto filio nostro Guilielmo, atque consentiente nobis, & annuente Joanne Frequentinæ civitatis Præsule; offerre ultroneum Deo Omnipotenti, & Ecclesiæ beatissimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ Montis Virginis, cui Religiosissimus Abbas Albertus præesse videtur, dictam Ecclesiam S. Quiriaci cum omnibus pertinentiis suis, vineis, terris, aquis, hortis, & hortalibus, & omnibus aliis eidem Ecclesię pertinentibus. Et dictum molendinum cum parte varcaturę suę, & cum integro sedio suo, & cum intratura, & exitu suo, & cum lignaminibus eidem monasterio sufficientibus ad aptandam varcaturam solum pro palata ejusdem molendini, quę convenerit propriè partis ejusdem, quę supradicta lignamina debemus prędictę Ecclesię dare quotiescunque videbitur ipsa palata esse facta, & prædictam Starziam de loco Bassani, & illos prędictos quatuor homines cum omnibus rebus illorum, filiosque eorum, & omnes directa descendentes linea. Similiter prænominatum Guilielmum, & Maraldum fratres germanos cum prænominata ecclesia S. Crucis cum omnibus rebus illorum immobilibus, atque mobilibus, cum filiis suis veluti de aliis supradictis hominibus dictum est. Quapropter sic congruum nobis est bona nostra voluntate una cum prædicto filio nostro, atque consensu & voluntate d. Episcopi per hanc chartulam obtulimus Deo, præfatæ ecclesiæ sanctæ Mariæ Montis-Virginis ipsam jam dictam ecclesiam S. Quiriaci & sanctæ Crucis, & cum omni jure illarum, & prædictam molendinum cum prænominatis rebus, atque prædictam Starziam, & prędictos homines cum hæredibus eorum, ut supradictum est, quos dicimus habere in castello Paterni, & Frequentina civitate. De hac nostra oblatione rerum prædictarum nihil nobis, hæredibus, & successoribus nostris, nec alicui quicquam reservamus. Integram eandem oblationem cum inferioribus & superioribus, cum introitibus, & exitibus suis, & cum omnibus suis pertinentiis transactivè illam damus Deo, & prefatę Ecclesię Sanctę Marię obtulimus ea ratione, ut tu venerab. Albertus, & tui successores omni tempore hanc nostram oblationem habere, & possidere valeatis securiter ad faciendum omnia quæcunque volueritis, sine nostra, nostrorumq; hæredum, vel successorum contradictione, omniumque impositione. Et pro vestra vestrorumque hæredum, & successorum defensione omni tempore ab omnibus hominibus, & ab omnibus partibus. Quod si, sicut dictum est, illud vobis non defensaverimus, & si aliquod ipsius nos, & nostri hæredes, aut successores te cum prænominato Abbate, & cum tuis successoribus exinde causari, aut contendere præsumpserimus, quærendo illud, vel idem vobis tollere, aut contrahere, seu minuere, triginta uncias puri auri componere vobis obligamus causa manente per eandem obligatam pœnam. Et ut hæc chartula verissima semper appareat, & firmissima constet, crucem nostra propria manu hic subtus depinximus, & nostro proprio sigillo sigillari præcepimus. Insuper auctoritate nostra, prædictique Episcopi quicunque hanc præfatam oblationem infringere conabitur, sciat se damnandum anathematis fulgure à planta pedis usque ad verticem capitis. Item ut hæc oblatio prædicti Guilielmi credenda sit nostro consensu peracta, Ego idem Pręsul me subscripsi faciendo signum crucis propria nostra manu. Quod tibi Trojlo Notario nostro taliter scribere jussimus.

Anno Dominicæ Incarnat. 1142. mense Maii, Indict. 5.

† *Signum crucis propriæ manus Domini Guilielmi filii præfati Ducis est.*
† *Ego Joannes Frequentini Episcopus.*
† *Ego præfatus Elias testis sum.*
† *Ego Joannes Bartholomæus Judex interfui.*
Locus † sigilli Regii.

Memoratur idem Joannes in alia donatione facta Monasterio Cavensi ab eodem Guillelmo Toparcha Frequentinn an. 1145. sub iis verbis ex tabulario Cavensi.

In nomine veri Dei, & hominis Jesu Christi, Domini Nostri.

Nos Guillelmus Dei gratia, & magnificæ & piæ memoriæ quondam Ducis Rogerii filius, divina gratia opitulante Dominus Castelli Gisualdi, & Castelli Paterni, aliorumque Castrorum, & Civitatum.

Claré facimus, quoniam in Curia nostra Paterni coram nostro Episcopo Johanne Frequentino, & Helia nostro filio, & Salomone nostro Seratigoto, & Hervero Agullone, & Mercualdo nostro milite, & Joanne Burrello Judice, & Presbytero Gratiano nostro Capellano, & Guillelmo Capuano Vicecomite Paterni, & aliis quibusdam nostris fidelibus pacificè requisivimus venerabilem Presbyterum Ursonem Leonem Rectorem Ecclesiæ sancti Petri, quæ constructa est in Territorio Paterni, & subdita est, per nostram concessionem gratia Dei, monasterio Cavensi de duabus petiis terrarum, quæ sunt in pertinentiis Paterni, ubi Cantrianus dicitur, & ubi vadus de Sala vocatur, & quæ olim fuerunt de propria Domnicali Paterni, quomodo idem presbyter Urso illas possidebat terras? qui respondit coram præfato Episcopo, & dictis hominibus pro parte dictæ Ecclesiæ, se possidere dictas Terras longo tempore quieto jure per concessionem, quam eidem Ecclesiæ fecit Vitas Tolomerius Dominus Paterni, partim pro anima sua, & partim pro uno pari boum, quod idem Rector dedit ei de terra Vado de Sala, & de terra Cantriani reservavit Curiæ suæ Paterni terraticum, & paratus erat firmare ratione legitima, ad proficuum suæ Ecclesiæ secundum providentiam Curiæ. Nos verò unà cum prædicto filio, & dicto Episcopo & fidelibus videntes verum dicere, & firmam habere rationem, concessimus & confirmavimus &c. & pro confirmatione dicimus nos recepisse à te prædicto Rectore in benedictione centum tarenos monetæ Salerni, &c. & tibi præfato Joanni Burrello Judici taliter scribere præcepimus in Anno Dominicæ Incarnationis MCXLV. mense Julio octava Indictione, &c.

Sed nec silentio obruendum quod Joanne hoc Pręsule, sub Innocentii II. pontificatu in veteri civitate jam diu solo æquata Quintodecima antiquitus nuncupata, nunc Aqua putrida Frequentinæ Diœcesis inventum est corpus S. Prisci. Inventionis historiam eodem tempore conscriptam hic exhibemus ab exemplari nobis transmisso.

Priscus natione Gręcus, vita & moribus per omnia sanctus. Quem de partibus orientalibus ad nostram patriam venientem tanquam novum Sydus gratia æterni largitoris, à quo cuncta bona veniunt, ad nos mandavit. Cujus vitam, & miracula, Deo adjuvante, per ordinem manifestare deinceps curabimus. Temporibus itaque Innocentii Venerabilis memoriæ Papę, & Joannis Frequentinæ sedis episcopi,

multa signa, & miracula per visiones fidelibus hominibus Deus ostendit in suo, & Beati Prisci honore, qui per multa tempora in veteri civitate quam Quintumdecimum solent veteres nominare, suo tumulo jacebat incognitus, in qua verò civitate multa corpora sanctorum inventa fuerunt, & cum summa veneratione Beneventum collata sunt. Quodam igitur tempore res valde mira, & stupenda in eodem loco, ubi sanctum corpus Beati Prisci jacebat, per gratiam Dei visa est. Quadam namque die cum quidam agricola in campo suo laboraret in supradicta civitate Quintadecima, quæ quondam fuit, intuens in quendam angulum ipsius ruris, divina voluntate vidit, quasi micantes solis radios, tres speras de sub prædicti ruris angulo prodeuntes umbrosis nubibus, sole penitus occupato, qui dum eas subtiliter respiceret, statim ipsarum se sensit lumine cæsum, qui ut vidit se hujusmodi ab eis obumbratum, obstupuit, & exterritus effectus est. Intantùm quod in terram ferè semivivus, relicto fossorio quod tenebat in manu, cecidit. Cumq; præfatus agricola in se esset eversus, vidit easdem speras ingredi eundem locum unde prodierant. In illa autem die quando dictus agricola hoc vidit, tempus erat tenebrosum, & hyems erat, sed agricola ipse in illa ruina, quam ex sperarum coruscatione senserat, perduravit, & se ultra levare non potuit. Tunc cuidam suo patruo, qui etiam presbyter bene timoratus erat, Nicolaus nomine, ruinam & malum quod habebat, nunciando mandavit, qui protinus ad eum veniens per ordinem interrogare cœpit, qualiter res illa sibi evenisset, qui omnia sicut acciderant manifestare curavit. Presbyter hæc audiens, timorem habere cœpit, & prædictum nepotem suum in asino posuit, & domum suam adduxit, qui verò presbyter, postquam ad civitatem Aquæ putridæ venit, quæ non longè à memorata urbe Quintadecima sita est, illicò ad venerandum Archipresbyterum Alferium nomine ejusdem civitatis Aquæ putridæ ivit, & rem totam, sicut à suo nepote audierat, patefecit. Quibus Archipresbyter auditis, gaudio repletus est magno, dictis tamen ejusdem Presbyteri credere noluit, sed ad prædictum agricolam cum eodem Presbytero festinavit, qui valde cum lætitia magna ad Confratres suos Clericos remeavit. Quibus congregatis in majori Ecclesia civitatis prædictæ, eis omnia diligentiùs enarravit, qui gratias, & laudes immensas unanimiter omnipotenti Deo dederunt, & inito consilio, jejunium statuerunt, & post jejunium cum laudibus, & magna reverentia eundem locum venerabilem, in quo sancta visio visa fuerat adeundum esse laudaverunt. Quibus finitis, piè & devotè ad venerabilem locum perrexerunt, & præfatum agricolam secum duxerunt. Tunc veraisdem agricola venerabilem locum prædicto Archipresbytero Aquæ putridæ, & suis Clericis humiliter ostendit, qui psalmos & litanias in Dei Omnipotentis, & S. Prisci honore decantaverunt, & æternum obsecrantes opificem devotis cum orationibus ibidem fodere cœperunt. Cumque in fodiendo desudarent, quendam invenerunt lapidem, in quo B. Prisci nomen continebatur. Postquam Nicolaus presbyter, cujus memoriam fecimus, supradicti agricolæ patruus lapidem illum aspexit, statim recordatus est, quomodo sibi in ipso loco de eodem lapide transacto tempore contigerat, & Archipresbytero jam dicto, omnibusque aliis circumstantibus insinuare illud cœpit, dicens: Noverit Paternitas vestra, me tempore illo, quo Leonis Petri filius, qui Papa cognomine dicebatur, in præsenti loco in fodiendo laborasse, & lapidem ipsum invenisse, sed cum ego, & nostri operarii, qui nobiscum aderant, lapidem ipsum à loco suo, fodiendo per totum diem removere cuperemus, nequaquam valentes, in remotum dimisimus. Nocte igitur insecuta apparuit Beatus Priscus in somnis cuidam nostrorum operariorum bono viro, dicens ei, hesterna die vos male voluisse sciatis, quando meam domum quocunque modo frangere tentabatis. Et sciatis me talia non velle isto tempore, neque talia vola, ut modo tentatis; quia donec filius Petri Leonis vixerit, qui Papa dicitur, ego revelatus non fuero. Postquam verò isti defecerint, meam revelationem esse sciatis, & in civitate Aquæ putridæ me mansurum confidite, in qua misericors, & miserator Dominus, fidelibus suis ad laudem sanctam suam, suorumque sanctorum ostendere dignabitur mirabilia multa. His auditis idem Archipresbyter cum suis clericis videns tunc ipsum lapidem moveri non posse, abscessit. Sequenti itaque nocte apparuit B. Priscus cuidam Sacerdoti, & cuidam alii Sacerdoti per visionem dicens; euntes nunciate Archipresbytero vestro, quatenus non dimittat opus, quod hesterna die cœpit, sciens quia quod desiderat, inveniet. Qui manè surgentes ad suum Archipresbyterum festinanter venerunt, & visionem quam viderant, unus ignorans de alio narraverunt. Quod Archipresbyter audiens, nimio repletus est gaudio, & cum suis clericis & aliis bonis viris prædictæ civitatis Aquæ putridæ devotè ad locum, in quo memoratus lapis erat, venit, ipsumque lapidem, divino adjutorio, à fovea, in qua stabat, extrahere fecit, in quo Beati Prisci nomen scriptum erat. Ubi autem lætantes, Beati viri nomen viderunt, & legerunt, rursùs in eodem loco fodere cœperunt, existimantes sancti corpus ibidem invenire. Sed postquam fodiendo, sancti corpus invenire non potuerunt, dolore, pavoreque concussi, atque conterriti, quodam desperationis jaculo, ut ita dicam, minimè inveniendi, percussi, ad sua remearunt. Eo namque tempore Sacerdos quidam Marcus nomine in eadem civitate Aquæ putridæ morabatur, qui etiam paramonarii gerebat officium, & prædictam ejusdem civitatis custodiebat. Cui B. Priscus nocte quadam, nitido aspectu virgam in manu ferens per visionem apparuit dicens; Quare locum istum, qui vobis ostensus fuit, dimisistis? & quare fodere reliquistis? Cui isdem Sacerdos dixit: Nos quidem carissime Domine, ad ipsum locum jam bis venimus, & devotè cum summa diligentia in loco ipso quæsivimus, & beatum corpus non invenire potuimus: & beatus Vir dixit ei. Veni & docebo te, quo in loco quærere, & fodere debeatis. Ad quem, postquam accessi, continuò cum eadem virga, quam in manu ferebat, designavit dicens: Nunc vade ad Archipresbyterum vestrum, & festinanter accedite, & in loco isto, quem eadem virga tibi designo, fodientes, & perquirentes, sine dubio quod optatis, invenietis. Tunc sequenti die Sacerdos surrexit, & sicut in somnis viderat, & audierat, Archipresbytero manifestavit. Quam divinam visionem Archipresbyter audiens, lætitia magna repletus, libenter ad ipsum locum se venire promisit. Cumque Archipresbyter sequenti nocte se sopori dedisset, quandam mirabilem visionem vidit. Videbat enim sibi in Sacristario ejusdem majoris Ecclesiæ civitatis Aquæ putridæ adstare, & quod paratus albis vestimentis esset, quemadmodum mos illi fuerat in majoribus solemnitatibus, & de sacristia exiens, ad sanctum adire volens altare, quasi sanctarum missarum ordinem humiliter, ut pote decet, velletque peragere, in choro aspiciens tres venerandos viros Episcoporum more rubeis planetis indutos, infulasque in capitibus habentes, demumque per omnia, ut Episcopos decet, ornatos existere, ita in majori, atque venerabiliori loco Chori vidit consistere, & cum idem Archipresbyter, quasi ad prædicandum, gradum vellet ascendere, tota illa sancta Ecclesia bonis viris sibi plena videbatur, & intuens juxta illos viros, Archiepiscopatus Beneventani Sacristam venientem cum libro, & quadam Epistola ad se venit loquens sacrista, Archipresbyter hæc dixit, Pater carissime salutem, & benedictionem ex parte sanctorum Patrum, qui Beneventi consistunt, & nostri Episcopi tibi apporto, & hunc librum cum hac Epistola ex eorum parte accipito, cui Archipresbyter respondens dixit: Hoc nobis, fili, non mittitur, sed nostro Frequentino Episcopo dirigitur. Quod sacrista negavit, dicens; non Episcopo, sed tibi mittitur, & Archipresbytero dixit. Accipe hunc librum quoniam hic invenies de ipsis bonis viris, qui Episcopali more intùs morantur, & de illo, qui in veteri civitate Quintadecima est. Cumque Archipresbyter librum accepisset, & idem sacrista Epistolam Archipresbytero dare voluit, Archipresbyter au-

tem antequam epistolam legeret, quid in ea contineretur, exquisivit, cui sacrista respondit dicens, accipe epistolam, & tibi legenti epistolæ continentia notificabitur. Accepit igitur Archipresbyter Epistolam, & quod in ea continebatur, aperte legendo, intellexit: Mandatum autem & series Epistolæ hæc erat. Illud, quod vos cœpistis in Quintadecima, facite perseverantes, & ita volo, quatenus vobis perficientibus, quæ cœpistis, omnia vestro Episcopo notificetis, atque per notitiam ejus, ea quæ facere debeatis, & post hæc excitatus a somno, evigilare cœpit. Itaq; Dominica die, quando Clerici, & totus populus, more solito, in sancta Ecclesia ejusdem civitatis Aquæ putridæ simul adessent, ad sacrum ordinem sanctarum missarum audiendum agendum, visionem, quam ipsa nocte viderat, facto silentio, omnibus adstantibus, clara voce narravit. Patefactis ergo omnibus, qualiter viderat, & secundum visionem audierat, omnes rogare cœpit, ut prædictum locum Quintædecimæ civitatis secum adirent. Postquam verò idem Archipresbyter omnia notificavit, omnesque rogavit ut secum ambularent ad Civitatem obrutam, quæ fuerat ab antiquo, quàm maxima multitudo hominum bonorum Aquæ putridæ cum secuta est. Qui cum piè, ac devotè ad locum tumuli pervenissent, accedens sacerdos Marcus Custos sanctæ Ecclesiæ ejusdem Civitatis Aquæ putridæ, locum ostendit, in quo beatus Priscus Circulum faciens cum virga, quam in manu habebat, in somnis apparuit sicut præsens lectio narrat, & fodere jussit, ut sacri corporis reliquias invenirent. Tunc Archipresbyter & alii qui aderant suppliciter continuò flectentes genua, omnipotentem Dominum enixè rogaverunt, multiplicatis orationibus, cum litaniis & psalmis dicentes. Domine Jesu Christe, ante cujus sanctum conspectum omnia contremiscunt, & cuncta nuda & aperta semper assistunt. Te nos indigni servi tui humili prece exoramus, qui dignatus es dicere. Petite, & accipietis, quærite, & invenietis, pulsate, & aperietur vobis, quatenus nobis petentibus indignis famulis tuis beatum corpus S. Prisci Confessoris tui in loco isto ostendere digneris ad gloriam, & laudem sancti nominis tui, qui cum Patre, & Spiritu sancto inseparabiliter vivis, & regnas æternus Deus per ineffabilia sæcula sæculorum Amen. His dictis, humiliter illis fodientibus, omnipotens Deus, qui semper præsto est justis petitionibus, & non derelinquit sperantes in se, laudabilem tumulum venerabilis Patris Prisci revelavit. Qui ingenti exultantes lætitia, omnipotenti Regi laudes debitas reddentes, & devotis mentibus sanctum tumulum inventum, in quo Beatus Pater Priscus jacebat, aperuerunt. Quibus autem aperientibus, tam suavissimus odor omnes adstantes replevit, ac si diversorum pigmentorum, balsamique innumerabilia adessent vascula. Et sic tandem cantantes, & jubilantes in cordibus suis Domino, mirificum corpus à loco, ubi erat, extrahentes, in sancti Petri quadam Ecclesia, quæ juxta erat, illud posuerunt. His itaque peractis, Archipresbyter ad Frequentinum Episcopum Joannem convolavit, & gestæ rei ordinem per omnia intimare curavit. Quæ postquam Joannes venerandus Episcopus auribus percepit, in extasim positus, prout potuit sagacino, sollertique pectore æterno Deo Patri laudes & gratias præ lætitia decantavit, & eidem injunxit Archipresbytero, quatenus, relictis morulis, in die sanctæ feriæ proximioris venientis, ad Ecclesiam S. Angeli, quo in loco, Sallenti nuncupatur, eundem Episcopum expectaret, ac si postmodum ad usque memoratam Ecclesiam Beati Petri, ubi almificum corpus erat, nudis pedibus ambularent, vacantesque orationibus, & litaniis, tanquam aurum reliquias beati corporis in fornace humiliter approbarent. Archipresbyter verò fidelia monita Antistitis sui fideliter accipiens piè satagere, studioseque peregit. Inter hæc à Beneventana sede, sub cujus Diœcesi universa loca, quæ commemoramus in præsenti lectione consistunt Legatus Frequentino Episcopo mittitur loquens, ut omni sublata occasione ad Beneventanum Archiepiscopum properaret. Qui sui Archiepiscopi mandata metuens,

A omnibus relictis curis, religionis, atque obedientiæ studium exercens, Beneventanam adivit sedem, licet hoc modo fecisse legatur; tamen antea Archipresbytero Aquæ putridæ accersito mandavit dicens. Quin tecum venire non possum; qualiter disposuimus, ambulare, & prædictus Nicolaus Presbyter cum aliis bonis viris, prout ordinavimus nudis pedibus ad locum, ubi corpus sancti Prisci esse dignoscitur, & sacris vigiliis, & orationibus, atque assiduis eleemosynis, nec non sanctisque jejuniis operam dantes, reliquias Almifici corporis devotè probate. Archipresbyter autem monita sui Præsulis, prout erat, pectore humilitec accipiens, humiliterque pro posse complevit. Probationem igitur sanctarum reliquiarum subsequens sermo evidenter manifestat. Archipresbyter post hæc ante Altare Beati Petri copiosum ignem fecit accendere, & quandam particulam capitis Beati Prisci cum litaniis, & sanctis precibus, & laudibus, & orationibus in eodem igne misit coram Nicolao Presbytero, & aliis bonis viris; sed res valde
B mira in ea actione secuta est. Ignis enim, qui valitudine sua, ut ita fatear, cuncta comburere solet, sic tunc extinctus funditus fuit, tanquam si quilibet amnis violenter influeret. Intuens Archipresbyter talia, mirari cœpit, ipsumque ignem acriùs accendere studebat, quatenus sanctas reliquias lucidiùs probaret. Sed ignis non ferens laudabilem fortitudinem almarum reliquiarum, quanto magis accendebatur, eo validius extinguebatur, & sanctæ reliquiæ tunc in ipso igne acriter sonare cœperunt, & adstantibus multum pavorem fecerunt. Et postea accipientes talia, maximas laudes, & innumerabiles gratias Deo æterno liberatori omnium, unanimes decantaverunt, & sanctas reliquias extraxerunt, & à probatione cessantes, cum aliis sanctis reliquiis, sanctas posuerunt reliquias. Post hæc verò Archipresbyter Nicolao Presbytero tale præceptum dedit, dicens. Vide ne aliquis ingrediatur ad locum in quo sanctuaria ista posita sunt, & neque tu, neque alius aliquis, & de ipso loco, ubi modò consistunt, movere præsumat.
C Ego enim omnia hæc, quæ in isto sancto opere nobis advenerunt, sicut audivimus, & vidimus, nostro Episcopo manifestare volo. Festinans ergo Archipresbyter suum adivit Episcopum, & gestæ rei ordinem, quemadmodum viderat, & audierat eidem humiliter notificavit. Quibus auditis Episcopus, in sexta feria sanctæ majoris Hebdomadæ misit de confratribus suis Aquæ putridæ ad locum, qui vocatur civitas Quintidecimi, ubi sanctum corpus erat, & inde illud ad civitatem Aquæ putridæ afferri præcepit. Quod cum fratres cœlestibus laudibus fecissent, debita reverentia suo Episcopo nunciaverunt, sicque deinde factum est, quod sanctæ reliquiæ per manus religiosorum hominum intus in Ecclesia Beatæ Dei Genitricis Mariæ non longè à Choro, in psalmis & laudibus collocatæ in civitate Aquæ putridæ positæ sunt. Contigit post hæc, ut Episcopus Beneventum iret, & ipsi via eundi, & redeundi multa adversa sibi advenerint. Denique cum ad Frequentinam sedem cum suis necedere vellet, licet noctis tempore esset, per multa
D devia ambulantes, rectam obliti sunt viam, eandem nimio perterriti dolore, & pavore, talem orationem Episcopus dicitur fecisse. Domine Rex miserere nobis per gloriosa merita sanctorum, & sancti Prisci Confessoris, cujus sanctum corpus desideramus ponere in sancto Altari, cujus sancti Corporis negligentiam usque ad præsens habuimus, & nunc Deus Omnipotens libera nos famulos tuos de præsenti angustia, quia confitemur nos multum offendisse te, & sanctum Priscum; sed pœnitentiam querimus, & volumus, atque emendationem nostrorum peccatorum desideramus te auxiliante, qui es benedictus in sæcula sæculorum Amen. Factum est autem post hæc verba se sanos, & incolumes invenerunt, & res suas omnes sine damno similiter. Jam clarescente die respecti fuerunt juxta tumulum, in quo sanctum Corpus venerabilis sancti Prisci fuerat ante in civitate Quintadecima, & super tumulum B. Prisci Episcopus aspiciens, igneam nebulam vidit, & sic accepta consolatione, D.i Omnipo-

tentis magnalia collaudantes ad suam domum reverssi sunt, ac deinde Episcopus festinanter ad se Archipresbyterum Aquæputridæ venire fecit, & omnia mala, quæ sibi acciderant, & quomodo fuerunt, & quomodo de equitatura sua ceciderant, & in terra quasi semivivus jacuerat, omnesque qui secum erant, valido timore exterriti fuerant, & animalia, quæ secum ipse & sui Beneventum duxerant, & reduxerant, quasi cæcata fuerant, in via eidem Archipresbytero cuncta quæ superius leguntur manifestavit. A

IV. 4 JAQUINTUS interest Concilio Lateranensi sub Alexandro III. celebrato anno 1179. fortassis hic ille est Episcopus Frequentinus, qui cum aliis Præsulibus interfuit consecrationi Ecclesiæ Montis Virginis anno 1182. nomen tamen in chartula consecrationis non exprimitur.

V. 5 AGAPITUS Monachus sanctissimæ Trinitatis Cavensis Ord. S. Benedicti eligitur Episcopus circa annum Domini 1189. ut legitur in Chronic. Cavensi.

VI. 6 MARTINUS ante annum 1200. Frequentinam regebat Ecclesiam, cætera ignorantur. Sub Gregorio IX. quidam Judex Frequentinus Joannes, a Capitulo vitio electus repudiatur ab eodem Gregorio, qui ad Rogerium Canonicum Frequentinum litteras dedit, ut quantocyus tanquam Apostolicus delegatus procuret novam, & canonicam electionem. Dat. 4. Id. Junii, anno pontif. 8. salutis 1234. epist. est num. 94. fol. 299. reg. Vatic. B

VII. 7 JOANNES Beneventanæ Ecclesiæ Archipresbyter creatur Episcopus Frequentinus an. 10. pontif. Innocentii IV. 1252. obiit extremis ejusdem Pontificis diebus.

VIII. 8 JACOBUS de Aquaputrida promotus est an. 1254 quem electo Beneventano commendat Innocentius IV. in epist. Dat Neapoli 3. non. Novembris anno pontif. 12. ex reg. Vatic ep. 299. fol. 184.

IX. 9 B. Episcopum Frequentinum à sua Ecclesia exulem commendat Alexander IV. episcopo Siracusano, ut in aliquo ex monasteriis Siciliæ pro se, unoque clerico, ac duobus famulis vitæ necessaria provideri curet Dat 2. Non. Febr. an. pont. 2. qui fuit salutis 1257. ex reg. Vat. ep. 179. fol. 154. C

X. 10 G. Episcopus sedis hujus defunctus est anno 1306.

XI. 11 ROGERIUS successit jam antea à Capitulo electus, confirmatus ex Apostolica Clementis V. auctoritate, pro qua re scripsit Boviano Episcopo, ut illum, si tanto oneri idoneum invenisset, in dignitate confirmaret, ut in reg. Vat. Dat. Avenione 14. Kal. Martii anno pontif. 2. salutis 1307 Hic Rogerius temporibus Joannis XXII. occisus fuit ab Rogerio de Bonito milite Arianensi: diu propter hoc indignum facinus Ecclesia ista vacua pastore fuit.

XII. 12 PETRUS Canonicus & Notarius Beneventanæ Ecclesiæ electus Episcopus Frequentinus anno 1343. memoratur in instrumento electionis Notarii ejusdem Ecclesię Beneventanæ tunc vacantis, per Capitulum celebratæ eodem anno die 24. Januarii Ind. 12. in persona Abbatis Thomasii Mercurii Corsileonis de Benevento Canonici ejusdem Ecclesiæ ex Bibl. Benevent. D

XIII. 13 CHRISTIANUS Episcopus Civitatensis huc translatus ann. 1348. eodemq; anno defunctus.

XIV. 14 Fr. EUSTACHIUS, vel Eustasius, seu Statius Nicolai de Riccia Ord. Eremitarum sancti Augustini electus successit anno 1348. ad hanc dignitatem vocatus à Clemente VI. 4. Id. Decembr. an. 7. ex Reg. Vat. ep. 202. fol. 94. testis fuit sequenti anno 1349 die 17. Junii ind. 2. instrumento unionis Ecclesiæ sancti Petri de Sala in pertinentiis Montis Fusculi cum sacello S. Bartholomæi Apostoli facto per Stephanum Archiepiscopum Beneventanum. Obiit anno 1370.

XV. 15 JACOBUS Episcopus antea Arianæ Ecclesię ad hanc Frequentinam translatus est 17. Kal. Febr. 1370. Urbano V. sedente, ex Reg. Vat.

XVI. 16 MARTINUS electus 1399. defunctus 1405. ex lib. Oblig.



XVII 17 JOANNES Caracciolus Neapolitanus eligitur 5. Kal. Maii 1405. defungitur anno 1424. Romæ ubi jacet, de quo in lib. Provis.

XVIII 18 GASPAR, patria Perusinus, Monachus & Abbas sancti Joannis de Eremo Ordinis S. Benedicti electus est ad hanc Cathedram moderandam à Martino V. die 17. Kal. Septemb. ann. 1424. sedit ann. plus minus 31. & in senectute bona quievit anno 1455. ex eodem lib.

XIX. 19 BAPTISTA de Ventura Canonicus Neap. ad hanc Infulam sublimatur die 27. Sept. 1455 quo Præsule Frequentinus Episcopatus à Paulo II. Pontifice, defuncto Tuscio Abellinensi Præsule, perpetua unione conjunctus est cum Abellino die 7. Maii 1466 idemque Baptista primus Episcopus fuit Abellinensi, & Frequentinensis simul unitarum Ecclesiarum, ita in li. Provis. & oblig Prælat. sub Paulo II fol. 32. Qui deinde utrarumque Ecclesiarum usque ad hæc nostra tempora fuerint Episcopi, supra reperies in Abellinensium Episcoporum serie.

GUARDIENSES

EPISCOPI.

GUARDIA Alfetia mediterranea est civitas ad Tiferni amnis ripam in Provincia Comitatus Molisiensis ob aeris gravitatem penè desolata, infrequens habitatoribus est. Ejus origo obscura est, cum nullus omnino auctor reperiatur, neque citimus, neque remotus, qui ejusdem originem, vel progressus, aut ruinam protulerit; quia tamen post millesimum nostræ salutis annum, ut fert opinio, hic ab Archiepiscopo Beneventano constituta est Episcopalis dignitas, non obtinuit, ut diceretur Civitas; itaque ab ea tempestate Præsulem obtinuit, qui sacrorum esset Antistes, & Beneventanæ Ecclesiæ suffraganeus. Cathedralem ecclesiam Deiparæ Virgini Assumptę dicatam habet. In ea duæ sunt dignitates, Archipresbyteratus nempè, & Archidiaconatus. Canonicorum non est certus numerus, nunc plures sunt, nunc pauciores; quia Ecclesia adscriptitia est. Præter ipsam Cathedralem nulla alia Parochialis Ecclesia est intra mœnia, nullum cœnobium virorum, nullum mulierum; unum tamen visitur Hospitale, & tria Sodalitia laicorum. Diœcesis exigua est, sex oppidis constat, ubi sex Parochiales Ecclesiæ Archipresbyterales numerantur. Census annuus Episcopalis mensæ vix ducatorum Regni cir

citer 700. Tegatur in lib. ... Apost. Boren. 66. Episcoporum series, qui in hac floruerunt Ecclesia, hæc est, elumbata tamen, & non semel intercisa, quod monumentis, scripturisque ejusdem Ecclesiæ destituti fuerimus. A

I. 1 PETRUS primus Guardiæ Episcopos, cujus nomen innotuit posteris ex documento Milonis Archiepiscopi Beneventani ad favorem Abbatis Amici monasterii S. Sophiæ de Benevento contra Leonem Draconariæ Episcopum scripto in Synodo, cui Petrus interfuit ann. 1075. Post Petrum plures desiderantur hujus Ecclesiæ Episcopi.

II. 2 HALARIUS *a* interfuit Lateranensi Concilio anno 1179. Alexandro III. Pontifice ad clavum sedente.

a Al. Alonsus.

III. 3 Fr. JOANNES Ord. Minorum eandem sedem obtinuit ann. 1301.

IV 4 MATTHÆUS obiit 1348.

V. 5 Fr JOANNES Ord. Minorum successit Matthæo 3. Id. Maii anno 1348. apud Vvaddingum ex Reg. Vat. solvit pro Mattheo decessore in lib. solut. die 5. Novemb. 1350 quo anno translatus est ad Eugubinam Ecclesiam, deinde an. 1370. factus est Episcopus Regiensis in Gallia.

(„ *Iste in Galliis morabatur, & unus fuit ex Episcopis, qui in Ecclesia Cathedrali Narbonensi munus Consecrationis impenderunt Bernardo Fornerii ex Canonico electo Episcopo Helenensi 18. Kal. Septemb. 1348. ut ex Baluzio in notis ad vitas Paparum Avenionen. tom. 1. p. 1432.*)

VI. 6 BENEDICTUS post Joannem fuit Guardiensis Episcopus, qui obiit ante annum 1354.

VII. 7 PETRUS ex Thesaurario Benevent. Ecclesiæ datus est successor defuncto Benedicto ab Innocentio VI. 4. Kal. Febr. pontif. 2. salutis 1354. excessit Avenione paulo post suam consecrationem.

VIII. 8 Fr. PETRUS Ordinis Minorum statim successit Petro, electus ab eodem Innocentio VI. ann. 1354. 4. Id. Maii ex Reg. Vat ep. 49. fol 49. pontif. 4. In vivis agebat ann. 1356. die 15. Martii cum solvisset sacro Collegio solitum pensum pro Pe- C
tro prædecessore suo, ut notatur il libr. solutionum.

IX. 9 ANTONIUS excessit sub Bonifacio IX. ann. 1393.

X. 10 ANTONIUM de Rufsis Rectorem Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Cesano Suessanen. Diœcesis Bonifacius IX. evexit ad hanc sedem 18. Kal. Febr. 1392. Præfuit ann. 7. translatusque est ad Episcopatum Gravinensem. Ita notat lib. Provis. & obligat. Prælat.

XI. 11 JACOBUS ab Ecclesia Cupersanensi ad hanc Guardiensem transfertur nonis Septembris 1399. ab eodem Bonifacio IX. moritur 1402. ex iisdem lib.

XII. 12 ANTONIUS electus ann. 1402. die 4. Julii.

XIII. 13 THOMAS Archidiaconus Termulanæ Ecclesiæ eligitur Episcopus in locum defuncti Antonii 4 Id. Decembr. 1404.

XIV. 14 ESQUILLUS Episcopus Guardiensis obiit 1411. D

XV. 15 Fr. JACOBUS PETRI Treppe Ord. Minorum electus per obitum Esquilli die 17. Martii 1411. ex Vvaddingo Annal. Minorum tom. 5.

XVI. 16 Fr. SABINUS de Celano *b* Ord Minorum Episcopus Guardiensis sub Archiepiscopo Beneventano ann. 1419 Hic, ut Vvaddingus tradit, Marrochiorum in Africa institutus est Vicarius propter absentiam Episcopi oves negligentis.

b De Cellino ex Toppio in Bibl. Neapol. p. 170. Mandos.

XVII 17 JACOBUS Episcopus Guardiensis florebat ann. 1428. Beneventanæ civitatis Rectoris loco, ad quem extant Martini V. literæ Pontif. sui 11. Dat. apud Sanctos Apostolos 8. Id. Junii ad favorem Pauli Archiepiscopi Beneventani conscriptæ; cætera Jacobi acta incomperta sunt.

XVIII 18 ANTONIUS hujus Ecclesiæ Antistes fato obiit ann. 1490.



19 MARCUS Cybo Januensis electus ab Innocentio VIII. ann. 1490. die 5. Novemb. excessit an. 1494. XIX.

20 Fr. ROBERTUS de Ferraria („ *Ordinis Prædicatorum*) successit die 22. Augusti 1494. ex Actis Consistorialibus. („ *De eo Libanorius in Ferraria aurea par. 2. p. 67. & Fontana in Theatro Dominicano pag. 200. Mandosius.*) XX B

21 BENEDICTUS mortuus est anno 1498. XXI.



22 TROYLUS Agnesius nobilis Neapolitanus Episcopus Lavellensis ad hanc sedem translatus est die 4. Julii 1498. XXII.

(„ *M. ANTONIUS Vascherius, Agnunensis, an. 1510. Guardiensis Episcopus creatus est, ut docet Ciarlantes in memoriis hist. Samnii, & ex eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 204.*) XXIII

23 ZACCHARIAS de Vicentia Episcopus Sebasten. transfertur ad hanc sedem die ultima Augusti 1519. post menses tres illam resignavit, cum regressu tamen, ut mos illorum temporum erat. XXIV

24 VALENTINUS de Valentinis electus die 2. Decemb. 1519. brevis Pontifex fuit, iterumque post ipsum Zaccharias hanc eandem Ecclesiam suscepit moderandam, in eaque administranda diem suum obiit Romæ ann. 1524. XXV

25 N. Episcopus Sanctinensis huc translatus die 19. Septemb. 1524. XXVI

26 HIERONYMUS Vascherius de Carpo hujus Ecclesiæ Episcopus, Vicarium Brixiensis Episcopatus agebat an. 1539. ejus promotionem non reperi, nisi forte sit idem cum relato Episc. Sanctinensi. XXVII.

27 JOANNES Cardellus obiit anno 1552. XXVIII.

28 ANTONIUS de Benedictis Archipresbyter Sipontinus deligitur die 24. Augusti 1552. defungitur 1556. XXIX

29 JACOBUS Lomellinus del Campo, Petro, & Argentea parentibus natus, genere Græcus Rhodius; sed quia prope Messanam in navi Religionis S. Joannis Baptistæ Hospitalis Hierosolymit. primum infans è nobilibus parentibus in lucem venerat, dictus est civis Messanensis, ipse, ejusque germani Romanis Pontificibus grati fuere. Jacobus XXX

fit



sit primum Apostolicus Referendarius, atque multis ecclesiasticis beneficiis in Sicilia à Paulo IV. ditatur, post Episcopus designatur Guardiensis die 5. Julii 1556. transfertur sub Pio IV. ad Mazatiensem ecclesiam in Sicilia die 17. Aprilis 1562 ex qua sub Pio V. transitum fecit ad Panormitanam Metropolim anno 1571. In qua moderanda egregius Præsul mortalitatem explevit anno 1575. die 9. Augusti, sepelitur in Cathedrali in sacelli solo, atque æneum Prȩsulis simulachrum affabrè elaboratum jacentis specie impositum est, hac subjecta epigraphe.

Jacobus Lomellinus cum Guardiensis Episcopus mox Mazariensis, & tandem Archiepiscopus Panormit. summa cum religione, & populorum exemplo administrasset, ac in Concilio Tridentino pro sancta Romana Sede, & in Sede Romana pro Rege, & Siciliæ Regno difficillima superasset, ad Deum, unde exivit evolavit.
Quod terreum hac urna clauditur, dum tuba canet.
Vixit an. ulin. obiit in. August MDLXXV.

Jacobi egregia facinora, ac virtutes scribit Rocchus Pyrrhus in notit. Eccles. Panormitanæ, & Mazarien. de quo fortasse alibi.

XXXI 30 JOANNES BAPTISTA Lomellinus Jacobi superioris germanus frater, ei in Guardiensi Sacerdotio successit die 17. April. 1562. Concilio Trid. interest, translatus deinde ad Æserniensem Ecclesiam an. 1567. die 17. Martii, ubi extrema clausit anno 1599. de quo vide tom. 6. in Æserniensibus Episcopis num. 44.



XX XII. 31 CAROLUS Carrafa Neapolitanus vocatus ad hanc insulam die 23. Martii 1567. è qua ad Bojanensem transiit ann. 1572. ut supra narravimus.

XX XIII. 32 ALTICOTIUS de Alticotiis Etruscus Cortonensis patria, vir probus, successit Carolo anno

A 1572. 13. Augusti, post annum tertium à sua inauguratione fato defungitur, anno scilicet 1575.

33 FRANCISCUS Indellus electus die 14. Octob. 1575. sedit ann. 4. menses aliquot, obiit anno 1580. XX XIV.

34 POMPILIUS Perottus Pontifex Præpositus fuit Guardiensis die 4. Junii 1580. Obiit 1591. XX XV.

35 Fr. BARTHOLOMÆUS Beccarius Maceratensis Ord. S. Francisci Conventualium doctus Theologus, dignus habitus est ut ad hanc Guardiensem Cathedram eveheretur die 26. Aprilis 1591. XX XVI.

36 SEBASTIANUS obiit 1616. XX XVII.

37 JO. DOMINICUS Jaconia nobilis Liciensis, vir prudentia, & morum integritate clarus Guardiensis Episcopus electus à Paulo V. die 9. Januarii 1617. Præfuit annis multis, nec sine laude. Ex gente Jaconia floruere Antonius Episcopus Puteolanus, Ferdinandi Regis Capellanus, & Episcopus Castrensis. XX XVIII

B 38 ALEXANDER Liparolus Neapolitanus Guardiensis Episcopus, translatus est ad Satrianensem, & Campaniensem ecclesiam ab Urbano VIII. anno 1637. die 14. Decembris. XXX IX.

39 LUCAS Moncalvus ex oppido Calvi Insulȩ Corsicæ electus Præsul Guardiensis per translationem Liparoli die 17. Januarii 1640. Interfuit Concilio Provinciali Beneventano celebrato an. 1656. Vivit. XL

A D D I T I O.

(„ Cum undeviginti annos hanc laudabiliter rexisset Ecclesiam Jo. Lucas, decessit in oppido Castelluti, in quo residere solent Episcopi, 8. Junii 1669. Præsul sane doctus, qui edidit an. 1638. orationem, cui titulus: Triumphus Christi; quam habuit die festo Ascensionis Domini in Pontificia Quirinali Capella. Sepultus ibi fuit in æde D. Leonardi, quæ Cathedralis vice fungitur.

C „ *JACOBUS Pedicinus Moncalvo successit eodem anno, sed die 19. Augusti, Patritius Beneventanus, Francisci oppidorum Domini, & Aureliæ Bartolæ, è Ducibus Castri Poti Patritiæ item Beneventanæ filius. Adolescens Clericorum Regularium Minorum Ordini se adscriptum voluit, in quo Philosophiam, ac Theologiam per annos ferme viginti, cum Romæ, tum Genuæ ingenti laude publicè docuit. Præpositi, Visitatoris, ac Adsistentis generalis munera sedulò obivit. In Genuensium dominio, sancti Officii, in Urbe Congregationis Indicis Consultorem gessit. In Romano Sapientiæ Archigymnasio Morales doctores docte, ac subtiliter est interpretatus. Demum præclara ob merita Epidauriensis designatur Archiepiscopus, sed postea hujus infula Ecclesiæ honestatur, quam viginti circiter annos laudabiliter administravit, ac die prima Decembris 1688. mortalitatem explevit, & in Majori Castelluti Ecclesia conditus fuit. Tanti viri adhuc viventis memoriam posteris commendavere amantissimi nepotes hac inscriptione apposita propè marmoream, ac nobile gentilitium sacellum Ss. Conceptionis in æde S. Mariæ Gratiarum Beneventi inauguratum.* XLI

D

D. O. M.
„ Jacobo Pedicino Clericorum Regularium Minorum, qui Philosophiam,
„ Theologiamque summa cum laude publicè docuit. Præpositum frequenter,
„ Visitatorem sȩpius, Adsistentem generalem semel, atque iterum egit. In Serenissimo Januensium Dominio, sancti officii, in Urbe Sacrȩ Congregationis Indicis Consultor fuit; in collegio Romano Sapientiæ Doctores Morales dilucidè est interpretatus, uberemque scientiam integerrimis ornatam moribus prætulit ab ipsa adolescentia. Eminentissimo

Prin-

Principi Laurentio Imperiali Cardinali amplissimo fidem, & operam præstitit insignem. Hinc de Sede Apostolica, tantoque heroe benemeritus soluto solemni voto non admittendi Ecclesiasticas dignitates à summo Pontifice Clemente IX. æternæ, sanctæque memoriæ Epidauriensis primum Archiepiscopus designatur, mox ad Guardiensem Ecclesiam transfertur invitus. Patruo Optimo studiosissimi nepotes Franciscus, Joannes Baptista, Carolus, & Imperialis Pedicini Patritii Beneventani posuere Anno Jubilæi MDCLXXV. devincti animi monumentum.

Majorem præfati oppidi Castellucii suæ residentiæ Ecclesiam squallidam, ac deformem adeò concinnavit inclytus Præsul, ut meritò tantam pietatem sequens inscriptio buccinet.

A. M. D. G.
Jacobus Pedicinus
Patritius Beneventanus
Episcopus Guardiensis
templum hoc quà obscuram, quà deforme
decorabat anno Christiani Orbis
MDCLXX.

Ut à sua diœcesi fœnera extirparet, tres, ut vocant, Pietatis Montes excitavit; primum, cui D. Maria Sanitatis; alterum D. Nicolaus Myrensis; tertium denique D. Antonius Abbas titulum faciunt.

XLII *FABRITIUS Cianci, Muranus, J.U.D. Episcopi Murani generalis Vicarius, & Eminentiss. Archiepiscopi Beneventani Ursini familiaris, Pedicinum excepit 28. Novembris 1689. Diœcesanam Synodum habuit ann. 1692. sanctissimis constitutionibus refertam. Mortalitatis compede solutus fuit an. 1696. mense Octobri.*

XLIII *PHILIPPUS è Suessæ Ducum, Hispaniæ Magnatum nobiliss. gente de Corduba etiam Neapoli inter Patritias familias in sessione, ut ibi dicunt, Portus conscripta, ab Innocentio XII., qui ejus virtutem, ac vitæ probitatem benè noverat an. 1697. 27. Martii huic Cathedræ præficitur; quam dum nititur spiritualiter, ac materialiter exornare, morte præventus fuit anno sequenti 1698 incredibili omnium luctu, & præcipuè suæ diœceseos.*

XLIV *SEBASTIANUS Feolus, Beneventanæ diœcesis presbyter, Vicarius qui fuerat Gravinensis Episcopi, Archidiaconus indè ædis principis S. Agathæ Gothorum, hac decoratur infula 19. Decembris 1698. qua ipsum mors exuit die 6. Novembris 1701.*

XLV. *JO. ANDREAS Moscarellus, Joannis Baptistæ, & Isabellæ Cardonæ Patritiorum Beneventanorum filius, priùs in sua patria Canonicus, deinde Thesaurarius, successivè secundus, ac tandem primus Primicerius, casuum, rituumque congregationibus præfectus sub Cardinali Ursino laudatiss. Archiepiscopo, sacris ordinibus initiandorum Censor, aliisque muniis qua probitatis gloria, qua doctrinæ laude per quatuor ferè lustra obitis verè præsignis ab, Clemente XI. immortalitate dignissimo supremo hierarcha anno 1703. 14. Martii huic Sponsæ vir assignatur. Diœcesim suam optima illicò instructam disciplina, & ab Apostolicis nunquam sat commendatæ Societatis Jesu missionariis lustratam voluit. Usum divini pensi concinendi omnibus diebus festis restituit, cum antè vix in illis primæ, & secundæ classis recitaretur; casuum, & rituum congregationes instituit; ædem principem recenti structura decoravit; sacris lipsanis donavit; aras omnes in ea refecit, & illam inprimis Ss. Crucifixi, quam privilegiatam pro defunctis Apostolicæ sedis gratia sancivit; Odæum è ligno nucis affabrè lævigatis, miroque modo concinnatis composuit; novam Episcopalem umbellam vulgo* Dossello *effinxit; Hierophylacium prolatavit, nobili argenteo baculo, omnique sacra supellectile locupletavit. Ædes omnes diœcesis reparatas, exornatas, sacris lipsanis donatas, omnique sacra veste etiam pretiosa, & quolibet instrumento prò altaris functionibus suo etiam proprio censu ditatas voluit. Jura, ac fundos Episcopalis mensæ, & locorum Piorum suæ diœcesis, vel obsoleta, vel usurpatos asseruit. Domum emit prò publico gymnasio vulgo* Scuola pia, *in quo gratis liberales disciplinæ edocentur, cum nulla facultas suppetat ob tenuitatem redditunm prò erectione seminarii, quam votis omnibus suspirat. Episcopale palatium vetustate fatiscens, imò jam labans refecit. In oppido Civitatis confraternitatem sub auspiciis B. Mariæ Virginis de Carmelo excitavit. Pauperes omnes quotannis vestit suprà reliquas, quas eis quotidie eleemosinas largitur. Synodum habuit an. 1709. Permultas aras sacravit in sua diœcesi, quam revisit quotannis juxta sacrosancti Concilii Tridentini præscriptam. In omnibus suis ædibus Archipresbyteralibus dotem constituit, ut secuto ejus obitu piacularia sibi sacra persolvantur. Ecclesiasticæ immunitatis se acerrimum exhibet propugnatorem, ac vindicem, aurei D. Isidori moniti semper memor nempè:* ministerium tuum plùs oneris habet, quàm honoris; si affectas honorem, mercenarius es; si onus amplecteris, potens est Dominus augere gratiam suam, ut lucra ex lucris, & ex profectibus accedant profectus. *Non ditiorem exoptat alterius sacræ sponsæ dotem, sed locupletiorem animarum utilitatem, concreditumque sibi gregem exemplo ditare toto pectore satagit, memor alterius itidem aurei moniti:* Ita præsis, ut omnibus prosis. *Ita etiam quandoque absens omnibus prodest, ut præsens præesse omnibus videtur ornatissimus præsul, majori honorum cumulo in posterum exornandus. In hisce duobus Præsulibus Pedicino, & Moscarello usi sumus illorum elogiis, quæ leguntur in Beneventana Pinacotheca fol. 125. 126. & 135., quam publici juris fecit anno 1720. Joannes de Nicastro, Beneventanus, ac Sipontinus patritius, & sanctæ Metropol. Beneventanæ Ecclesiæ Archidiaconus, heros, non minus majorum sanguine, quam propria virtute spectatissimus, à cujus laudibus lubenter abstinemus utpotè tanto impares oneri, & nè ejus modestiæ graves simus. Satis autem superque eum sui ingenii æviterna commendant monumenta.)*

LARINENSES
SEU
ALARINENSES
EPISCOPI.

LARINUM, seu Alarinum (vulgo *Larino*) mediterranea civitas est ad dexteram Tiferni ripam, inter Histonium, & Theanum, interque Triventum, à Trivento duodecim M.P. positum; quondam fuit nobilis, & opulenta Frentanorum sedes vetustissima, qui, ut scribit Cato de originibus, à Liburnis Dalmatis, & Tuscis progeniti, a Lauronibus, quod Principum eorum nomen erat, Larinates, & oppidum eorum municipium, & regionis caput Larinum, seu Alarinum nuncupatum.

Me-

Memoratur Melæ, Plinio, Ptolomæo, tum Ciceroni in orat. pro A. Cluentio, & ad Atticum, lib. 4 epist. 12. & 13. & Julius Cæsar civilis belli lib 3. Municipium fuisse idem testatur Cicero in dicta orat. pro Cluentio. Latis patuisse finibus oportet Laurinantium agrum, ac fortasse à Tiferno ad Frentonem usque,, tanquam singularis habebatur regio inter Frentanos, & Apuliam, Cæsari, ac Livio, unde à Polybio etiam lib. 3. recensetur Larinatis regio. Sensit aliquando civitas hæc bellorum incommoda, & calamitates, ideo ita desolata mansit, ut incolæ coacti fuerint primo milliario ab antiquo parvo colle fontibus scaturiente novum reædificare Larinum. Verum hoc etiam tempore pestiferæ luis calamitatibus eo traductum est; ut cum duo millia civium capita in primis, non ita pridem numerarentur, nunc vix trecenta supersint; Marchionatus tamen Branciæ gentis titulo illustratur. Cæterum Larinates Christiana sacra accepisse eadem tempestate, qua Beneventum, adjacentesque regiones fidem susceperunt, hoc est Apostolorum temporibus, necesse est asserere. Episcopatum verobic institutum esse ante sanctum Barbatum Beneventanum Episcopum docent Vitaliani Papæ literæ ad ipsum Barbatum datæ anno salutis, 668. ubi Ecclesiæ Larinæ fit mentio, Beneventanæ Ecclesiæ tunc etiam obnoxiæ. Cathedralis Ecclesia in medio civitatis posita, amplæ ex quadrato lapide structuræ exædificata, ac nobili marmoreo frontispicio exornata sancto Pardo Episcopo dedicata est, ubi sacrum ejusdem corpus requiescit. Pardus iste non fuit Larini Episc. ut Ferrarius scribit, sed cujusdam civitatis in Peloponneso Antistes, qui cum à sua sede expulsus fuisset, Romam venit ad Pontificem Maximum, à quo oblatum in Italia alterum Episcopatum, quietis gratia, & amore solitudinis illum recusavit, & in Eremum secessit prope Luceriam civitatem Apuliæ, ubi tanta vitæ sanctitate ea in solitudine vixit, ut sanctus post obitum habitus sit, & Larinates, quibus corpus S. Primiani subtractum fuerat, profecti in saltus Luceriæ invenerunt corpus S. Pardi, quod cum abstulissent, Larinum deportavere, & in ecclesia condidere, quam in honorem ejus dedicaverunt, cujus translationis diem celebrant 26. Maii, veluti civitatis, ac diœcesis Patroni, Inventionis vero diem 27. Octob. Acta ipsius M.S. hæc habent. Cæterum in ea Cathedrali duo dignitatum gradus ad majorem Dei cultum sunt, Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, & Canonicatus decem, Presbyteratus, simplicesque Clericatus, Seminarium, duo monasteria virorum, & Hospitale, pauperum refugium, aliquotque fraternitates laicorum in civitate recensentur. Diœcesis Larinensis sita est in ea parte, quæ Capitanata Apuliæ vulgo dicitur, finibusque haud obscuris terminatur. Nam ab Oriente Frontone fluvio cingitur, qui Adriaticum mare influit, cujus fluctibus 18. M. P. à Septentrione alluitur, usque ad ostia amnis Tipherni, cujus aquis Occidentem versus ab Episcopatu Termularum dividitur, demum à Meridie rivo Majo in Tiphernum influente, jugisque montium & continuis sylvis à Diœcesi Beneventana dirimitur, inde in subjectis vallibus à Cigno fluvio concluditur in Frontonem illabente. Porro Diœcesis continet decem & octo tum oppida cum pagos, Latinorum duodecim, Albanensium sex. In pagis autem Albanensium manent qui Græcum ritum nunc sectantur. Episcopus Beneventani Archiepiscopi suffraganeus est, cujus mentio exsculpta est in valvis æneis Beneventanæ Ecclesiæ, & dominus est etiam in temporalibus Ururæ alias Auroræ suæ diœcesis Albanensium casalis, quatuor millibus passibus a Larino distantis. Census Episcopatus duo millia scutatorum Regni olim dicebatur explere; nunc sublatis colonis vix ad mille notatur ascendere, tametsi in lib. Apostol. ejus taxa 100. florenos non excedat. Larinenses Præsules, quos nobis eruere licuit ex diversis scripturis, monumentisque, non tamen Larinensis Ecclesiæ, quæ nullum nobis protulit adjumentum, frequentes erunt pauci, & jejuni, ut in eorum concinnandis nominibus, litanias decantare videamur.

I. 1 AZZO Episcopus Larinensis vixit circa annum sal. 960 cujus meminit Leo Ostiensis in Chron. Casin. lib. 2. cap. 6. *Constantius*, inquit, *quoque Præpositus sancti Benedicti de Lariano proclamavit in placito Maldefrid Comitis super Azonem Episcopum ipsius civitatis de ecclesia sancti Benedicti in Pettenari, quam idem Episcopus cum omnibus possessionibus ejus sibi vindicaverat, & ostensa ratione, ac justitia nostra iudicante Comite, & Episcopo renunciante, collegit eam, & quoniam destructa erat, à fundamentis eam restaurans, ibi monasterium quod hactenus intra civitatem fuerat esse constituit, ibique cum Monachis religiose vivere cepit.* Hæc de Azzone, qui Episcopus cum Monachis vitam duxit Monasticam tantum reperimus; cætera ejus acta obscura sunt.

II. *(,, JOANNES Larinensis sedis Episcopus interfuit Conventui Beneventano ab Udalrico Archiepiscopo habito an. 1062. ut videre licet in documento supra ab Ughello in Draconariensibus relato.)*

III. 2 GUILLELMUS Larinensis Episcopus interfuit consecrationi Ecclesiæ Casinensis sub Alexandro II. Papa anno 1071. Testis fuit documenti Ulderici Archiepiscopi Beneventani pro monasterio sanctæ Sophiæ anno 1075. Pervenit ad tempora Urbani II. anno 1090. quo interfuit Concilio Melphiten.

IV. (,, *JOANNES* anno 1100. *subscripsit donationi Roberti Comitis Loretelli, quam vide supra in Bovinensibus.*)

V. 3 PETRUS Præsul Larinensis adfuit Conc. Lateran. celebrato ab Alexandro III. anno 1179.

VI. 4. N. hujus Ecclesiæ Episcopus, cui scribit Innocentius III. ut Cardinalis Apost. sedis in Neapolitano Regno Legato obediat una cum clero, & populo Larinensi. Florebat anno 1200. eidem fortassis scribit Honorius III. super negotio canonizationis Joannis Eremitæ Prioris sanctæ Mariæ de Gualdo anno pont. 12. die 3. Nonas Junii in reg. Vat. ep. 1161. pag. 263.

VII. 5 GUALTERUS hujus Ecclesiæ Episcopus ad Archiepiscopatum Amalphitanum translatus est ab Innocentio IV. anno pontif. sui 12. sal. 1254. 10. Kalen. Novemb ex reg. Vat. epist. 258. fol. 180.

VIII. 6 PETRONUS, vel PATRONUS Larinensis Episcopus sub Honorio IV. vixit, subscripsit Indulgentiæ concessæ Ecclesiæ Carmelitarum de Senis cum aliis Episcopis, 1288. temporibus verò Nicolai IV. suis exigentibus culpis ab Ecclesiæ admistratione submotus est anno scilicet 1291. post ejus amotionem Saba Militensis Ecclesiæ Episcopus, cum diu a sua Ecclesia exulasset, ejus miseræ compassus Episcopus Card. Prænestinus Apostolicæ sedis in Regno Neapolitano Legatus, eum Ecclesiæ Larinæ in locum Patroni administratorem constituit. ideoque Nicolaus IV. anno 1291. suo diplomate confirmavit, ex Reg. Vat. epist. 472. fol 92. tandem ad ecclesiam suam reversus, Larinam vacuam reliquit; Patronus vero sub Bonifacio VIII. ab administratione suspensus obiit.

IX. 7 PASCHALIS Episcopus Cassanensis in Calabria à Bonifacio VIII. translatus est ad Larinensem sedem; sed cum non habuisset effectum hujusmodi translatio, à Benedicto XI. factus est administrator, tandem sub Clemente V. anno 1308. id Julii Larinensis Episcopus confirmatus est ex Regest. Vatic. epist. 625. fol. 129. ann. 4. pontif. Clementis.

X. 8 RAO præfuit huic Ecclesiæ an. 1318. cujus meminit Reg. Regest. Neap.

XI. 9 DELPHINUS obiit anno 1344.

XII. 10 Fr. ANDREAS a de Valle-Regia, Ord. Minorum delectus est Episcopus 5. Kalend. Januar. 1344. pontif. 3. Clementis VI. ex regest. Va-

a De eo Tuppio in Hist. Neapol. p. 91. Manusc.

tic.

tic. ann. 3. fol. 35. sub Urbano V. fato functus est 1365.

XIII. 11 Fr. BERTRANDUS Ampuriensis Antistes in Sardinia ad hanc Larinensem Cathedram translatus est ab Urbano V. die 12. Septemb. 1365.

XIV. 12 SABINO Episcopo Larinensi conceditur à Bonifacio licentia testandi anno 1392. ut in lib. de exhibitis fol. 198. legitur. Obiit sub eodem Pontifice ann. 1401.

XV. 13 PETRUS antea Episcopus Civitatensis ad hanc eandem Ecclesiam Larinensem transfertur Kal. Julii 1401. Hic in sua obligatione facta die 11. Julii 1401. recognovit pro Sabino prædecessore suo, & pro Bertrando antepradecessore suo in libr. obligat.

XVI. 14 JOANNES moritur anno 1418.

XVII 15 DOMINICUS Abbas sæcularis, & Rector Parochialis Ecclesiæ S. Rufinæ Pennensis Diœcesis successit Joanni, electus à Martino V. die 6. Kalen. Augusti 1418. ax lib. provis. Prælat. ann. 1. Martini fol. 13.

XVIII 16 Fr. JOANNES Leo Romanus, Ord. Prædicatorum S. Thaolog. insignis Doctor, Canonumque peritia illutiris, ab Eugenio IV. ad hanc ecclesiam Larinensem promotus 16. Kalan. Septemb. ann. 1440. hic luculentum Commentarium scripsit de Synodo, & ecclesiastica potestate ad ipsum eundem Eugenium Papam, quod M. S. asservatur in Biblioth. Vatic. in Actis Consist. ajus extat promotio, & successorum post ipsum.

XIX. 17 BONIFACIUS electus Kalend. Octobr. 1488.

XX 18 ANTONIUS obiit anno 1503.



XXI. 19 Fr. JACOBUS de Petrutiis Theanensis Ordin. Minorum laudatissimæ vitæ religiosus, sacræ Theologiæ professor in Universitate Neapolitana, frater germanus Joannis Baptistæ de Petrutiis Archiepiscopi Tarentini, promotus est ad Episcopatum Larinensem per obitum Antonii 8 Kal. Maii 1503 Sedit ad annum 1512. quo vitam liquit in Cœnobio sui Ordinis Histonii in Apulia. Jacet in ecclesia sancti Onuphrii, qui nec Episcopali dignitate inflatus, quæ ad religiosum institutum spectabat neglexit, nec Monachi humilitate depressus, quæ episcopum decebant, prætermisit. Gravi correptus infirmitate ad commune suorum Fratrum valetudinarium deferri voluit, & cum Fratrib s sepeliri. Corpus post multos annos apparuit incorruptum in testimonium illibatæ virginitatis, luculento Confessarii testimonio comprobatæ. Moriturus dixit ipse magna cum fiducia, per Dei benignitatem se ferendum in locum salutis. Hæc de Jacobo Vvading. tom. 5. & 8. Annal. Minorum; quem Joannes Scoppa vocat Dialecticum peracutum, Philosophum subtilem, Theologum sublimem, & cœlestia cuncta remeantem. Augustinus Sessa illum dixit, *Dei & naturæ interpretem*.

XXII. a 1529. 20 Fr. FRANCISCUS patria Potentinus hujus Ecclesiæ Antistes erat anno 1528 *a*. dum die 13. Januarii factus est Archiepiscopus Nazarenus, de quo egimus in 7. tom. in Nazarenis Archiepiscopis, ubi irrepsit error, & pro Larinensi scriptum fuit Soransis.

XXIII 21 DOMINICUS Archidiaconus Potentinus garmanus frater Francisci superioris eadem die 13. Januarii, eodemque anno 1528. relictam ecclesiam Larinansem suscepit regendam, sedit aliquot annos.

XXIV 22 JACOBUS excessit ann 1539.

XXV 23 FERDINANDUS de Madparra Hispanus Archidiaconus Astoricensis, milesque Hierosolymitani Ord. eligitur Larinensis Episcopus die 17. Octob. 1539. abians ecclesiam administravit apud Proregem, nec unquam Larinum invisit, mortem obiit anno 1551.

XXVI 24 JO. FRANCISCUS Borenghus Mediolanensis ranunciatus est Episcopus die 27. Aprilis 1551. post annos ferè quatuor nondum consecratus liberè nuncium remisit.

XXVII. 25 BELLISARIUS Baldinus, Neapolitanus, Rector Ecclesiæ sancti Nicolai de Magrino Neritonensis Diœcesis, vir doctus, cæterisque virtutibus dignus ut ad hanc insulam vocaretur à Paulo IV. cujus erat familiaris, die 17. Junii 1555. Hic pro immunitate Ecclesiæ persecutiones passus, non semel à malignis Romæ iniquè postulatus, innocens illæsus avasit. Præfuit laudabili sanè fama an. 35. Interfuit Tridentino Conc. sub Pio IV. à quo cum redisset Diœcesim lustravit, saluberrimasque constitutiones sancivit, quæ successoribus in bene administranda ecclesia norma fuerunt: mortalitatem explevit anno 1591.

XXVIII. 26 HIERONYMUS Vela, Vicentinus, successit die 6. Martii 1591. & cum eximiè per annos viginti sedisset, lustrata non semel Diœcesi, nonnullaque synodalia statuisset, obiit anno 1611.

XXIX 27 JO. THOMAS Eustachius *b* Trojæ in Apulia ex Joanne Martino Insigni Philosopho patre, Sulpitiaque de Tutiis nobilibus parentibus natus est die 7. Junii 1575. optimis moribus, ac bene educatus adolescens, nobilibus disciplinis Neapolim excolendus missus est. Dum studiis operam daret non obscura futuræ sanctitatis indicia dedit, levitates pueriles abhorrens, totum se ad pietatem commisit. Itaque nobilis ingenii, pietatisque commendatione in Francisci Mariæ Tarusii familiaritatem, qui postea evasit Cardinalis, ac tunc novum Oratorium Neapoli ex præcepto sancti Philippi Nerii instituebat, sese insinuavit, sub quo in vita spirituali notabiles profectus fecit, & apud Patres ejusdem Oratorii nomen dedit; numeratusque est inter eos die 8. Septembr. 1591. Beatæ Mariæ Virginis festo, annum agens decimum septimum. In ea vivandi forma omnibus exemplar virtutum se præbuit, studium amplexus est sanctorum Patrum lectionis, ac sacræ Theologiæ operam dedit, cujus fontes sub egregiis viris largiter hausit, ita ut in eadem facultate lauream acceperit. Pietate & doctrina excultus nullum non prætermisit modum quo proximis auxiliaretur prius in anima, continuas pro eis effundens preces in singulas noctes per plures horas eorum corda B. Virgini, cilicia, ferrasque catenas offerens, crudeles pro ipsis pœnitentias agens, donec formaretur in ipsis Christus. Continuo sermones ad populum habuit, & diu duos in hebdomada. Auxiliabatur quoque proximis indigentib. largas eis præbens eleemosynas, nullum relinquens actum Christianæ virtutis, quin proximo præsto esset, quibus virtutibus ornatus maxima apud omnes existimatione incalescere cœpit, tantaque gratia apud Neapolitanos extero que pollebat, ut ab omnibus veluti amantissimus pater coleretur, ut vix ab eorum amplexu se explicare posse videretur. Per viginti annos summa animi sui tranquillitate, ac sanctè in eo apud suos vivendi modo vixit, & cum ax Lauretana devotione Romam peteret Neapoli profectus, accepit à Paulo V. Summo Pontifice, cui virtutes ejus notæ jam diu erant se designatum Episcopum Larinensem: conatus est sibi jam imponendam dignitatem fuga excutere, sed Pontificio

b De eo Bacciusin vita Ven. Jo. Juvenalis Ancina l. 2. p. 140. & Toppius in Bibl. Neapol. p. 196. Manusc.

ur-

urgente imperio nolens, atque reluctaus onus subivit, creatusque est Episcopus die 9. Januarii 1612. Voverat nunquam se suscepturum dignitatem sine sui Confessoris assensu, & cum à Paulo ad dignitatem suscipiendam cogeretur, dixit, vovisse nunquam dignitates suscipere absque sui Patris spiritualis consensu, cui Pontifex respondit: nos qui Pater sumus omnium patrum spiritualium, in hoc tibi commutamus votum, ut Episcopatum suscipias; itaque humiliter ad onus subeundum collum submisit, atque à Roberto Bellarmino Cardinale inauguratus est, summaque animi moderatione paulo post Episcopatus solemni ritu per se iniit possessionem. Statim in animo firmavit vigilantiam, prudentiam, doctrinam, & quicqnid ad Christianæ fidei culmen pertinebat omni conamine ad effectum perducere deliberavit. Seminarium in primis Clericorum jam multis retro annis derelictum ad pristinum reduci splendorem curavit, in quo suæ Diœcesis pueri non solum literis decorarentur, verum etiam in divinorum præceptorum observatione, educarentur. Honores & pompas, etsi humilis erat, tamen si ad Ecclesiasticæ suæ dignitatis decus spectare viderentur, non solum non effugiebat, verum etiam adjungere desiderabat. Familiares suos omnes rectam, & quasi religiosam vitam ducere studuit; omnes simul usque ad Vicariam comedere spirituali lectione, & in mensa refici jussit. Diœcesim sæpe sæpius lustravit, & in singulis terris ejusdem statim atque pervenisset ad ecclesias recto tramite convolabat, in quibus populus se congregabat, ibique adhibitis cæremoniis, sermonem ad eundem habebat. Missam celebrabat, sacramentales confessiones audiebat, & sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum administrabat, maxima omnium spirituali consolatione. Pontificalia, & Ecclesiasticas ceremonias mira cum gravitate agebat: canonicas horas ferè stans, ac capite detecto clarè, ac distinctè exolvebat. Adeo sacram Scripturam venerabatur, quod non solum in ea lectione continuo versaretur, sed etiam cum in mensa legeretur, reverentiæ causa à cibo se abstinebat. Ejus vita tum in Episcopali dignitate, cum in Congregatione sua versaretur continuò fuit die nocteque orare: quietis locum orationem habuit. Intentissima venerabatur devotione Beatissimam Virginem Mariam: ab ipsa multis periculis liberatus, ab eaque multa assecutus est beneficia, ut ipsemet testatur in quadam Epistola ad eandem B. Virginem scribens. Librum composuit ecclesiarum, imaginum, ac titulorum ejusdem B. Virginis, & alium scripsit de observantia, imitatione & invocatione ejusdem, multasque laudes spirituales, Ave Maria, Coronam duodecim stellarum, aliasque pulcherrimas salutationes composuit: de ea die nocteque loquebatur, & cogitabat, orationes cunctas ad eam dirigebat, orans ac ei offere os suum suorumque corda Devotissimam secum deferebat statuunculam ejusdem B. Virginis, & eam efferens in officiorum fine, venerabundus eaosculans. Duo sacella in ejus honorem construxit, unum suæ cellæ proximum, alterum extra Neapolis mœnia sub titulo B. Mariæ de Perseverantia Multas solitus erat in ejusdem honorem eleemosynas dare, pluresque abstinentias sustinere. Erga sanctos devotissimus fuit, quorum gesta narrare solitus erat populo, scripsit quoque eorum mores & acta dividens in duodecim tomusculos, præter duos tomos de vita, & virtutibus sanctorum Patrum: magna quoque devotione veneratus est S. Joseph septies in die eundem salutans juxta septem horas canonicas, omnia ad honorem agens JESU MARIÆ JOSEPH, uti eleemosynam pauperibus erogabat, & abstinentias agebat ad ejus honorem; idemque faciebat ad honorem Sancti Joachimi, & S. Annæ tres distribuens carlenos in hebdomada, maxime cupiens ut utriusque officium in Ecclesia celebraretur, & à Deo oratione impetrasse dicitur. Castam celibemque vitam duxit. Fortitudine, patientia, paupertate, prudentia & exemplo cæterisque Prælato dignis virtutibus, commissam sibi ecclesiam annis quatuor sanctè rexit, hunc mundum ac dignitates parvi faciens, in manibus ejusdem Pauli V. à quo invitus Larinensem Ecclesiam acceperat lacrymantibus populis libere resignavit. Neapolim regressus eandem suam congregationem Oratorii, dimissoque deinde Episcopali habitu, eadem forma, modoque quo vitam traduxerat, vixit ad annum usque 1641. quo prima die Januarii hora 17. obdormivit in Domino, ætatis suæ annum agens 66. sepulturam accepit in communi Patrum ossuario Ecclesiæ S. Hieronymi. In ejus inferiis luculentam orationem habuit quidam eruditus Neapolitanus, quæ typis excusa est. Tum vivus, tum mortuus claruisse miraculis fama est, quibus speratur aliquando futuram licentiam summi Pontificis condendi processum de vita & moribus tanti Præsulis, ut suo loco & tempore eadem Apostolica auctoritate inter beatos possit adscribi. Fratres habuit Jo. Thomam Lucam, Antonium Pauli V. cubicularium, & Petrum Paulum Episcopum Bovinum magnæ virtutis virum defunctum anno 1622.

28 GREGORIUS Pomiaurei Rubensis Ascanii Cardinalis Columnæ olim familiaris, a quo simplex beneficium juris patronatus ejusdem accepit, hanc eandem sedem est assequutus die 13. Maii 1616. Decessit anno 1626. XXX

29 PETRUS-PAULUS Caputus, *a* nobilis Neapolitanus, Paschalis, Patrellæ, aliorumque feudorum Toparchæ filius, utriusque Juris, ac sacræ Theologiæ laureatus, atque signaturæ Referendarius, & confidentiarum Auditor Romæ fuit; Abbatiam sanctæ Mariæ Majoris Neapol. commendatam habuit; sub Urbano VIII. multis præfecturis in Ecclesiastica ditione obitis, summam sibi peperit existimationem, meruitque Larinensem Infulam, ad quam evectus est die 3. Aprilis 1628. Romæ munus consecrationis accepit, statimque Larinum profectus, totus in bene moderando Clero intentus vix annum explevit, cum vocatus est ad tumulum die 29 Julii eodem anno 1628. In Cathedrali, collachrymantibus populis, terræ mandatus est, posteris post se optimi Præsulis fama relicta. Fratres habuit Franciscum Petrellæ Marchionem, & Consalvum S. Marci mox Cathacensem pari virtute Episcopum, de quo alibi dictum. XXXI

a Landulus à Carolo de Lellis de Famil. Neapol. par. 1. p. [illegible] Mand.

30 PERSIUS Caraccius, nobilis Vastallensis, I. utriusque Doctor, per multos dignitatis gradus ad infulam ascendit. Rector pro Apostolica Sede Venasini Comitatus difficillimis temporibus renunciatus est anno 1627. cum vix elapso anno Carpentoracti Rectoris sedem teterrima pestilentiæ lues grassari cœpit, omnia tum spiritualia, tum temporalia remedia pertimido populo adhibenda curavit; & fugientibus civitatis Consulibus, cæterisque fere civibus, intrepidus ipse cum uno ex Consulibus, paucisque aliis remansit cum morte propè luctans, summa prudentia per decem & octo menses patris Rectorisque munus obivit, ab Urbano XXXII.

A no VIII. commendatus, dignusque habitus est ut regimini Larinensis Ecclesiæ præficeretur die 5. Januarii 1631. Romæ consecratus solemni ritu episcopatus sui iniit possessionem. Per annos 25. verbo & exemplo concreditam sibi plebem ad viam salutis direxit. Diœcesim non semel, nec sine fructu lustravit. Palatium Episcopale magnifice olim extructum, tunc vetustate sua collabens propriis sumptibus reparavit, & auxit. Clericorum Seminarium è regione Cathedralis Ecclesiæ à fundamentis erexit, eidemque sex millia ducatorum dono dedit; ad alendos alumnos, magistrosque instituendos, qui Ecclesiastica disciplina literisque ab iis imbuerentur: Ecclesiasticæ immunitatis accerrimus defensor, & corrigendis delictis justus, & vindex pro posse, quibus bene gerendis incommoda multa, pluresque insidias patienter sustinuit, ac semel à grassatoribus captus, atque per novem propemodum annos insidiis vexatus servatusque, Dei auxilio incolumis Romam se recepit benigne ab Innocentio

B X. acceptus. Episcopatu se abdicavit anno 1656. ibique quietam agens vitam, omnibus gratus factus est Lateranensis Basilicæ Vicarius, & ex delectu Alexandri VII. Pontificis Max. hoc anno 1660. in Episcopatu Sabinensi Apostolicus Visitator evasit. Munus demandatum suscepit, & perfecit perbelle in nostro monasterio sanctorum Vincentii & Anastasii die octava Novembris ejusdem anni. Pergit nunc vitam Prælato dignam peragere, Raynaldi Card. Estensis domus Præfectus, quem Deus Opt. Max. diu conservet incolumem.

XXXIII. 31 FERDINANDUS Apicella Neapolitanus, Episcopus Rubensis, ad hanc Larinensem Ecclesiam translatus est die 28. Augusti anno 1656.

A D D I T I O.

(„ *Obiit Neapoli 8. Octobris 1681.*

XXXIV. „ *JO. BAPTISTA Quaranta, Neapolitanus,*
„ *Præpositus Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Majoris,*
„ *præfectus est huic gregi 14. Junii 1683. Decessit 9.*
„ *Septembris 1685.*

C

XXXV. „ *JOSEPH Catalanus, Cathacensis, patriæ*
„ *Ecclesiæ Cantor, evasit Larinensis Episcopus die*
„ *1. Aprilis 1686. Mortem oppetiit mense Aprilis*
„ *1703.*

XXXVI. „ *GREGORIUS Compagni ex Episcopo Burgi S.*
„ *Sepulchri ad hanc Ecclesiam translatus est 25. Junii 1703. Defunctus est mense Septembri 1705.*

XXXVII. „ *CAROLUS Maria Pianetti, Æsinus, I.U.D. alias*
„ *Auxiliator studii bo. me. Emerix S. Rotæ Decani,*
„ *& Auditor Nunciaturæ Neapolitanæ, evehitur*
„ *ad hanc Cathedram 17. Maii 1706.*

LESINENSES EPISCOPI.

D

LESINA ad radices Montis Gargani Aquilonaris condita fuit à Christicolis piscatoribus Lesinæ Insulæ Dalmatiæ, à qua nomen accepit: destructa, ac desolata fuit à Sarracenis, ut Frizia ex Petro Razano scribit. Hanc Margarita Regina, Ladislai Neapolitani Regis mater ex regia concessione, Ecclesiæ, & insigni Xenodochio Divæ Annunciatæ Neapolis, cum juribus, & pertinentiis suis perpetuò attribuit anno 1411. Episcopali titulo insignita fuit civitas hæc ab ipsis ferè incunabulis sub Archiepiscopi Beneventani arbitrio, cujus aliquando nominationem, seu præsentationem post Civitatis donationem ad Rectores Xenodochii spe-

A ctasse dicunt; sed & sub Pio II. Lesinensem hanc ecclesiam mensæ Archiepiscopali Beneventanæ unitam fuisse legimus in lib. Consist. anno 1459 iterumque sui juris factam, tandem suppressam Episcopalem dignitatem patrum nostrorum monumenta scribunt, & unitam Archiepiscopatui Beneventano una cum Lesinana Diœcesi. Porrò aliquorum hujus Sedis Episcoporum nomina ex variis monumentis expiscati sumus, quorum series hæc est.

1 NICOLAUS Canonicus Beneventanus Clericus electus est Episcopus Lesinensis: commendatur ab Innocentio Archiepiscopo Sipontino 10. Kal. Septemb. 1254. pontif. 12. epist. 263. fol 180. reg. Vatic. an. 12. Porrò litteræ Innocentii ad favorem Nicolai ita scriptæ fuerunt. I.

Volentes dil. filio Nicolao Canonico Beneventano qu. Clerico claræ mem. Burelli de Anglon. Comitis Lesinæ. gratiam facere specialem, mandamus, quatenus eumdem Clericum Ecclesiæ Lesinen. quæ vacat ad

B *præsens auctoritate nostra præficias in Episcopum & Pastorem, faciens ei à suis subditis obediri, & reverentiam debitam exhiberi. Contrarium & cæt. non obstan. si aliquibus, qui excommunicari, suspendi, vel interdici non valeant à sede Apostolica sit indultum, & cæt.*

Datum Capuæ 10. Kal. Novembris anno 12.

2 PERENUS, seu PERONUS Lesinensis Pontifex cum aliis Episcopis præsens fuit, quando Episcopus Bovinus, primum lapidem jecit in ædificatione ecclesiæ S. Mariæ Vallis viridis anno 1265. Post hunc plures desiderantur Episcopi. II.

3 Fr LAURENTIUS memoratur in regio regest. Neapolit. anno 1343. III.

4 GUILLELMUS obiit 1348. IV.

5 Fr. ALBERTUS Ord. Minorum à Clemente VI. ex Episcopo Nicomediensi transfertur ad hanc Lesinensem sedem die 4. id. Novembris 1348. anno pontif. 7. ex reg. Vatic. ep 41. fol. 56. Defunctus est anno 1351. V.

6 Fr. ANDREAS de Calvinis, ejusdem Ord. Minorum religiosus, successit Alberto anno 1351.

C 15. Kal. Martii ann. 10. Clementis VI. ep. 80. fol. 52. reg. Vatic. VI.

7 ISNARDUS Episcopus Lesinensis floruit ante annum 1384. VII.

8 Fr. JACOBUS successor Isnardi memoratur in lib. oblig. anno 1384. Episcopus Lesinensis in provincia Beneventana. VIII.

9 NICOLAUS anno 1390. sub Ladislao Rege ex regio regest. Neapol. IX.

10 FRANCISCUS, patria Tudertinus, ex Comitibus Titignani, ac Montis Martis sanguine prognatus, Monachus S. Galgani Ord. Cisterciensis Volaterranæ Diœcesis, Lesinensis episcopus delectus est circa annum Domini 1400. Perusiæ animam emisit anno 1416. sepultusque est in Ecclesia S. Julianæ Monialium sui Ordinis ante majus altare, ubi adhuc marmorea tabula spectatur cum ejusdem episcopi effigie, & nobilissimæ suæ familiæ stemmate, & hac insculpta epigraphe pedibus penè corrosis. X.

D

S. R. P. Domini Francisci de Trigingo Titignano, & Vatuno de Tuderto, Episcopi Lesinen. Monachi sancti Galgani Cisterciensis Ordinis MCCCC. . . . .

* Corrosum est Epitaphium, nec possunt legi, quæ sequuntur; nam Franciscus iste non anno 1400. defunctus est, sed circa annum (1) 1416. * Ex App. tom. I.

Suspicatus sum aliquando hunc Franciscum Tudertinum fuisse confusum cum altero Francisco Petri filio patria Senesi, monacho ejusdem Monasterii S. Galgani, qui à Bonifacio IX. creatus est episcopus Lexiensis in Provincia Antibarensi an. 1394. per obitum. Petri. Episcopatus onere se absolvit anno 1405. successorem habuit Andream, ut in lib. Provis. Prælat. legitur; sed cum Franciscus Perusiæ

(1) Verum si observentur successiones Bartholomæi & Nicolai, ante an. 1409. obiisse, vel sane recessisse ab hoc munere Franciscum sentiendum æquissimè est.

siæ defunctus, patria fuerit Tudertinus, & Lesi- A
nensis, non Lexiensis Episcop. legatur in epita-
phio, oportet asserere duos fuisse omnino Francis-
cus ejusdem monasterii Monachos. eodemque tem-
pore infula condecoratos unum Lexiensem in Alba-
nia. alterum Lesinensem in Beneventana Provin-
cia episcopos.

XI. 11 BARTHOLOMÆUS Episcopus Lesinen-
sis translatus ad Turtibulensem Ecclesiam à Gre-
gorio XII. an. 1409.

XII. 12 NICOLAUS de Tartaglis. Monachus Ord.
Cisterciensis Monasterii S. Joannis in Lamis Sipon-
tinæ Diœcesis successit Bartholomæo eodem anno
1409. 11. Kal. Julii: electionis bulla extat in Biblio-
theca Beneventana in hunc modum.

GREGORIUS EPISCOPUS
servus servorum Dei.

Dilectis filiis Clero Civitatis & Diœc. Lesinen.
salutem & Apost. ben. B

*Pastoralis officii debitum cui disponente Domino
præsidemus exposcit, ut de universis Orbis Ecclesiis,
quæ suis viduatæ Pastoribus vacationis incommoda
deplorare noscuntur solicite cogitemus, quod ecclesiis
ipsis præficiantur viri providi in pastores, qui eas in
spiritualibus & temporalibus sciant, velint & va-
leant salubriter regere & feliciter gubernare. Sanè
Ecclesia Lesinen. vacante, quod nos hodie dilectum
filium Bartholomæum Turtibulen. tunc Lesinen. apud
sedem Apostolicam constitutum à vinculo quo ipsi Ec-
clesiæ cui tunc præerat tenebatur, de fratrum no-
strorũ consilio, & Apost. potestatis plenitudine absolven
tes eum ad ecclesiam Turtibulen. tunc Pastore caren-
tem duximus auctoritate Apostolica transferendum
præficiendo eum eidem Turtibulen. Ecclesiæ in epis-
copum & Pastorem. Nos ad provisionem ipsius Ecclesiæ
Lesinen. celerem & felicem, ne longæ vacationis
experiretur incommoda, paternis & sollicitis studiis
intendentes, post deliberationem, quam de præficien-* C
*do eidem Ecclesiæ Lesinen. personam utilem, & etiam
fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligen-
tem; demum ad dilectum filium Nicolaum de Tarta-
glis electum Lesinen. tunc Monachum monasterii
sancti Ioannis in Lamis Ord. S. Benedicti Sipontinæ
Diœcesis, Ordinem ipsum expresse professum, & in
sacerdotem constitutum, cui de religionis zelo, litte-
rarum scientia, vitæ munditia, honestate morum,
spiritualium providentia, & temporalium circum-
spectione, aliisque multiplicum virtutum meritis
apud nos laudabilia testimonia perhibentur, direxi-
mus oculos nostræ mentis, quibus omnibus debita
meditatione pensatis de persona sua nobis, & eisdem
fratribus ob dictorum suorum exigentiam meritorum
accepta ipsi Lesinen. ecclesiæ de dictorum nostrorum
fratrum consilio auctoritate Apostolica providimus,
ipsumque illi præfecimus in Episcopum & Pastorem
curam & administrationem ipsius Lesinen. Ecclesiæ
in spiritualibus & temporalibus plenarie committen-
do: in illo qui dat gratias & largitur præmia confi-* D
*dentes, quod eadem Lesinen. Ecclesia per suæ circum-
spectionis industriam, & providentiam circum-
spectam sub suo felici regimine, dextera Domini sibi
assistente propitia, salubriter & prospere dirigatur
grataque in eisdem spiritualibus & temporalibus su-
scipiat incrementum. Quocirca discretioni vestræ per
Apostolica scripta mandamus, quatenus præfatum
Nicolaum electum pro nostra & Apostolicæ sedis re
verentia benigne recipientes, & honorificè pertra-
ctantes exhibeatis eidem obedientiam & reveren-
tiam debitas & devotas, ejus salubria monita & man-
data suscipiendi humiliter, & efficaciter adimplen-
do. Alioquin sententiam quam idem Nicolaus electus
rite tulerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus
auctore Domino usque ad satisfactionem condignam
inviolabiliter observari.*

*Datum Gajetæ 12. Kal. Julii Pontificatus nostri
anno quarto.*

Cæterum Monasterium S Joannis in Lamis Sipon
tinæ Diœcesis Ord. S. Benedicti temporibus Joannis
XXII. unitum fuit Cœnobio S. Mariæ de Casanova
Ord. Cisterciensis Pennensis Diœcesis, sub quo
unitum hactenus manet, & Nicolaus iste Episcopus
Lesinensis Monachus erat Cisterciensis Monaste-
rii ejusdem S. Joannis olim Ord. S. Benedicti, qui
cum diu hanc Lesinensem Ecclesiam rexisset, fa-
ctus Draconariensis Episcopatus ab Eugenio IV. ad
ministrator ann. 1438. ut supra retulimus ex hac
mortali vita sub Nicolao V. creditur obiisse; anno
1452. Vacavit sedes Lesinensis annos aliquot, anno
vero 1459. Pio II. sedente hæc Lesinensis Ecclesia
unita fuit mense Archiepiscopali Beneventanæ, pro
qua, die 20. Decembris ejusdem anni Iacobus Be-
neventanus Archipræsul obtulit Cameræ Apostoli-
cæ solitum pensum ratione dictæ unionis, ut nota-
tur in oblig. lib. Pii II. fol. 178.

13 Fr. THOMAS Bituntinus huius Ecclesiæ XIII.
Pontifex electus 7. Idus Junii an. 1471. à Sixto IV.
obiit anno 1482.

14 MASELLUS de Auria Neapolitanus suc- XIV.
cessit Thomæ die 31. Martii 1482.

15 FRANCISCUS Nomicisius Neapolitanus XV.
excessit Neapoli an 1507. Jacet in Ecclesia Divæ
Annunciatæ, cujus fuerat Rector cum hac inscri-
ptione.

Reverendo Domino Francisco Nomicisio
hujus almæ Basilicæ Rectori, ac Pontifici
Lesinensi, Magistri sepulchrum fecere An.
sal. MDVII.



16 Fr. LUCAS Matthæus Caracciolus, Nea- XVI.
politanus Ord. Carmelitarum. Episcopus Lesinen-
sis, onere ultro se exsolvit anno 1526. Defunctus
est Neapoli, & in Ecclesia sanctissimæ Annunciatæ
in sepulchro à se parato cũ hoc epitaphio tumulatus.

Lucas Matthæus Caracciolus Ordinis Car-
melitarum ac Theologiæ professor, Episco-
pus Lesinensis hoc sacello suos custodiri
cineres C. An. MDXXVI.

17 Fr. JACOBUS Mantuanus Ord. Præd. Le- XVII
sinensis Episcopus adlectus est, cedente Caracciolo
lo die 24. Aprilis 1526.

18 ANTONIUS Pannella, Neapolitanus, XVIII
Lesinensis Præsul mortalem vitam liquit an. 1538.
jacet in eadem Ecclesia Divæ Annunciatæ, ubi
hæc inscriptio.

Antonius Pannella Neap. Episcopus Lesi-
nensis suo munere, & . . . . hujus
sacrosanctæ domus functus, hic situs est.
obiit ann. sal. MDXXXVIII.

XIX. 19 VINCENTIUS Taurellus ejusdem Ecclesiæ Episcopus defunctus eodem anno 1538. juxta prædecessorem in eadem Ecclesia humatus est cum hoc epitaphio.

Vincentio Taurello Præsuli Lesinensi, Occonomi Ecclesiæ de proprio posuere. Obiit VI. Id. Septembris MDXXXVIII.

XX. 20 GUILLELMUS Vincentii successor, ultro onere se abdicavit anno 1542.

XXI 21 ANTONELLUS de Eustachii Archidiaconus Ecclesiæ Frequentinæ evasit Lesinensis Episcopus die 16 Aprilis 1542. Excessit anno 1544.

XXII. 22 Fr. BALTHASSAR Monachus a, Neapolitanus, Ord. Eremitarum S. Augustini insignis sacræ Theologiæ Magister, ad Insulam Lesinen. evehitur die 16. Junii 1544. fato functus est an 1550.

a De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 16. Mondsf.

XXIII 23 HORATIUS Grecus Apulus Clericus Trojanus deligitur Lesinensis Præsul die 18. Febr. 1551. Interfuit Tridentino Concilio sub Pio IV. & hic apud me ultimus est Lesinensis Episcopus.

LUCERIÆ

SARACENORUM

EPISCOPI.

LUCERIA vulgo *LUCERA*, quæ nomina successu temporis cum Nuceria, & Nocera (ut nunc etiam appellari solet) fuere commutata, urbs est mediterranea Apuliæ Dauniæ, exiguo tamen colli imposita versus Austrum ad flumen Cerbalum, inter Beneventum, & Sipontum, à quo in Occidente XXX. M. P. distat, à Benevento paulo remotior, à Neapoli in Ortum æstivum ad LXX. proxima Vulturariæ, & Trojæ. & equo Tutico. Dicta autem Apula (uti & Nuceria Saracenorum) ad discrimen Campaniæ, Vmbriæ, & Galliæ Cispadanæ Nuceriarum. Sed & Luceriam denominatam fuisse, quod in Apulia luceat ob loci, in quo sita est, amœnitatem. Petrus Razanus ejus Civitatis Episcopus affirmat in libro, quem de ejus laudibus scripsit, antiquissimam fuisse urbem, ut cui conditor adscriberetur Diomedes; patet ex Strabone lib 6. & multa & alia monstrantur Diomedis in hac regione dominationis inditia, ut Luceria (quæ & ipsa vetusta Daunorum urbs, nunc humilis est) vetusta Daunia in templo Minervæ. Captam fuisse à Samnitibus, ac mox recuperatam à Romanis, refert Livius lib. 9. Coloniam fuisse Romanorum Plinius lib. 3. testis est. Quando Colonia deducta, Vallejus Paterculus lib. 3. ostendere vult. Sp. Postumio & Veturio Calvino consulibus. Livius in consulatu M. Petilii Libonis, & C. Sulpitii Longi anno Vrbis Romæ CCCC. XXVIIII. ante natum Christum CCCXIIII. Clara posthac bello civili inter Pompejum, & Cæsarem; nam Pompejus hanc Vrbem sibi sedem delegerat, ut patet ex Epist. Ciceronis ad Atticum lib. 4. Post ruinam, divisionemq; Romani Imperii à Longobardis occupata, Constantius deinde Constantini III. Imp. filius vi cepit, ac una cum Benevento solo æquavit, an Christi 663. ut Paulus Diaconus, & Blondus scribunt; deinde restaurata sub Federico II. per Saracenos habitari cœpit qui omnem regionem præda obtinebant, & ex eo tempore dicta est Luceria Saracenorum; sed recepta à Carolo II. Rege, supra viginti mille electis Saracenis, Christo nomen dare recusantibus, sanctæ Mariæ de Victoria civitatis nomen inditum, sed pristinum Saracenorum huc usque prævaluit. Civitas ipsa adhuc antiquitatem ostentat, & magis ampla est, quam populosa; siquidem mœnia quinque millia passuum ambiunt, familiæ tamen in ea tantùm recensebantur 1500. Maximè nunc ob nundinas mercatoribus Italis, Illyricis, atque Græcanicis populatur, Regique immediatè subiicitur. Cæterum Luceria prædicantibus Apostolorum discipulis ad Evangelii lumen oculos aperuisse constans fama est; & ex eo fortasse tempore facili conjectura colligi potest; Præsules habuisse, cum ante annum 30r. S. Marcus Bovini Divus Tutelaris Lucerinus erat Episcopus, tamen non primus, ut ex actis illius colligitur. Vetustissimus, inquam, Lucerinus Episcopatus est, & jam indè à temporibus Benedicti Papæ primi inter Apuliæ Præsules recensebatur, & suffraganeus legitur Beneventanæ Ecclesiæ ante annum 998. ut patet in decreto Gregorii V. ad Beneventanum Archiepiscopum de usu palii & confirmatione Ecclesiarum, Ecclesiæ Beneventanæ obnoxiarum, quod supra retulimus in Beneventanis Archiepiscopis. Post multa verò sæcula Federicus II. Ecclesiæ hostis, ut dictum est, expulsis inde Christianis, soloque Episcopo, cum duodecim Clericis relicto, Saracenis ex Africa acceitis Civitatem in habitandam dedit. Episcopus extra mœnia in veteri Cathedrali pauper, & penè exauctoratus permansit, donec per Carolum II. Regem debellatis ad unum Saracenis recepta & expurgata civitate, in eam se recepit, ad novam incolendam Cathedralem, quam tunc ex veteri lapide Carolus exædificaverat amplæ nimis ac regiæ amplitudinis opus, titulo ab eo imposito S. Mariæ de la Vittoria, quo titulo simul sed decoravit Episcopus, adeo ut in Provinciali Romano nuncuparetur episcopus s. Mariæ de Victoria, hodie Lucerinus. Amplissimis redditibus, ac proventibus ab eodem Carolo ditata est nova hæc Cathedralis. Canonicos habet duodecim ex quibus quatuor dignitate eminent, qui à Rege, & Episcopo conferuntur ex decreto Benedicti Papæ XI. cujus tenor ex regestro Roberti Regis Neap. desumptus talis est.

Robertus &c. Universis præsentes litteras inspecturis, tam præsentibus, quàm futuris, &c. In veritatis testimonium, & cautelæ suffragium postulunt quod inveteratum est ad præsentem memoriam digne reducitur, & per scriptionis novæ munimen accommode recensetur. Sanè post destructionem, & depopulationem civitatis S. Mariæ olim dictæ Luceriæ factas ab olim de mandato & ordinatione claræ memoriæ Domini Patris nostri, & secutum Saracenorum exterminium, qui Civitatem ipsam tunc temporis incolebant, post translationem quoque ac donationem Cathedralis Ecclesiæ civitatis ejusdem provisas, & inspectas realiter per Dominum Patrem nostrum eundem, certasque demum ordinationis habitas in Ecclesia memorata felicis recordationis Dominus Benedictus summus Sacrosanctæ Romanæ, ac universalis eccl. Pontifex hæc ad laudis præconium Dom Patris nostri jam dicti sub honorifica verborum textura commemorans, eumque, ac successores ipsius in præfata Ecclesia singularis privilegii prærogativa decorans, quasdam suas Apostolicas litteras ejus vera, & rita bulla plumbea pendenti bullatas super iis dirigendis duxit eidem, ac specialiter concedendas, Nos vero autem pro parte Ven. Patris Episcopi Consiliarii, & familiaris, necnon

Ca-

Capituli dictæ majoris Ecclesiæ civitatis ejusdem devotorum nostrorum fuit Majestati nostræ humiliter supplicatum, ut cum sua intersit pro eorum cautela, successorumque suorum authenticas habere sub pendente nostro sigillo Papales litteras supradictas, eo quod in illis super quibusdam sit de dictis supplicationibus mentio specialis illas eis tribui, & assignari mandare benigniùs dignaremur. Nos autem ea, quæ in favorem, & commodum Ecclesiarum, ecclesiasticarumque personarum noscuntur accedere affectu placido prosequentes, hujusmodi supplicationibus exauditis tenorem dictarum litterarum Papalium, earum originali penes nos retento pro cautela, hæredumque nostrorum, præsentibusque inseri jussimus & transcribi, quo nihil addito, subscripto etiam vel mutato per omnia talis est.

BENEDICTUS EPISCOPUS
Servus servorum Dei.

Carissimo in Christo filio Carolo Regi Siciliæ Illustri salutem, & Apostolicam benedictionem.

Sincerum habens, tanquam Princeps Catholicus ad Regem Regum devotionis affectum ea vigili mente prosequeris, quæ ad sui laudem nominis, ampliationem fidei Orthodoxæ conspicis pertinere. Nosque propter hoc personam tuam nobis, & Apostolicæ sedis devotam paternæ dilectionis brachiis amplectentes eam nec immeritò favoribus gratiosis attollimus, & Apostolicis gratiis honoramus. Sane dudum piè considerans, quod ex mora, quam faciebant Saraceni in civitate S. Mariæ, tunc vocata Luceria, derogabatur plurimum fidei prælibatæ, ab ea Saracenos prædictos, ut ex tunc inhabitarent inibi liberò Christiani, exterminari fecisti, spiritu Dei ductus; & quia Ecclesia Cathedralis Civitatis ipsius ruinis omnino prona, & in loco minus decenti extra ejusdem civitatis ambitum sita erat, & habebat adeò tenues facultates, quod Vener. frater noster episcopus S. Mariæ non valebat ex eis juxta Pastoralis dignitatis exigentiam sustentari, & propter tenuitatem proventuum, eadem Ecclesia patiebatur defectum etiam ministrorum, in hoc salubri meditatione recogitans ad locum idoneum, & spectantem infra dictum ambitum transferri eandem Ecclesiam procurasti, eamque de bonis tuis regalibus, quorum proventus trecentarum unciarum valorem annuum dotavisti, ex quibus nonnullæ dignitates in eadem ecclesia sunt creatæ, & ex earum residuo tam idem Episcopus quàm ministri ejusdem Ecclesiæ decenter possunt sustentationem habere, ac incumbentia eis onera supportare. Ab felix Rex, qui habens intimum ad superiora respectum, terrena in cælestia, & transitoria in æterna felici satagis commercio commutare! Nos autem celsitudinem tuam in hac parte dignis in Domino laudibus commendantes, ac volentes propterea in eadem Ecclesia, quam sic Regia liberalitas honoravit, non solum te, sed successores tuos in eodem Regno, intuitu hujus nostræ concessionis privilegii singularis, ut ex hoc tu, & successores prædicti magis teneamini dictę Ecclesię ejusq; ministris, regium favorem impendere, temporibus opportunis pręsentandi personas idoneas eidē Episcopo ad Decanatum, Archidiaconatum, & Cantoriam, ac conferendi vice Apostolica medietatem præbendarum ejusdem Ecclesiæ, cum vacaverint, personis similiter ad eas obtinendas idoneis, constitutionibus quibuscunq; contrariis nequaquam obstantibus tibi, & successoribus ipsis in perpetuum Apostolica auctoritate concedimus de potestatis plenitudine facultatem collationis aliarum dignitatum, si ibi plures creari contingat, &

residuæ medietatis ipsarum præbendarum, cum vacaverint, præfato Episcopo, & successoribus suis, quę pro tempore fuerint reservatæ auctoritate prædicta ex ipsius potestatis plenitudine decernentes, personas, quas tu, vel successores tui prædicti ad Decanatum, Archidiaconatum, & Cantoriam prædictos duxeritis præsentandas, debere institui per eundem Episcopum in dignitatibus ipsis, ad quas fuerint pręsentatę, & per Capitulum ejusdem Eccl. ad eas admitti; illas verò, quibus præbendas contuleritis antedictas per eosdem Capitulum recipi in dicta Ecclesia in Canonicos, & in fratres, quodque quoties electionem Episcopi S. Mariæ per ipsos Capitulum contigerit vacationis ingruente tempore celebrari, teneantur ipsi Capitulum priusquam ejusdem electionis confirmatio postuletur, tuum, & eorundem successorum tuorum assensum requirere, nec possit eadem electio, nisi prius hujusmodi requisitus assensus fuerit, confirmari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani VI. Kal. Decembris Pontificatus nostri anno primo. In cujus rei testimonium, & dictorum Episcopi, & Capituli, successorumq; tuorum cautelam, præsentes litteras fieri, & pendenti majestatis nostrę sigillo jussimus communiri.

Datum Neap. per Joannem Grillum de Salerno & cæt. Anno Domini 1331. die 6 Martii 14. Indict. Regnorum nostrorum An. 22

Porrò in hac Cathedrali alii etiam Presbyteri, quos Capellanos appellant, multique Clerici numerantur, qui quotidie divinum pensum perurgent. In civitate autem præter Cathedralem Parochiales Ecclesiæ tres sunt. Cœnobia virorum octo, quorum septem Mendicantium, octavum Benedictinorum, Sanctimonialium septum unum. Hospitalis Domus una, & laicorum sodalitia plura. Lucerinus Episcopus in sua exigua Diœcesi tantum duo oppida spirituali jurisdictione possidet, quorum alterum Prociæ, alterum S. Nicandri appellant. Mensæ Episcopalis annuus census scutorum mille quingentorum, ferè colliguntur ex decimis laicorum. Taxatur in lib. Cameræ Apostolicæ flor. 100. Episcoporum verò hujus civitatis Catalogum dabimus qualem ex variis monumentis nostra industria, noisterque suppeditavit labor.

1 JOANNES Episcopus Lucerinus vixit anno
salutis 300. memoratur in legenda S. Marci succes- I.
soris, quem sacerdotem instituerat.

2 S. MARCUS a in Æcana Apuliæ, quam nunc
Trojam vocant, civitate natus, ab Joanne Episco- II.
po Lucerino sacerdos ordinatus eidem defuncto a De eo Acta SS. Junii tom. 2. p. 800.
successit circa annum Domini 302. (1) à Clero populoque ob sanctitatis famam vocitatus est ad infulam; eam ferè annis 26. sanctissimè rexit, multisq; miraculis clarus migravit ad Christum die 14 Junii an. 328. relatus in Bovinam, seu Bivinam Civitatem, ut ipse ante mortem mandaverat, in Cathedrali suo nomini dicata summa celebritate colitur: ejusdem civitatis Divus est tutelaris, & Patronus. Ejus vitam vulgari lingua, ex monumentis Bovinæ Ecclesiæ scripsit Dominicus Petrus Pauli Bovinensis, de quo etiam Ferrarius in Catal. Sanctorum Italiæ, qui Marcum, perperam Bovinensem Episcopum facit.

3 MARCUS Secundus interfuit Synodo Ro- III.
mæ celebratæ à Zaccharia Pontifice ann. 743. apud
Baronium.

4 ADELCHESIUS Lucerinus Episcopus flo- IV.
rebat

O 2

(1) Hinc ergo credimus Episcopum Luceriæ consecratum B. Marcum fuisse à Marcellino Pontifice, quem statuimus an. 296. die 30. Junii ordinatum sedisse an. 7. m. 11. dies 5. videlicet usque ad diem 11. Junii, inter gravissimas sub Diocletiano, & Maximiano persecutiones; quibus non obstantibus fecit Ordinationes duas per mensem Decembrem, Presbyteros 4. Diaconos 2. Episcopos per loca 5. quorum unus quidni fuerit ordinatus pro Luceria Marcus? Hic autem dicitur in ejus vita spiritum edidisse, cum jam esset annorum LXII. & inter 319. Episcopos, qui ad Sylvestrum Papam convenisse feruntur an. 324. etiam Marcus aliquis nominatur; unde verisimile fit Lucerinum eum esse, qui anno mox sequenti etiam ad Nicænum ivisse, & Romam iterum ad Synodum Episcoporum 319. convenisse potuit; aliamque & vitam protraxisse, sicut Ughellius censet, usque ad an. 328. Hujus tamen tam definiti calculi certam rationem videre optarem. Interim, eo posito, sequitur non fuisse primis duobus Marcellini annis ordinatum Episcopum Marcum, sed aliquo ex postremis; ne non habuerit idoneam tali gradui ætatem, qui etiam anno penultimo Marcellini solum fuerit annorum 36. Papebrochius in Actis in SS. Junii, tom. 2. p. 800.

rebat an. 957. ejus meminit Leo Ostiensis in Chron. lib. 2. cap. 6.

V. 5 ALBERTUS Episcopus Lucerinus Concilio Lateran sub Leone IV. adfuit, subscripsit Constitutionibus Othonis II. Imperat. ann. 964. de Regalib. S. Petri.

VI. 6 LANDENULPHUS Lucerinus Episcopus florebat anoo 990. cujus meminit Leo Ostien. io Chron. Casin lib 2. cap. 13.

VII. 7 AZO Lucerinus Episcopus præsens erat Synodo habitæ io Ecclesia Beneventana à Milone Archiepiscopo an. 1075 cum Leo Draconariensis Episcopus coactus est aliquas Ecclesias cum suis juribus & pertinentiis canonicè dimittere ad favorem monasterii sanctæ Sophiæ, ut supra narratum est in Draconariensium serie Episcoporum.

VIII. 8 BENEDICTUS hujus Ecclesiæ Pontifex anno 1099. Hujus memoriam in Chron. sanctæ Sophiæ conservat in donatione ab ipso facta eidem monasterio, in hæc verba.

In nomine Domini Omnipotentis Dei.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1099. & Domino Godefrido venerabili Archiepiscopo residente in sacra Beneventana sede, prima die mensis Aprilis, Indict. 7.

Nos itaque Benedictus Dominus venerabilis Lucerinæ sedis Episcopus verum indagantibus innotescimus quoniam Gulielmus filius Roberti Comitis una cum consensu Dom. Henrici Comitis in præsentia D. Vgonis Bitinensis Episcopi, & Domini Petri Abbatis Monasterii sancti Nicolai Episcopi Truloaensis, & coram quibusdam suis militibus, aliisque bonis hominibus pro redemptione animarum nostrarum, & omnium nostrorum amicorum consanguineorum, obtulimus Domino Omnipotenti in Monasterio sanctæ Sophiæ, quod situm est intra mœnia Beneventanæ civitatis, in quo nunc Madelmus egregius Abbas præesse videtur, Monasterium scilicet sancti Acontii Martyris, quod constructum est propè castellum Baccanici, juxta fluvium, qui nominari majorum nostrorum tempore ab omnibus solebat flumen Accionis; moderno autem tempore nominatur flumen Tironum; & Ecclesiam sanctissimæ Virginis Mariæ in Sabuceto, & unam Ecclesiam sancti Benedicti, quæ esse videtur in eodem castello Baccanici, & unam Ecclesiam vocabulo sancti Joannis Præcursoris Domini nostri Omnipotentis Jesu Christi, & quæ sita esse dignoscitur in casale loco, qui nominatur Petrafitta; & Ecclesiam sancti Anastasii Martyris, quæ dicitur esse in loco, qui nominatur Cultoranni, & Ecclesiam S. Maximini, quæ esse dicitur in loco nomine Petroneo, una cum omnibus suis pertinentiis, & Ecclesiam S. Constantini, quæ est in Pontino loco proximè, & juxta viam publicam ante civitatem Cumanam una cum omnibus pertinentiis, & Ecclesiam S. Laurentii Martyris, una cum omnibus pertinentiis in loco, qui nominatur Montoso, necnon & Ecclesiam S. Hermanni militis fortissimi, quæ sita est adversus mare Sipontinum, cum omnibus illarum pertinentiis, & alias quamplarimas Eccles. S. Terentii templo subditas, una cum cunctis, omnibusque earum pertinentiis, velut hoc, & aliud una chartula offertionis continet, & quam scripsit Ildeprandus Notarius, in qua etiam propria manu nosmetipsos subscripsimus. Quod cum minime sine nostra voluntate, ac permissione facere, ac in opus deducere poterant, quoniam nonnullæ de supranominatis Ecclesiis intra nostram Diœcesim esse videntur, quamobrem idem Dominus Madelmus Abbas valde me obsecravit, perpetuisque petitionibus, ac orationibus de die in diem me sollicitavit, quatenus illi ad partem ejusdem Monasterii, ad partem ejusdem Ecclesiæ, earundem Ecclesiarum concederemus una cum omnibus earum pertinentiis in præsentia supranominati Domini in monasterio sanctæ Sophiæ concederemus, ac confirmaremus. Nos autem prævidentes in hoc maximam utilitatem prænominatarum Ecclesiarum, placuit nobis ipsas prædictas res cum omnibus earum pertinentiis in præsentia Dom. Roffridi Reverendissimi Archiepiscopi Præsulis, & Domini Roffridi Archipresbyteri, & sagacissimi Bibliothecarii ejusdem Beneventanæ sedis, & coram aliis Presbyteris, & clericis, per hoc videlicet scriptum in eodem monasterio confirmare atque concedere, ea nimirum ratione illud tibi eodem nominato Madelmo egregio Abbati, ad partem ipsius monasterii per jam dictam chartulam offertionis tradidi, concessi, atque etiam confirmavi, ut amodo, & deinceps perpetuisque temporibus tu ipse magnificus Abbas, tuique successores, amici, ac cognati, seu consanguinei potestatem, ac licentiam integram habeatis prænominatas ecclesias una cum omnibus earum pertinentiis tenere, dominari, nec non Rectores, cæterosque ecclesiasticos Ordines in ipsis Ecclesiis ordinare, & illos pro vestra libertate, vestroque libero arbitrio amovere, & alios in eundem locum substituere, seu mittere juxta, ac omnia facere de ipsis ecclesiis, necnon ipsarum pertinentiis quæcunque vobis placuerint, aut quæcunque vos volueritis ad opus, sive utilitates, ac congruitatem ejusdem monasterii, & prædictarum ecclesiarum, sine qualibet mea, vel meorum contradictione, necnon & absque cujusdam hominis magni, seu parvi requisitione. Tantummodo tu ipse Abbas, & tui successores, seu pars ipsius monasterii omni anno, seu quotannis per hoc debeatis dare censum in nostra Lucerina sede pretium duorum Romanorum. Quod si autem quiscunque hominum hanc nostram concessionem discutere, aut rumpere tentaverit, volendo prænominatas ecclesias, vel exinde de prænominato monasterio subtrahere, sive hoc irritum facere contra hanc nostram concessionem agens, anathematis districtione vinculo in extremo judicio, nisi resipuerit juxta, ac emendationem firmissimam assumpserit, damnatis in societatem perpetuam æternamque adjudicetur. Et ut hæc nostra concessio perpetualiter firma, ac stabilis permaneat, atque in futuris temporibus durare possit, has literas nostro sigillo insigniri jussimus, atque propriis manibus nos subscribendo illas corroboravimus. Hoc itaque scriptum concessionis nostræ tibi Franconi Clerico, ac Notario taliter scribere præcepimus.

Actum in sacratissimo prænominato Beneventanæ sedis palatio, anno ab Incarnatione Omnipotentis Domini nostri 1099.

Ego Benedictus Lucerinus Episcopus hanc chartulam scribere jussi.

Ego Adelbertus venerabilis Presbyter subscripsi.

Ego Georgius Cardinalis Beneventanus interfui.

IX. 9 RAYNALDUS interfuit Concilio Laterano sub Alexandro III. anno. 1179.

X. 10 N. Episcopus Lucerinus defunctus est circa ann. Do. 1219. Post cujus obitum cum de successore non convenirent Canonici, Honorius III. scripsit Draconariensi Episcopo, & Abbati Terræ Majoris, ut de legitimo Pastore provideret. Litteræ Honorii extant in Reg. Vat. an. 4. dat. 10. Kal. Augusti num. 842. fol. 280.

XI. 11 N. Episcopus Lubren. de mandato ejusdem Honorii III. ad hanc Lucerinam Eeelesiam translatus est: de qua translatione scripsit Honorius ad Archiepiscopum Beneventanum, Dat. Laterani Id. Januar. an. 1. 20. pont. 4 est num. 346. fol. 681.

XII. 12 ALBERTUS Monachus, & Decanus monasterii sanctæ Sophiæ Beneventi post octo annorum spatium quo Lucerina ecclesia Pastoris solatio destituta erat, electus est episcopus; tamen quia electio contra ordinationem Apostolicam celebrata fuerat, ab Alexandro IV. irrita declarata est, ac simul scriptum est Vicario Episcopi, ut tanquam Apostolicæ sedis delegatus ipsum Albertum pronunciet legitimum Lucerinum Episcopum. Dat. 9. Aug. ann. pont. 1. Christi vero 1255. epist. est in ordine 553. fol. 82. Reg. Vat. cætera hujus Episcopi Acta ignorantur.

XIII. 13 NICOLAUS Lucerinus, Apostolicus Nuncius erat apud imper. Græcorum ano. 1261. ex documento Archivii S. Aogeli molis Adrianæ.

XIV. 14 BARTHOLOMÆVS an. 1265. præsens

fuit fundationi Ecclesiæ Barensis anno 1265. itemque Ecclesiæ S. Mariæ Vallis Viridis Bovinæ Diœcesis eodem anno. Post hunc duo fuere alii Præsules Lucerini, tunc civitatis S. Mariæ noncupati.

XV. 15 GUILLELMUS Episcopus insula Lucerina, seu S. Mariæ se abdicavit an. 1295.

XVI. 16 AYMANDUS (1) ex Archidiacono fit hujus Ecclesiæ Præsul à Bonifacio VIII. an. 1295. Id. Decemb. an. 1. ita in ep. Reg Vat. n. 589. fol. 132. traductus inde est ad Salpensem Ecclesiam an. 1302.

XVII 17 STEPHANUS Episcopus civitatis S. Mariæ pronunciatus in locum Aymundi translati ad Salpensem Ecclesiam à Bonifacio VIII. die 5. Junii, anno pontif. 8. Christi autem 1302. ex Regest. Vat. ann. 8. ep. 197. fol 102.

XVIII 18 STEPHANUS Stephano successit. Memoratur in Regest Caroli Regis, cujus erat Consiliarius & Capellanus an. 1304. vocatur Episcopus S. Mariæ.

XIX. 19 I. fortassis Joannes Episcopus S. Mariæ, cujus mentio in Regio Regest. Neap. an. 1308.

XX. 20 Fr. JACOBUS Episcopus S. Mariæ, idest Luceriæ, ita legitur in regio Reg. anno 1314. quo hanc regebat Ecclesiam.

XXI 21 B. AUGUSTINUS natione Dalmata patria Traguriensi, Nicolao, & Dragosta nobilibus parentibus natus, cum adhuc adolesceret, mundo, pompisque sæculi remisit nuncium, Divique Dominici habitum induit, & in eo Ordine, tum literis humanis tum divinis simul atq; Religionis virtutibus mirabiles progressus fecit, omniumque admirationem in se convertit, ita ut post varias sui Ordinis bene obitas præfectutas à Benedicto XI. Pont. Max. Zagrabiensis crearetur Episcopus ann. 1303. in qua dignitate multum pro totius Hungariæ Regni bono, & tranquilitate laboravit, cujus opera, ad ardua Regni ejusdem negotia componenda. Carolumque Bertum in Regem firmandum usus est Card. Gentilis Apostolicæ Sedis Legatus, & cum Zagrabiensibus pie præfuisset ann. 13. in gratiam Roberti utriusque Siciliæ Regis ad hanc Lucerinam in Apulia, tunc S. Mariæ Ecclesiam translatus est à Joanne XXII. anno. 1317. In novo grege moderando supra modum ejus erga pauperes misericordia, & charitas, zelus in Ecclesiastica disciplina conservanda, atque in omnibus pastoralis amor, & pietas ita eluxit, ut inter præstantiores sui sæculi Præsules merito numeraretur. Hic sui Ordinis Fratres intra urbem suscepit, quibus Cœnobium & Ecclesiam Divi Dominici titulo insignem condidit: cumque per annos plus minusve sex functè præfuisset, clarus miraculis, septuagenario major obdormivit in Domino ipso pervigilio S. Dominici, tertio nempe Augusti 1323. sepultus in eadem D. Dominici Ecclesia, innumeris miraculis perpetuo illustris, pro cujus inquisitione vitæ, miraculorum indagatione, atque canonizatione Carolus Calabriæ Dux, Roberti Regis filius ad Joannem XXII. sequentes scripsit literas, quæ ex Regio Regest Carolis Illustris fol. 31. sub lit. B. exscriptæ sunt.

D *Sanctissimo in Christo Patri, & Clementissimo Domino Joanni divina Providentia sacrosanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Carolus Dux Calabriæ recommendationem humilem, & devota pedum oscula beatorum.*

Ne multiloquio, Alme Pater, & Domine, occupatissimas aures sanctitatis Vestræ fatigem, desistendum vidi præsenti pagina pandere plurimam in partibus istis laudem, quam sibi B. Pater Augustinus quondam Episcopus civitatis nostræ S. Mariæ dudum vocatæ Luceriæ, ex miraculorum affluentia, quæ post ejus obitum divina clementia, velut copiosa in misericordia, & in retributione munifica jam meritis ejus ostendit, & quotidie dignatur ostendere, vendicaverit. Credo equidem illorum aliqua ad notitiam ve-

A *stram ex relatu divulgantis famæ producta, & expecto, ac etiam cupio, quod singulariter singula, quæ profecto magna esse noscuntur, ad ipsam notionem vestram, etiamsi in publicam per opportunæ indagationis seriem deducantur; sicut enim fide digna relatio me nuper instruxit, non ignotum Beatitudini vestræ fuit, dum adhuc ipse in hoc sæculo constitutus, quando mirabili sinceritate vitæ micabat, pollebat claritate scientiæ, atque mirificis operibus coruscabat. Ego quoque mi Domine Reverende, teste Deo, & in conscientia bona loquor, quod, eo, mecum, cum primum petiit partes istas, per vices aliquas colloquente, concepi, & vidi, tam in ejus verbo, & facie, quam in gesto, quod valde amabilis ejus conversatio esset, quodque omnia, quæ in eo erant, non nisi notabilia, & eruditio ad virtutes, ac ad salutem ædificatio viderentur, quodque dum post ejus migrationem ad Dominum, ex devotione magna, qua ad illum afficior, ejus limina visitassem, magna mihi fides facta est de nonnullis miraculis per ejus excellentia merita divinitus perpetratis.* B *Cum itaque ad instruendum certius Beatitudinis vestræ scientiam, ac devote petendum de ipsius Beati Patris vita, & miraculis pariter inquiri secundum morem Ecclesiæ in talibus consuetam, latores præsentium sanctitatis vestræ pedes cum reverentia debita, & fiducia magna petunt, devotus postulo, supplex quæso, ut alma & perspicax providentia vestra, benigna, si placet, petitionem ipsam, consideratione discutiens, & ad eam exaudiendam, mentis aciem dignanter inflectens, inquisitionem ipsam, jubere fieri (ut moris est) & juris est, gratiosè dignetur, quæ ibi parata fuerint, vestroque conspectui præsentata, si effectus ejus suadeat, & vestra benignitas id decernat, præfatum Patrem in illius reverentiam, & honorem, qui eum veluti laudabilis retributor, sanctificare dignatus est, in Sanctorum, si placet matricula, cum sonoro Canonizationis præconio, ne ipsius merita grandia, operaque mirifica debito præmio careant, adscribatis, per quod sancta Mater Ecclesia de tanto novæ agregationis consortio, vestri felici tempore Præsidiatus jubilet, & exultet civitas, in qua ipse feliciter obiit, & felicius in Domino requiescit.* C

Scriptam Neapoli anno Dom. 1325. die 20. Octob. 9. Indict.

Ex his literis habemus Augustinum nonum Episcopum fuisse civitatis S. Mariæ, hoc est nonum in ordine ex iis, qui, relicto Luceriæ Saracenorum titulo, novum receperunt sanctæ Mariæ, qui haud diu cum perdurasset, vetus nomen prævaluit. Ejus sacra lipsana elevata, ac nobiliori loco collocata sunt anno 1601. ex voto vero Lucerinensium civitatis Patronus declaratur anno 1624. habeturque quotannis ibidem sacra in ejus memoriam anniversaria dies. Vitam ejus scripsit Joannes Tomæus Marnavitius Bosnensis Episcopus, quam edidit Sigismundus Ferrarius in lib de rebus Ungaricis, Ord. Prædicatorum, cujus cum laude meminit Leander Albertus de Viris Illustribus Ord. Prædicatorum, Razzius, Pius, Bzovius cæterique ejusdem Ordinis D scriptores, & Michael Modius in hist. Spalatensi; is tamen affirmat Augustinum obiisse ann 1329 alii 1332. sed à veritate aberrant, tum ex literis Caroli Ducis Calabriæ datis anno 1325 post ipsius Beati viri obitum, tum ex successore ejusdem ex regio Neapolitano Regest. de quo etiam in lib solut. mentio extat ann. 1322 die 27. Augusti, quando solvit jam diu ad Lucerinum Episcopatum translatus debitum pensum sacro Collegio.

22 JACOBUS, Civitatis sanctæ Mariæ Episcopus in Beneventana provincia memoratur in Regest. Regis Roberti anno 1324. & 1325. Succeserat is Augustino, de quo nil aliud compertum habemus. XXII.

23 MARINUS Lucerinæ Ecclesiæ Episcopus interiit sub Clemente VI. ann. 1348. ex reg Vat. XXIII

24 ANTONIUS ex Thesaurario eligitur in XXIV.

(1) Aymandus legitur in Bulla Indulgentiæ concessæ Ecclesiæ B. Philippi in Cella, quæ extat apud Collectores Actorum SS. Maii tom. 1. p. 772.

demortui Marini locum à Capitulo Lucerinæ Ecclesiæ, confirmatur Episcopus seu potius cassata Canonicorum electione ad infulam Lucerinam extollitur ab Clemente VI. die 11. Kalen. Febr 1348. an. pontif. 6 ita in epist. 64. fol. 60. Vat. Reg mortem cum vita commutavit sedente Urbano V. anno 1363.

XXV 25 JACOBUS Gurga Canonicus Neapolitanus, Episcopus delectus est ab eodem Urbano V. anno 1363. 11. Kal. Maii. Acta Consistorialia ejus electionem commemorant, cætera de eo ignorantur.

XXVI 26 BARTHOLOMÆUS Jacobi successor.

XXVII. 27 THOMAS post Bartholomæum Lucerinus fuit Episcopus.

XXVIII. 28 THOMAS de Acerno hujus ecclesiæ Antistes, alterius Thomæ successor 1378. sub Urbano VI. in Regno Bohemiæ Apostolicus Nuncius agebat anno 1381. Hujus rei testimonium habemus in regest. Urbani. Scripsit de schismate tractatum non ignobilem.

XXIX 29 BARTHOLOMÆUS post secundum Thomam præfuit ecclesiæ Lucerinæ, cujus obitus memoratur anno 1396. in lib. Provis. atque oblig. Prælat. sub Bonifacio IX.

XXX 30 BASSASTACHIUS de Formica Apostolicus scriptor, & familiaris Bonifacii IX eligitur episcopus per obitum Bartholomæi Id. Novembr. 1396 ex lib. de Dignit. fol. 317. Hic in sua obligatione facta die 20. Novembris ejusdem anni recognovit etiam pro Domino Bartholomæo, Thoma, altero Thoma, alteroque Bartholomæo prædecessoribus suis, ex lib oblig. sub Bonifacio fol. 8.

XXXI 31 FRANCISCUS Lucerinus Episcopus subscripsit Bullæ Gregorii XII. anno 1412. Hic fortasse idem est cum eo Lucerino Antistite, sedente Martino V. ad alium Episcopatum translatus est anno 1422. sed in Actis Consistor. Episcopatus nomen non exprimitur.

XXXII. 32 BASSASTACHIUS de Bassastachiis de Formica, superioris Bassastachii nepos (fortassis idem supra relatus) juris utriusque Doctor, electus in episcopum Lucerinum per translationem Antecessoris die 10. Kal. Maii 1422. ejus Præsulatus temporibus ecclesia Civitatensis unita fuit per Eugenium IV. Lucerino sacerdotio anno 1439. pro qua unione Bassastachius aliam fecit obligationem ratione ecclesiæ Civitatensis ad ecclesiam hanc Lucerinam unitæ. Ita legimus in lib. Oblig Eugenii fol. 290. Sedit hic an. 28. obiit vero ann. 1450.

XXXIII. 33 ANTONIUS Angius. Neapolitanus, electus Lucerinus Præsul per obitum Bassastachii anno 1450. Idibus Maii. pauloque post translatus est ad Potentinam ecclesiam Kal. Julii ejusdem anni, de quo alibi dictum.



XXXIV. 34 LADISLAUS Dentice Neapolitanus, filius clarissimi æque ac nobilissimi militis Joannis Dentice, juvenis adhuc nondum vigesimum annum attingens Lucerinam ecclesiam in Commendam Kal. Julii 1450. deinde in titulum diu eam regendam accepit. Excessit è vivis hic Præsul anno 1478. sepultus prope genitorem suum in Ecclesia Abbatiæ S. Mariæ de Ferraria Theanensis Diœcesis Ord. Cisterciensis, cujus fuerat primus Abbas Commendatarius Pater ejus obierat 7. Kal Aug. 1449. ut in veteri emortuali ejusdem Abbatiæ ad eam diem notatur.

35 F. PETRUS Ranzanus, a Siculus, Panormitanus Ord. Prædicatorum poesi, arte oratoria, historiæ peritia, & Theologica doctrina præstantissimus à Sixto IV. pronunciatus est Episcopus Lucerinus 6. Kal. Novemb. 1478. Hunc ob celebrem ejus famam virtutis Ferdinandus Rex utriusque Siciliæ Neapolim accersitum, filio suo Præceptorem esse jussit, deinde ad Matthiam Corvinum Pannoniæ Regem ei etiam legationem dedit, quod ille munus triennio obivit. Meminit hujus Legationis Bonfinius lib. 8. Ungaric. histor. Elaboravit Ranzanus, dum Legatum ageret, librum de rebus Ungaricis ad ipsum Matthiam Regem, quem defunctum luculenta oratione laudavit apud Albam Regalem. In Italiam regressus, ecclesiam suam tenuit deinde annis plurimis, suoque in episcopatu saro fungitur anno Christi 1492. omniumque lachrymis in funere cohonestatus in ecclesia Cathedrali humi traditus est. Scripsit præter ea, quæ supra relata sunt, de Urbis Panormi antiquitate, de laudibus Lucerinæ civitatis, Annales temporum, & alia sui ingenii monumenta posteris mandavit. Scribunt de illo Leander Albertus, Thomas Fazellus. Thomas Porcatius, aliique Dominicanæ familiæ scriptores. Joannes autem Listhius sic cecinit de Ranzano. XXXV.

a De eo Vossius de hist. Latinis l. 3. c. 6. & Mongitorius in Biblioth. Sicula tom. 2. Mongit.

Claras Pannonii soli triumphos
Bello, paceque splendide peractos
In compendia digerens, latebat
Multos Ranzanus hic Petrus per annos
Dignus, secula quem legant in ævum,
Laudent, concelebrent, ament, honorent.

36 JO. BAPTISTA de Contestabilibus Beneventanus Episcopus Minorensis ad Lucerinam hanc ecclesiam translatus est die 2. Decembris anno 1493. excessit 1496. XXXVI.

37 ANTONIUS Torres Hispanus ex Ordine sancti Hieronymi Monachus in Episcopum Lucerinum electus est ab Alexandro VI die 7. Novemb. 1496. post exactum mensem quintum à sua inauguratione translatus est ad Nepesinam, Sutrinamque ecclesias ann. 1497. die 17. Aprilis, ubi paulo post vitam finivit. XXXVII

38 RAPHAEL Rocca successit Antonio die 17. Aprilis an. 1497. Præfuit ann. 2. ac permutationis gratia ad Capritanam ecclesiam translatus est anno 1499. die 20. Octobris, de quo alibi dictum. XXXVIII

39 Fr. JOANNES de Aloysio Aversanus Ord. Carmelitarum antea Capritanus Episcopus ad hanc Lucerinam ecclesiam translatus est ann. 1499. 20. Octobris. Sedit ann. plus minus 13. & ad sanctæ Agathæ ecclesiam translatus anno 1512. cedente Alphonso Carrafa, qui Lucerinus evasit Episcopus. Ceterum ann. 1517. die 3. Maii hæ duæ ecclesiæ simul unitæ sunt; hoc tamen pacto, ut succedente alicujus eorum morte, qui superstes esset, utrarumque ecclesiarum Antistes censeretur; sed unio hæc non habuit effectum. De Joanne in serie Episcoporum sanctæ Agathæ redibit sermo. Memini in tom. 7. & serie Episcoporum Capritanorum fol 362. nu. 21. irrepsisse errorem ex scribentis incogitantia, dum Joannem hunc de Aloysio ex Ord. Minorum ad eam ecclesiam assumptum fuisse narravimus, cum revera ex Carmelitana familia ad eam Infulam vocatum scribat Jo. Baptista Lezana in 4. Carmelitarum Annal. tomo. Erratum benigne lector corrige. XXXIX.

AL-



XL 40 ALPHONSUS Carrafa Neapolitanus, Episcopus sanctæ Agathæ, & Patriarcha Antiochénus ad Lucerinam hanc ecclesiam translatus anno 1512. quo Lateranensi Concilio interfuit (1); obiit anno 1534. Hic Oliverii Card. Carrafæ consobrinus fuit, & germanus frater Bernardini Patriarchæ Alexandrini.



XLI 41 ANDREAS Card. Palmetius *a* Lucerinæ ecclesiæ adiectus est administrator die 20. Aug. 1534. eandemque resignavit ad favorem sequentis, de quo in Archiepiscopis Acheruntinis & Materanis.

a De eo Chronius Oldoini t. 3. col. 492.



XLII 42 MICHAEL de Vicecomitibus Mediolanensis, creatur Episcopus die 26. Febr. 1535. Præfuit aliquot menses supra annos tres, & ann. 1538. defunctus est.

XLIII 43 ENRICUS de Villalobos Hispanus Clericus Hispalensis ex Archidiacono de Eyeres ad Lucerinam sedem ascendit die 29. Julii 1538. inde Scyllacium translatus die 9. Novemb. 1540.

XLIV 44 FABIUS Mignanellus Patritius Senensis die

A 15. Novemb. 1540. Episcopus deligitur Lucerinus, creatur S. R. E. Card. à Julio III. anno 1551. translatusque est ad Grossetanam ecclesiam in Etruria, de quo in 3. tom. in serie illius ecclesiæ episcoporum plura leges.

45 FULVIUS Cardinalis Corneus *b* parvo temporis spatio hanc habuit Lucerinam ecclesiam commendatam, quam liberè dimisit die 16. Maii, ann. 1553. XLV

b De eo idem Ciacon. t. 3. col. 769.

46 PETRUS de Petris *c* de Monte, („ S. Savini) Aretinus, Julii III. Papæ affinis suffectus est die 16. Maii 1553. sub Pio IV. Concilio Tridentino interfuit, & cum sedisset ann. 27. diem obiit 1580. XLVI

c De eo Fortonius in Chronica M. Savini p. 53. Mendose.

47 JULIUS Monachus Calaber, patria Marturanensis, nobili genere natus, ex Canonico Vaticanæ Basilicæ, & Abbate S. Samuelis successit die 4. Novemb. 1580. vix integro anno vixit Episcopus. XLVII.

B



C

48 SCIPIO Bozzutus Neapolitanus genere, & legali scientia clarus, germanus frater Annibalis Card. Bozzuti, ex Episcopo Calvensi ad hanc sedem translatus die 14. Febr. 1582. sedit laudabili virtutum fama annis plus minusve novem: & à proscriptis, qui Luceriam depopulati sunt, sclopeti ictu loiquè occisus est anno 1591. sepultusque miserabili populorum luctu in Cathedrali. XLVIII.

49 MARCUS Hugnacervus successit die 21. Maii 1593. excessit anno 1601. XLIX

(„ *Marcus Magnacervus, Clericus Regularis* „ *Theatinus, Lucerinus Episcopus, defunctus hoc* „ *Epitaphio cohonestatus est, quod legitur in Ecclesia S. Augustini Mendicantium Terræ Candidæ.*

„ Hic Pallas, cura alta gregis, de carne triumphus,
„ Religio, & probitas heù tumulata jacent.
„ Urnam sacrati cineris venerare viator,
D „ Quam genitrix, fratres hic posuere pii.

„ Marco Magnacervo, juris & naturæ Consulto, inter primarios Togatos sui ordinis causarum strenuo defensori, ut innocentem, quam semper duxit vitam, morum quoque candore honestaret, Clericorum Regularium religiosæ familiæ adlecto, demum ut aliis proficeret, motu proprio Clementis Papæ VIII. Lucerinæ Ecclesiæ Episcopo electo, ipso renuente, ut in ea religione, quam vivens elegerat, feliciter quoque mori contigisset, commissarum ovium vigilantissimo Pastori, & Ecclesiæ Prædicatori reformatori, propriique patrimonii Episcopalis mensæ assiduo donatori, ad cœlestem

(1) Inter Patres, qui Concilio Lateranensi interfuere, recensetur Dominicus Episcopus Lucerinus, & ab Harduino in indice Episcoporum adnumeratur inter Episcopos Lucerinos; verum pro Lucerinus legendum Nucerinus; uti advertimus in septimo tomo, ubi de Dominico Jacobatio Nucerinæ Paganorum Antistite.

demortui Marini locum à Capitulo Lucerinæ Ecclesiæ, confirmatur Episcopus seu potius cassata Canonicorum electione ad infulam Lucerinam extollitur ab Clemente VI. die 11. Kalen. Febr 1348. an. pontif. 6 ita in epist. 64. fol. 60. Vat. Reg mortem cum vita commutavit sedente Urbano V. anno 1363.

XXV 25 JACOBUS Gurga Canonicus Neapolitanus, Episcopus delectus est ab eodem Urbano V. anno 1363. 11. Kal. Maii. Acta Consistorialia ejus electionem commemorant, cætera de eo ignorantur.

XXVI 26 BARTHOLOMÆUS Iacobi successor.

XXVII. 27 THOMAS post Bartholomæum Lucerinus fuit Episcopus.

XXVIII. 28 THOMAS de Acerno hujus ecclesiæ Antistes, alterius Thomæ successor 1378. sub Urbano VI. in Regno Bohemiæ Apostolicus Nuncius agebat anno 1381. Hujus rei testimonium habemus in regest. Urbani. Scripsit de schismate tractatum non ignobilem.

XXIX 29 BARTHOLOMÆUS post secundum Thomam præfuit ecclesiæ Lucerinæ, cujus obitus memoratur anno 1396. in lib. Provis. atque oblig. Prælat. sub Bonifacio IX.

XXX 30 BASSASTACHIUS de Formica Apostolicus scriptor, & familiaris Bonifacii IX eligitur episcopus per obitum Bartholomæi Id. Novembr. 1396 ex lib. de Dignit. fol. 317. Hic in sua obligatione facta die 20. Novembris ejusdem anni recognovit etiam pro Domino Bartholomæo, Thoma, altero Thoma, alteroque Bartholomæo prædecessoribus suis, ex lib oblig. sub Bonifacio fol. 8.

XXXI 31 FRANCISCUS Lucerinus Episcopus subscripsit Bullæ Gregorii XII. anno 1412. Hic fortasse idem est cum eo Lucerino Antistite, sedente Martino V. ad alium Episcopatum translatus est anno 1422. sed in Actis Consistor. Episcopatus nomen non exprimitur.

XXXII. 32 BASSASTACHIUS de Bassastachiis de Formica, superioris Bassastachii nepos (fortassis idem supra relatus) juris utriusque Doctor, electus in episcopum Lucerinum per translationem Antecessoris die 10. Kal. Maii 1422. ejus Præsulatus temporibus ecclesia Civitatensis unita fuit per Eugenium IV. Lucerino sacerdotio anno 1439. pro qua unione Bassastachius aliam fecit obligationem ratione ecclesię Civitatensis ad ecclesiam hanc Lucerinam unitæ. Ita legimus in lib. Oblig Eugenii fol. 290. Sedit hic an. 28. obiit vero ann. 1450.

XXXIII. 33 ANTONIUS Anglus. Neapolitanus, electus Lucerinus Pręsul per obitum Bassastachii anno 1450. idibus Maii. pauloque post translatus est ad Potentinam ecclesiam Kal. Julii ejusdem anni, de quo alibi dictum.



XXXIV. 34 LADISLAUS Dentice Neapolitanus, filius clarissimi æque ac nobilissimi militis Joannis Dentice, juvenis adhùc nondum vigesimum annum attingens Lucerinam ecclesiam in Commendam Kal. Julii 1450. deinde in titulum diu eam regendam accepit. Excessit è vivis hic Præsul anno 1478. sepultus prope genitorem suum in Ecclesia Abbatiæ S. Marię de Ferraria Theanensis Diœcesis Ord. Cisterciensis, cujus fuerat primus Abbas Commendatarius Pater ejus obierat 7. Kal. Aug. 1449. ut in veteri emortuali ejusdem Abbatiæ ad eam diem notatur.

XXXV. 35 F. PETRUS Ranzanus, a Siculus, Panormitanus Ord. Prædicatorum poesi, arte oratoria, historiæ peritia, & Theologica doctrina præstantissimus à Sixto IV. pronunciatus est Episcopus Lucerinus 6. Kal. Novemb. 1478. Hunc ob celebrem ejus famam virtutis Ferdinandus Rex utriusque Siciliæ Neapolim accersitum, filio suo Præceptorem esse jussit, deinde ad Matthiam Corvinum Pannoniæ Regem ei etiam legationem dedit, quod ille munus triennio obivit. Meminit hujus Legationis Bonfinius lib. 8 Ungaric. histor. Elaboravit Ranzanus, dum Legatum ageret, librum de rebus Ungaricis ad ipsum Matthiam Regem, quem defunctum luculenta oratione laudavit apud Albam Regalem. In Italiam regressus, ecclesiam suam tenuit deinde annis plurimis, suoque in episcopatu fato fungitur anno Christi 1492. omniumque lachrymis in funere cohonestatus in ecclesia Cathedrali humi traditus est. Scripsit præter ea, quæ supra relata sunt, de Urbis Panormi antiquitate, de laudibus Lucerinæ civitatis, Annales temporum, & alia sui ingenii monumenta posteris mandavit. Scribunt de illo Leander Albertus, Thomas Fazellus, Thomas Porcatius, aliique Dominicanæ familiæ scriptores. Joannes autem Listhius sic cecinit de Ranzano.

Claros Pannonii soli triumphos
Bello, paceque splendide peractos
In compendia digerens, latebat
Multos Razanus hic Petrus per annos
Dignus, secula quem legant in ævum,
Laudent, concelebrent, ament, honorent.

a De eo Vossius de hist. Latinis l. 3. c. 6. & Mongitorius in Biblioteca Sicula tom. 2.

XXXVI. 36 JO. BAPTISTA de Contestabilibus Beneventanus Episcopus Minorensis ad Lucerinam hanc ecclesiam translatus est die 2. Decembris anno 1493. excessit 1496.

XXXVII 37 ANTONIUS Torres Hispanus ex Ordine sancti Hieronymi Monachus in Episcopum Lucerinum electus est ab Alexandro VI. die 7. Novemb. 1496. post exactum mensem quintum à sua inauguratione translatus est ad Nepesinam, Sutrinamque ecclesias ann. 1497. die 17. Aprilis, ubi paulo post vitam finivit.

XXXVIII 38 RAPHAEL Rocca successit Antonio die 17. Aprilis an. 1497. Præfuit ann. 2. ac permutationis gratia ad Capritanam ecclesiam translatus est anno 1499. die 20. Octobris, de quo alibi dictum.

XXXIX. 39 Fr. JOANNES de Aloysio Aversanus Ord. Carmelitarum antea Capritanus Episcopus ad hanc Lucerinam ecclesiam translatus est ann. 1499. 20. Octobris. Sedit ann. plus minus 13. & ad sanctæ Agathæ ecclesiam translatus anno 1512. cedente Alphonso Carrafa, qui Lucerinus evasit Episcopus. Cęterum ann. 1517. die 3. Maii hæ duæ ecclesiæ simul unitæ sunt; hoc tamen pacto, ut succedente alicujus eorum morte, qui superstes esset, utrarumque ecclesiarum Antistes censeretur; sed unio hæc non habuit effectum. De Joanne in serie Episcoporum sanctæ Agathæ redibit sermo. Memini in tom. 7. & serie Episcoporum Capritanorum fol 362. nu. 21. irrepsisse errorem ex scribentis incogitantia, dum Joannem hunc de Aloysio ex Ord. Minorum ad eam ecclesiam assumptum fuisse narravimus, cum re vera ex Carmelitana familia ad eam Infulam vocatum scribat Jo. Baptista Lezana in 4. Carmelitarum Annal. tomo. Erratum benigne lector corrige.



XL 40 **ALPHONSUS** Carrafa Neapolitanus, Episcopus sanctæ Agathæ, & Patriarcha Antiochenus ad Lucerinam hanc ecclesiam translatus anno 1512. quo Lateranensi Concilio interfuit (1); obiit anno 1534. Hic Oliverii Card. Carrafæ consobrinus fuit, & germanus frater Bernardini Patriarchæ Alexandrini.



XLI 41 **ANDREAS** Card. Palmerius *a* Lucerinæ ecclesiæ adlectus est administrator die 30. Aug. 1534. eandemque resignavit ad favorem sequentis, de quo in Archiepiscopis Acheruntinis & Materanis.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 494.



XLII 42 **MICHAEL** de Vicecomitibus Mediolanensis, creatur Episcopus die 26. Febr. 1535. Præfuit aliquot menses supra annos tres, & ann. 1538. defunctus est.

XLIII 43 **ENRICUS** de Villalobos Hispanus Clericus Hispalensis ex Archidiacono de Eyeres ad Lucerinam sedem ascendit die 29. Julii 1538. inde Scylacium translatus die 9. Novemb. 1540.

XLIV 44 **FABIUS** Mignanellus Patritius Senensis die

A 15. Novemb. 1540. Episcopus deligitur Lucerinus, creatur S. R. E. Card. à Julio III. anno 1551. translatusque est ad Grosseranam ecclesiam in Etruria, de quo in 3. tom. in serie illius ecclesiæ episcoporum plura leges.

45 **FULVIUS** Cardinalis Corneus *b* parvo temporis spatio hanc habuit Lucerinam ecclesiam commendatam, quam liberè dimisit die 16. Maii, ann. 1553. XLV

b De eo idem Ciacon. t. 3. col. 769.

46 **PETRUS** de Petris *c* de Monte, („ *S. Savini*) Aretinus, Julii III. Papæ affinis suffectus est die 16. Maii 1553. sub Pio IV. Concilio Tridentino interfuit, & cum sedisset ann. 27. diem obiit 1580. XLVI

c De eo Fortunius in Chronica M. S. Savini p. 53. Mandis.

47 **JULIUS** Monachus Calaber, patria Marturanensis, nobili genere natus, ex Canonico Vaticanæ Basilicæ, & Abbate S. Samuelis successit die 4. Novemb. 1580. vix integro anno vixit Episcopus. XLVII.

B



C

48 **SCIPIO** Bozzutus Neapolitanus genere, & legali scientia clarus, germanus frater Annibalis Card. Bozzuti, ex Episcopo Calvensi ad hanc sedem translatus die 14. Febr. 1582. sedit laudabili virtutum fama annis plus minusve novem: & à proscriptis, qui Luceriam depopulati sunt, sclopeti ictu iniquè occisus est anno 1591. sepultusque miserabili populorum luctu in Cathedrali. XLVIII.

49 **MARCUS** Hugnacervus successit die 21. Maii 1593. excessit anno 1601. XLIX

(„ *Marcus Magnacervus, Clericus Regularis*
„ *Theatinus, Lucerinus Episcopus, defunctus hoc*
„ *Epitaphio cohonestatus est, quod legitur in Eccle-*
„ *sia S. Augustini Mendicantium Terræ Candidæ.*
„ Hic Pallas, cura alta gregis, de carne triumphus,
„ Religio, & probitas heù tumulata jacent.
„ Urnam sacrati cineris venerare viator,
D „ Quam genitrix, fratres hic posuere pii.

„ Marco Magnacervo, juris & naturæ
„ Consulto, inter primarios Togatos sui
„ ordinis causarum strenuo defensori, ut
„ innocentem, quam semper duxit vitam,
„ morum quoque candore honestaret, Cle-
„ ricorum Regularium religiosæ familiæ
„ adlecto, demum ut aliis proficeret, mo-
„ tu proprio Clementis Papæ VIII. Luce-
„ rinæ Ecclesiæ Episcopo electo, ipso re-
„ nuente, ut in ea religione, quam vivens
„ elegerat, feliciter quoque mori contigis-
„ set, commissarum ovium vigilantissimo
„ Pastori, & Ecclesiæ Prædicatori refor-
„ matori, propriique patrimonii Episco-
„ palis mensæ assiduo donatori, ad cœle-
stem

(1) Inter Patres, qui Concilio Lateranensi interfuere, recensetur Dominicus Episcopus Lucerinus, & ab Harduino in Indice Episcoporum adnumeratur inter Episcopos Lucerinos, verum pro Lucerinus legendum Nucerinus; uti advertimus in septimo tomo, ubi de Dominico Jacobatio Nucerino Paganorum Antistite.

ſtem patriam convolanti IV. Kal. Augusti MDC. Mater infelix & fratres mœstiss. majora merenti ſupremum hoc obſequii munus in tanti viri memoriam poſuerunt.

Non obiit, ſed Marcus abiit, bibiturus abivit.
Magnus ad æthereas Cervius ivit aquas.

Laudatur egregie à Joſeph Silos in hiſt. Cler. Regul. par. 2. p. 43.)

L. 50 FABIUM Areſtium Camertem, virum probum, & per aliquot annos variis in civitatibus Proepiſcopi munere laudabili fama functum Clemens VIII. ad hanc Lucerinam ſedem evexit die 11. Maii 1601. Præfuit ferme octo annos ſui indulgentiſſimus, & ſublatus ex hac mortali vita pridie Kalend. Maii 1609. tale, ut fertur, epitaphium tumulo ejus, in Cathedrali inſculptum, in quo ejuſdem virtutes recenſentur.

D. O. M.

Fabio Areſtio Patritio Camerti Epiſcopo Lucerino, viro pietate, animi moderatione & omnium virtutum laude præſtanti, qui per multas Pontificiæ ditionis urbes cum innocentia, ſapientia, necnon & æquitate moderatus eſt, per octo annos huic Eccleſiæ præfuit, erga populum ſibi commiſſum pii parentis charitatem, & ſedulitatem vigilantiſſimi Paſtoris exhibuit, ac demum ſummo cum omnium dolore, & pauperum præcipue lachrymis immaturè extinctus eſt an. ſal. MDCIX. prid. Kalen. Maii. Petrus Matthæus Areſtius fratri amantiſſimo & optimè merito PP. Anno Chriſti MDCX.

Camerti in patria, & Eccleſia ſancti Angeli à fratribus, ac nepotibus, quos in vita ſummè dilexerat, honorario, nobilique funere parentatus, & oratione laudatus, variiſque carminibus celebratus, ex quibus hæc non pigebit referre.

Lux erat elucens lucenti lucida luce
Luceria, eluxit cum ſibi ſtella Fabi;
Nunc extincta jacens, mœret ſine lumine lucis
Phœbæa veluti lampade luna caret.
Ergo Deum exora, qui totum illuminat Orbem,
Altera luceſcat lucida ſtella tibi.

Aliud Diſtichon.

Tot ſtellæ in cœlis Fabii ſacra tempora cingunt,
Quot Chriſti miſeris auſtrea fructa dedit.

LI. 51 LUDOVICUS Magius, Mediolanenſis, electus die 29. Aprilis 1609. obiit ann. 1618.

LII. 52 FABRITIUS Suardus Neapolitanus, familia nobili natus, & eruditione clarus, ad hanc Cathedram aſcendit die 28. Januarii 1619.

LIII. 53 BRUNORUS Sciamana („ *Interamnas*) electus die 27. Aug. 1637 translatus deinde eſt ad eccleſiam Cajetanam anno 1642.

LIV. 54 Fr. THOMAS de Avolos, a Neapolitanus Marchionis Vaſti frater germanus, Ordinis Prædicatorum creatus die 24. Martii 1642. Mortem obiit 1643. menſe Decembri, in Eccleſia Cathedrali ſepultus, inde Vaſtum delatus in majorum ſepulchro.

a De eo Vallo in hiſt. Pipern. pag. & Toppius in Bibl. Neapol. Petrus Mandoſ.

LV. 55 SYLVESTER de Afflicto Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus antea Epiſcopus Trivicanus ad hanc eccleſiam translatus die 23. Februarii 1643.

A D D I T I O.

(„ Obiit circa menſem Auguſtum anni 1661. Laudatur à Joſepho Silos in hiſt. Cleric. Regul. par. 3. p. 226. 289.

JO. BAPTISTA Euſtachius, Trojanus, J. V. D. & Cathedralis Lucerinæ Canonicus, præfectus eſt eidem Eccleſiæ 12. Februarii 1663. Defunctus eſt anno 1687. LVI.

DOMINICUS Morellus, Collegiatæ Fogiæ, ubi ortum habuit, Eccleſiæ Canonicus, J. U. D. & Epiſcopi Trojani, mox Cardinis Urſini tam in Archiepiſcopatu Sipontino, quàm Beneventano generalis Vicarius, hac mitra decoratur 27. Maii 1688. mortuus eſt an. 1715. LVII.

DOMINICUS Maria de Ligurro, nobilis Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, ſacræ Theologiæ Lector, & divini verbi præco, cum collegio S. Pauli Neapolitano ordinis ſui præfuiſſet, Lucerinæ Eccleſiæ datur Antiſtes 10. Januarii 1718.) LVIII

MONTIS-CORBINI

EPISCOPI.

MONTIS-CORBINI modica civitas in Capitanata Apuliæ ſita poſt annum noſtræ ſalutis ædificata cenſetur in vita ſancti Alberti ejuſdem civitatis Epiſcopi. Quondam illuſtris fuit, nunc familiis ſexaginta habitatur. Epiſcopali dignitate exornata fuit in ipſo ejus exordio, & Epiſcopus ſuffraganeus Beneventanæ Metropolis extitit, ut in valvis æneis, & Rom. ſcriptum eſt Provinciali; ſed anno 1433. Vulturarienſi annexus Epiſcopatui, dignitatem epiſcopalem amiſit, tametſi utrarumque Eccleſiarum Præſul. Vulturarienſis, & Montis-Corbini Epiſcopus denominetur. Porrò Epiſcopi qui Montis-Corbini Eccleſiæ fuerunt, ſequentes paucos obſervavimus ad unionem uſque; cæteri deſcripti ſunt infra in Vulturarienſium Præſulum ſerie.

1 BEATUS re, & nomine primus fuit Montis-Corbini Epiſcopus poſt annum milleſimum ſalutis noſtræ. Memoratur in vita ſancti Alberti ſucceſſoris, defunctus in pervigilio Natalis Domini. I.

2 S. ALBERTUS Beato, populo, ac Clero poſtulante datus eſt ſucceſſor, qui cum jejuniis orationibus, boniſque operibus ferventiſsime inſerviret, cæcus evaſit, & poſt multa patrata miracula quievit in Domino Non. April. 1037 in ſua Cathedrali ſepultus: ejus vitam ſcripſit Richardus ejus ſucceſſor, deinde poſt multa ſæcula ex eodem Richardo, aliiſque monumentis anno Dom. 1499. conſcripſit Alexander Gerardinus Epiſcopus Vulturarienſis, & Montis-Corbini, quam ab ipſo autographo hic exhibemus, quod nobis olim bon. me. Onuphrius Gerardinus accommodavit. II.

Ego Alexander Gerardinus Epiſcopus, omnium Epiſcoporum, & fidelium Dei minimus, cum Diœceſim meam peragrarem, & ſuperiorum Pontificum majorum meorum vitas colligerem, comperi, ſanctiſſimum Albertum è genere nobili Normandorum vitam agere inclitam, quamvis hortatu ampliſſimi Petri Beneventani Archiepiſcopi, Richardus Montis-Corbini Epiſcopus eam compoſuerit. Itaque amore magno, quo in magnum Patrem Albertum agor, lucidiori eam ſtylo conſcribere conſtitui. Quadringenteſimo & ſexageſimo tertio anno à tempore noſtro, cum illuſtris civitas Montis-Corvini conderetur, fama uber-

tatis

tatis vulgata, ubique plurimæ gentes ad eam incolendam convenere, inter quas cum è Plantſio oppido plurimi ſe conferrent, Joannes Alberti Pater, eò quoque ſe contulit cum Alberto puerulo quinque annorum. Qui principium capiens ab opere pietatis, ædem Divi Nicolai, quam modo dirutam cernimus, in ipſo Montis-Corvini, & Luceriæ confinio ædificavit: filium verò Albertum diſciplinæ literariæ imbuendum cum traderet, divinum videre opus in eo elucere, & eum tamen à primo tempore mulierum commercia evitare, & juventutem, & reliquam ætatem in jejunio, in ornatu templorum, & continua ad Deum prece occupatam haberet, & communem pauperum patrem ſe præſtaret. Mortuo Beato Epiſcopo, biduo ante Natalem Domini, Clerus, populus, & Comes qui eo tempore eam provinciam habebat, communi voto Albertum patriæ Paſtorem elegere fugientem, & renuentem tale onus ſubire; verum cum vi cogeretur, noluit ante conſecrari, quam templum ſuum parvum, & incultum ad honorem Dei altum & celebre erigeret. Deinde fama ſanctitatis coaleſcente in dies, Dux Apuliæ, & cæteri proceres ad crimina eorum confitenda certatim cœpere ad eum concurrere, & poſtremo cum orationibus, jejuniis, aſſiduo fletu, & magna ante Deum meditatione corpus attenuaret, lumen oculorum amiſit. Quo tempore manifeſta miracula in eo apparere cœpere. Nam quodam die cum more ſuo, ante januam Curiæ reſideret, tempore æſtatis admodum importuno, & quendam tranſeuntem eo loco ſentiret, ſciſcitatus quis eſſet, poſtquam audivit eum eſſe famulum Iohannis Limi, percunctatus unde veniret, cum ille aquam è fonte efferre diceret, petiit parum aquæ. Quam cum ille in vaſe porrigeret, & ſanctiſſimus Albertus ori apponeret, magno Dei mirando, in vinum mutata continuo eſt. Quare cum Albertus vellet bibere, inquit, Fili mi, cur me decepiſti? petebam ego aquam, tu vinum dediſti. Admiratus famulus rem tantam, magno jurejurando affirmavit, ſe puram ſolum aquam dediſſe ac propterea, cum aquam iterum daret, illa in vinum mutata iterũ eſt. Quo miraculo magnum Alberti nomen eſſe cœpit. Et paulo poſt cum Guillelmus Comes Rotelli quendam captivum gravi compede, & duro ergaſtulo maceraret, nec ille tantulabori ſufficeret, nomen Alberti alta voce invocare cœpit. Quem nocte ſequenti venientem in ſomnis, & dicentem vidit; ſurge & inde abi. Qui cum expergiſceretur, & verum videretur imperium illud fuiſſe, d. nobſtopuit; deinde altera nocte, cum iterum appareret, cœpit percunctari quis eſſet, qui reſpondit, ſe eſſe Albertum Montis-Corvini Epiſcopum, qui ei dicebat ut inde abiret. Quamrem cum ille fruſtra tentaret, putavit ſomnium inane eſſe, & tandem cum tertia nocte accederet, dixit ſe eo labore adeo fatigatum eſſe, quod magis non rediret, os inter loquendum inopinato apprehendit, & extra Terminas & locum Monti-Corvino vicinum inter vineas reliquit. Qui manè poſtea cum Albertum adiret, & in miro genere laudum eum proſequendo gratias ageret, quod ſua potentia duro tantùm carcere evaſiſſet, reſpondit ſanctiſſimus Albertus, ne mihi hoc, fili, adſcribe, ſed immortali Deo, qui mira potentia erigit eliſos; & liberat compeditos. Quæ miracula Lemarchus Beneventanæ ſedis Archiepiſcopus à Deſiderio & Albino, qui veneranda canitie grandævi erant, & ea viderant, audivit, cum more Archiepiſcopi Montem-Corvinum viſitaret, & ingenti undequaque ſtudio miracula Alberti inquireret. Deinde ſenio in longum progrediente, ob lumen oculorum amiſſum eum videre ſpiritum divinum habere, & futura prædicentem; cum enim Clerus, Populus, & Comes provinciæ ob ſenium, & cæcitatem gubernatorem ei darent Creſcentium Sacerdotem hominem potentem, & ſcelerum plenum, & ille cuperet vitam Alberti brevem fore, ei Albertus inquit, Creſcenti, affirmo tibi te brevi Epiſcopum fore; verum omnia habiturum adverſa in eo munere. Quod quidem miraculo Dei verum fuit poſtea cum homo impius vitam ſanctiſſimi Alberti pueris amicis, & malis hominibus committeret, dæmonum fraude modo eum per ſcopulos, & loca aſpera montium ducebant, qui frequenter ſedebat, modo ingentes voces ſupra caput ſenile emittebant, modo calceos, & veſtes in ignem jactebant, ſæpe eum magno riſu aquam in ſanctiſſimum vultum proiicientes dicebant, ò Domine, pluit, tege te magni modo imbres effluunt. Quin etiam cum dormiret in medio Julii, & Auguſti calore plures cicadas prope caput ſanctiſſimum ponebant; quæ omnia ille æquiſſimo animo tolerando Deum orabat, ne ullum malum pro eare vellet reddere. Verum ultio divina eandem comparuit, & manifeſto judicio æterni Dei partim eorum duro exilio, partim crudeli morte, & partim inopia, & duro carcere miſerè occubuere. Et cum ultimò Deus eo labore Albertum liberare vellet extemplo totam latè urbem movit fama Alberti morientis. Itaque cum viri, mulieres, & pueri cum ingenti ad eum ploratu concurrerent, proclamare alta voce cœpere, O cuſtos noſter, ò publice omnium parens, ò ſalus, ò defenſio, ò publica, ac privata ſpes patriæ noſtræ quid inpoſterum faciemus? Ecce Pater Alberte, eam quam habemus libertatem te vivente, te modo moriente amittimus. Tunc ille, corpore jam deſtituto viribus, læto vultu ora populi ſui amota quondam benedixit, & eam dicens poſtremam forte orationem, quam ad populum ſuum haberet piè & juſtè vivere docuit, & corpore jam languente iterum benedicens è vita veluti dormiens emigravit Nonis Aprilis milleſimo & trigeſimo ſeptimo anno ab ortu noſtri Redemptoris. Deinde ſequenti die cum ſanctiſſimum corpus ingenti omnium fletu ad ſepulchrum ferretur, viderunt virgulam fumi cœlum tangentem è corpore mortui emitti, quæ totum latè aërem ſuavi odore replebat, & tunc Ruſſus homo comprobatæ fidei, & ſanctitatis, qui putabat oculos ſuos caligaſſe, fumo jam evaneſcente una cum ſacrificio alta voce gratias agere cœpit immortali Deo, qui mirabilia tantum opera eo tempore aperiret, & paulo poſt magna languentium corpora tumulum adire, & manifeſta Alberti miracula cum incolumitate redire viſa eſt. Inter cætera ſubito poſt exceſſum ejus fama ſancti Viri Baſilicam mulierem Aliſanam movit ut Montem-Corvinum peteret, quæ biennio apud Aliſatem fuerat toto corpore contracta, & nullo membro integra, & cum hoſpiti aperiret, ſe in eam urbem accedere cum ſonali, more confecto, ut ſanctum ſepulchrum videret, hoſpes eam rem Epiſcopo retulit, qui cupiens rem populo gratam facere, primum æterno & immortali Deo gratias egit, qui admiranda eo ſæculo opera populis aperiret. Deinde eam mulierem ante ſepulchrum adduci fecit; quæ diu & noctu profuſis lacrymis oraret, fortè evenit eo die quo miraculum contigit, quod Dominus, & populus civitatis ad publica patriæ negotia obeunda in eo templo conveniat, cum ſubito mulierem audivere reddentem alta voce laudes & Deo, & Beato Alberto, qui etiam plurimi clarè ſenſere oſſa confracta ad antiquum redire locum membrorum. Quare tota urbe ad templum procurrente cum ingenti gaudio illa publicè faſſa eſt, divina revelatione ad tumulum veniſſe. Et paulo poſt Benedictus quidam è Bicari oppido, quod ad octavum lapidem inde eſt, cum gravi, & longa ægritudine toto corpore laboraret, & manuum, & pedum jure amiſſo, linguæ quoque eloquium jam amitteret, ad ſanctum templum Alberti ſe adduci fecit, ubi cum hebdomadam totam fruſtra oraſſet, cum magna ira inde receſſit, referens Alberti ope omnes gaudere, & ſe ope immunem recedere, ac eo modo templum Serræ oppidi noctu intravit, ubi cum pernoctaret, ſanctiſſimum Albertum in ſomnis venientem, & dicentem vidit, Quare frater triſtis, & mœrens recedis? cum ea, quæ Dei ſunt, in voluntate tua nequaquam ſint; Verum ſurge, hac infirmitate non amplius gravabere. Qui continuò excitatus, ſe valentem toto corpore reperit. Itaque ad templum Alberti rediens cum ingenti omnium gaudio diu in ea urbe permanſit, & eo penè tempore aliud miraculum Richardo epiſcopo præſente factum eſt. Cum innumeræ mulierum, & hominum catervæ eò confluerent, & plura quotidie miracula fierent, contigit quandam mulierem nomine Mariam occulto Dei judicio à Dæ-

mone praeoccupari. Quae cum Alberto conjuge suo, & bono nomine, & magno quoque amore vivebat. In tanta re stupebat maritus: mirabantur vicini, dolebant affines, illa verò horribili voce debacchabatur: ora torquebat, dentibus frendebat, pectora pangebat, & lumine torvo unumquemque aspiciens, ora, vestes, & totum corpus lacerabat. Quare maritus cum frustra opem medicorum implorasset, ad sancti Alberti templum devenit, ubi exposita uxore ante sepulchrum, cum crederet eam mitiorem debere fieri, illa iracundior effecta, toto triduo latrans more canum immanes inhumanas voces, inauditos ejulatus, ac horrendos fremitus toto populo stupente emisit. Et postremo cum maritus nullo modo indè discederet, sed omne tempus ibi manere, & sanctam Trinitatem invocare statueret, spiritus impotens in eo amplius subsistere, continuò eam in terram dejecit, ubi ventre, mammillis & toto pectore effecto tumido in immensum spiritum in venenum luridum conversum cum ingenti labore evomit. Quo miraculo Richardus Episcopus & populus constituerunt ad usque nonum diem pro ea orare, discriminata civium portione, qui noctu eam custodirent. Verùm quadam nocte cum paulum dormirent, magna Corvorum multitudo totum templum extemplo ambire cœpit, ac unus ingenti impetu eam arripuit, quam cum è terra elevaret, illi excitati, & stupidi cum magno tandem labore eam liberavere; quare Richardus Episcopus accito Joanne Vulturariæ Episcopo, & homine Venerabili in consilium, cum errorem mulieris comperissent, ei injunxere ut ad sanctum sepulchrum in Orientem trajiceret. Quod quidem iter cum magno gaudio illa confecit, & ad templum Alberti reversa, brevi ibi mortua est. Aliud quoque miraculum prætereundum nunc nullo modo est, comprobatum quadam epistola Venerabilis Rai Vulturariæ Episc. venerabili Petro Montis-Corvini Episc. urbis Clero, & populo. Cum Raus à Rogerto Siciliæ Rege gloriosissimo Panormi vocaretur, & è Salerno ad propinqua Balnearea, quæ propè Farum sunt, loca devenirst, magna orta tempestate nautas eogavit, ut portum Balneareæ intraverent, quam rem cum facere conarentur, vento assurgente, in immensum per media maria rejecti cum ingenti periculo sunt; quare Episcopus longè magis quàm antea motus cœpit publicè polliceri omnia bona, quæ habebat, si terram contingerent, tunc nautæ cum ingenti fletu respondere, se perditos esse, & vento inter occidentem, & septentrionem orto, miraculo quodam, per arctissimos scopulos evasere. Deinde per angustias Fari cum corriperentur, nec ullam spem de salute haberent, desperata omni multitudine, cœpit Raus sancti Alberti nomen invocare, & continuò hominem vidit indutum alba veste, honorabili effigie & læto vultu venientem ad se, inquiens, adjuva, quem vocas, Albertus ego sum: quare cum Raus ad sanctos pedes eius volveretur, Albertus eum erigens, Magno, inquit, animo esto Rae fili, portum continuò continges, & magna Dei misericordia inter eundum & redeundum omnia secunda tibi erunt. Et cum hæc dixisset, continuo evanuit. Quare Raus in medium prodiens proclamavit, Vivite animo securo omnes qui hic estis, magna ego miracula vidi, nec ea ad plenum enarrarat, cum Navim videre veluti volantem altissimos montes aquarum superare & portum inopinato intrare, quo miraculo omnes qui in navi erant, coiere in unum, & gratias sanctissimo Alberto innumeras egere. Raus verò rediens è Sicilia, sanctum illico sepulchrum Alberti adivit, exceptus miro gaudio à Clero & populo Montis Corvini. Legimus, quod usquaquam omittendum est, sanctum Albertum, cum supra altare hostiam Christi consecratam teneret, & cum magnis lacrymis oraret, ut sibi significaret, quibus rebus salutem animæ acquirere posset, nec responderet, dixisse, Domine mi, meis è manibus te nunquam dimittam, nisi antea responderis, & eo non respondente, eam conjurasse, quæ tandem respondit: Hæc septem ab eo facienda esse; Primum, si omni die me pasces, hoc est, si amore mei unum obulum quotidie dederis, magis animæ tuæ proderit, & gratum mihi erit, quàm si post mortem unum præberent montem auri pro te, qui è terra Cœlum contingeret. Secundo, magis valet unam omni die lacrymam emittere dum vives, quàm si post mortem tot effluerent lacrymæ pro te, quæ unum possent lacum efficere. Tertio satis mihi placet, si quolibet nocte à somno oblectabilis te amovebis, & toto me corde orabis, quæ res animæ tuæ magis conducet, quàm si, te mortuo, decem hominum millia ad bellum pro fide Christi nomine tuo transicerent. Quartò, mihi magnopere gratum erit, si in re dubia in bonam capiens partem, omnia quæ ab aliis fient, operabunturque, nec ulla emittes murmura è proximo tuo, & eum corriges errantem inter te & ipsum, quod certè magis valebit, quam si septem annorum jejunium in pane & aqua conficeres. Quintum, quod plus omnibus mihi placet, si bono animo gravem omnem offensam inimico tuo remiseris; quod quidem magis animæ tuæ utile erit, quàm si ad sanctum Jacobum Galliceum eundo ad unum quodque milliare campum virgis plenum invenires, quibus eo modo te verberares, ut suum latè sanguinem in quolibet milliario effunderes. Sextum est, si omni tempore te minorem omni creatura existimaveris, quæ vera hominum humilitas est, magis animæ tuæ proderit, quàm si multa hospitalia pauperum sustentares, & sitientem & famelicam hominum turbam omni die reficeres. Septimò cavebis quoad vives ullum facere judicium animo temerario: quod gratum mihi magis erit, quàm si totas dies in oratione ageres, & omni quoque tempore jejunares, & omnia bona amore Dei dares. Studebis igitur Alberte, si meam cupies gloriam adipisci, hæc animo, & opere adimplere. De eodem sancto Alberto Episcopo Montis Corbini authore eodem Alexandro Gerardino Amerino, Episcopo Vulturarien.

Hymnus ad Vesperas.

Vivet æterno celeber decore,
Vivet & summos superum peranee
Nomen Alberti per aperta curret
Sæcula semper.
Templa qui struxit veneranda multum
Omne quæ certè remanent per ævum,
Quo bonam gentes capiunt salutem
Undique vectæ.
Hic Puer primos fugiens per annos
Cuncta tenenti bona vana fecit
Vicit immanes laqueos maligni
Vicit & orbem.
Lumine amisso lacrymis refusis
Quas Deo semper tenuit patentes
Cuncta per terras cecinit futura
Ordine miro.
Ora per lympham capiens sacrata
Nempe mutari rutilum repente
Sensit in vinum stupida manente
Undique turba.
Nocte qui vectus media per altum
Aerem Cœli miserè vocantem
E gravi servum Comitis Rotelli
Compede solvit.
Supplices ergo meritò precemur
Nunc Patrem curvis genibus manentem,
Ut Deum toti populo per orbem
Reddat amicum.

Hymnus de eodem ad Matutinum.

Hic dolos vicit famulus malignos
Qui sibi duram cupiere mortem
Asperos inter scopulos & alta
Per loca montis.
Pertulit voces hominum superbas,
Ut crucem vestes tacerent per ignem,
Ut sibi dulcem raperent quietem
Tempore somni.

Ac nquam in vultum iacerent fenilem,
Dicerent ludo nimium protervo
Effluunt magna pluviæ sub atra
Undique Cælo.
Nunc pluit passim Domine, & perennes
Decidunt imbres: operi sacratum
Deprecor vultum, madens cadenti
Ne Pater unda.
In malis motus nihil illo tunc is
Semper orabat superum Parentem
Ut malum vellet sceleri notando
Reddere nullum.
Nunc decet talem memorare Patrem
Nomen Alberti celebrare sanctum
Qui feros vicit laqueos, maligaum
Vicit & orbem.

De eodem ad Laudes Hymnus.

Morte iam sancto veniente Patri
Plebs simul currunt, populus, Patresque
At cam postrema subiro tandem
Fata tenentem
Plebe, qui visu peramata quondam
Ora perlustrans benedixit illum,
Inde sedata populi, patrumque
Undique planctu
Viverent sanctè docuit, pieque
Et plagas mundi fugerent caduci
Et Dei summi peterent Tribunal
Pectore tento.
Inde cum dulci veluti sopore
Ore per Cælum jacuit retento
Heu lusum mundi miseri quieta
Mente relinquens.
Urbe mox tota lacrymante passim
Gentium fletu subeunte Cælum
Virguinum fumus per aperta euntem
Sydera norunt.
Quæ Patris sancto saliens ab ore
Regis æterni solium petebat,
Quaque divino recreans odore
Aera totum.
Nunc per Albertum moveamus ora,
Nomen Alberti meritò canamus,
Qui solum linquens hominum superna
Regnat in Aula, &c.

III. 3 CRESCENTIUS S. Alberti in Episcopatu Coadjutor, homo malus & iniquus S. Viri persecutor, in malitia sua sepultus, antequam Albertus ex hac mortali vita evocaretur.

IV. 4 RICHARDUS vitæ S. Alberti scriptor, eidem successit anno 1037. quanto tempore hanc administraverit Ecclesiam, obscurum est.

V. 5 DEODATUS Concilio Romano interest ab Nicolao II. celebrato anno 1059.

VI. 6 PETRUS vixit temporibus Rogerii Regis circa annum Domini 1136. de quo mentio in vitam S. Alberti.

VII. 7 ROFRIDUS interfuit Concilio Laterano sub Alexandro III. anno 1179.

VIII. 8 URSUS vivebat anno 1250.

IX. 9 RAUS eidem successit an. 1551. post hunc plures desiderantur Episcopi.

X. 10 ROGERUS florebat an. 1310. ex regest. reg. Neap.

XI. 11 JACOBUS Rector Ecclesiæ S. Petri de Benevento, electus & consecratus hujus ecclesiæ Præsul anno 1343. memoratur in documento Arnaldi Archiepiscopi Beneventani cum in ejusdem Petri locum rectorem Ecclesiæ S. Petri instituisset Capitulum ipsum die 5. Aprilis Ind. 11. defunctus est sub Urbano V ex lib. Prov.

XII. 12 BARTHOLOMÆUS Episcopus hujus Ecclesiæ recognovit sacrum Collegium pro Jacobo decessore die 11. Januarii 1365. ex eodem lib. („*Hunc* „ *Bonomettum appellat, & ex Ord. Prædicatorum* „ *assumptum fuisse affirmat Fontana in Theatro Domin. p. 240.*)

13 Fr. PETRUS Bartholomæo successit, defunctusque est ante annum 1368. („ *Hunc quoque* „ *Ordinis Prædic. alumnum fuisse asserit Fontana* „ *loco citato.*) XIII.

14 Fr. CONSTANTINUS Petro successit, pro quo recognovit in lib. obligat. die . . . . , an. 1368. XIV.

* 15 THOMAS ex Episcopo Termulano translatus est ad hanc Montis Corbini Ecclesiam an. 1400. XV. *Ex Add. tom. 6.

16 ANTONIUS Episcopus Montis Corbini translatus est ad Termulanum sacerdotium 6. Id. Decemb. 1400 XVI.

17 Fr. NICOLAUS de Ædio, Ordinis Prædicatorum electus eodem die 6. Id Decemb. 1402. Hic assecla fuit Gregorii XII. Papæ. & paucis gratus Joanni Dominico Cardinali Ragusino, cujus diplomati Cajetæ subscripsit an. 1412. Diu hanc rexit ecclesiam, ejusque promotio habetur in lib. oblig. & Promot. Prælatorum sub Bonifacio IX. XVII

18 ANTONIUS electus est die 27. Septembris 1432. sequenti anno Montis-Corbini Ecclesia perpetuò unita est cum Vulturariensis, ac die 9. Aprilis 1434. harum simul unitarum Ecclesiarum primus evasit episcopus, cujus successores leges in serie Vulturariensium Episcoporum. XVIII

MONTIS-MARRANI

EPISCOPI.

CIVITAS MONTIS MARRANI sita est in Provincia Principatus ulterioris à Metropoli Beneventana milliario juxta montem Terræ clusæ Beneventanæ Diœcesis, quæ vallata est ad plagam occidentalem, aperta tamen ex parte Orientali, ubi illi supra montem altissimum, oppidum Cassanum Nuscanæ Diœcesis, Austrum versus spectat oppidum Castri-francorum, & Castrum vetus, ad Septentrionem oppidum Vulturariæ quæ tria Oppida in hujus Episcopatus Diœcesi censentur. Civitas ipsa parva admodum est, & vix ducentis habitata familiis, quarum triginta tres supra centum in Regii fisci codice descriptæ sunt Domus ferè omnes tegulis opertæ ligneis, scandulæ vulgo appellantur, & ventis validis pro natura regionis crebrò infestantur. Ager verò mediocriter fertilis, nemoribus tamen, totaque hyeme nivibus obsitus, incolæ ferè omnes rustici & pauperes, paucis exceptis civibus, & litteratis; Hanc civitatem haud antiquam fuisse ex eo conjecturari potest, cum nullus auctor de ea loquatur, quòd autem hinc à septingentis annis titulo Episcopalis dignitatis exornata inveniatur, aliquid antiquitatis eidem conferre videtur. Ejus itaque exordium, vel ruina, aut quis eam condiderit, prorsùs ignoratur. Cathedralis Ecclesia titulo Deiparæ Virginis Assumptæ in ipsa Civitate sita est, structura ampla, non modò urbanis populis, sed etiam Diœcesanis aptissima, in tres naves divisa est; quarum laterales multa habent sacella dotata, ex quibus unum Gregorii XIII concessione privilegiatum ad defunctorum animas liberandas: tectum ejus tegulis ligneis constat, pro more regionis, cum sacra turri & sacrario, & in eo locus decens, ubi asservantur aliquæ reliquiæ sancti Joannis episcopi in vasis argenteis. Sub pavimento Ecclesiæ descenditur in cameram subterraneam satis ornatam, & columnis subnixam cum tribus sacellis, & altaribus, ex quibus medium conditum servabat corpus ejusdem sancti Joannis Episcopi. Sacris in hac ecclesia ministrantium numerus exiguus; sunt enim tantum duodecim Canonici, è quibus quinque dignitate eminent. Archidiaconus secundus ab Antistite, Archipresbyter, duo Psi-

micerii, & Custos bonorum mobilium Ecclesiæ. Hi verò nullam habent præbendam, sed tantùm distributiones quotidianas. Hujus porro Ecclesię consuetudine receptum erat, ut toto anno exceptis diebus officii duplicis, celebraretur officium Beatæ Mariæ, etiam in Choro. Præcipua Ecclesiæ solemnitas 17. die Augusti agitur in honorem sancti Joannis Episcopi, qui dies civitatis, ac Diœcesis festivus est, & in eo quotannis habetur synodus. In civitate hac præter Cathedralem Parochialis Ecclesia nulla est; sed Capitulum animarum curam gerit. Sunt tamen duæ aliæ parvulæ Ecclesiæ exigui admodum census, qui Capitulo attributus est. Virorum aut mulierum Cœnobium nullum, nisi parvus Conventus Franciscanorum extra mœnia. Laicorum sodalitia tria. Diœcesis Montis-Marani tribus oppidis constat, & confines habet Diœceses Beneventanam, Nuscanam, Frequentinam, Lavellinam, & S. Angeli de Lombardis. Oppidorum primum est Castri Francorum duobus P. M distans à Mnnte-Mueno. Alterum oppidum est Castri veteris Venusino Principi subjectum, abest mille pass. à civitate. Tertium oppidum est Vulturariæ quarto à civitate milliario situm. Præter hæc oppida pertinet ad hanc Diœcesim ager ipse, seu districtus civitatis, in quo tres extant Ecclesiæ tenuissimi census. In universum autem in hac Diœcesi nullum extat Monachorum Cœnobium, aut Monialium. Mensæ Episcopalis annuus census est ducat. Regni 600. taxatur in lib. Cancell. Apostol. Flor. 60. Episcopi, qui hanc rexerunt Ecclesiam, hi tantum à nobis observati sunt.

ADDITIO.

(,, *Inter Episcopalium dignitatum sedes, antiquioribus infulis in Principatus Ultra provincia (olim Samnium dicta, ut notat Jo. Vincentius Ciarlantes, alioqui apud novissimos Hirpinorum) fulgentes est, quæ appellitatur Montis Maranensis, in qua paulo breviùs sistendam duximus, cum nullus inter Scriptores rerum antiquarum inveniatur auctor, qui de ea mentionem etsi levissimam faciat. Hinc ultra ea, quæ ab Ughello cumulata sunt, addenda supersunt pauca ex pluribus mihi à cl. viro Baptista Petra ex patritiis Civitatis Rossani jureconsulto eximio, ac omnium eruditionum genere referto transmissis, cui stimulos ad scribendum dedit, ac calcaria præbuit Illustriss. ac Reverendiss. D. Cœlestinus Labonia prædictæ Civitatis Episcopus anno elapso defunctus.*

Civitas igitur Montis Marani non minùs quàm reliquæ in dicta Provincia Principatus Ultra antiquissima est; resonantque hujusmodi veritatem aliqua monumenta ex ruinis ejus florentissimæ ætatis in tanta temporum, quæ omnium memoriam excludit, diuturnitate, adhuc intra nunc abbreviati districtus septum, per paucolos reliquias apparentia, quibus captivanda necessario est nostra credulitas, authoribus rem tacentibus. Æquè sunt, quæ civitatem in suis primordiis nimis angustam, ingenti populo refertam, & præcelsis ornatam ædificiis prædicant, licet in præsentiarum nimis angusta dignoscatur, & vix 700. incolis frequentata, tenuioribusque casellis culta. Hieronymus enim de Marra, olim Capellanus major Catholicæ majestatis in regno Neapolitano, utilisve dominus hujus civitatis testatur in quodam libello se invenisse in Quinternionibus regiæ Cameræ summariæ Neapolitanæ, quod sæculis retro lapsis frequentissimus populus urbem nostram inhabitasset; imo quod 12. oppidulis, seu casalibus circomdata esset, quæ postea humi obruta fuerunt in communi loc, passa in Regno an. 1500. ac in ejusdem ruinæ ultimo complemento an. 1656. quorum reliquiæ in veteribus quibusdam ædificiis vix vix elucentes nunc supersunt. Et hoc Hieronymi assertum comprobare videntur verba in Vita S. Ioannis, quam hic retulit Ughellus, sequentia: Populi Maranenses confluebant catervatim ad talem, ac tantum Pastorem suscipiendum: *reliquiæ item mœnium eam sæpientium, prout etiam multarum arcium, quas vulgo* Fortini *appellant, quibus circumdatur. Si quæras autem originem, causamq. nominis scriptę civitatis, ex antiquissima civium traditione dicitur Mons* Maranus, *seu* Marinnus *à quodam Cajo Mario, qui fundator urbis eam supra montem construi fecit. Alii rursus eam sic appellatam volunt ex eo quod Ecclesia Cathedralis, qua ornatur, Marianæ intactæ Dei Matris in Cœlum Assumptæ titulo sit dedicata. Cæterum urbs peramæna est, omnique herbarum, ac fructuum abundantia pollet; cumque supra montem ad plagam Orientalem per milliaria 18. distans à metropoli Beneventana urbe sita sit, floridissima aurarum spiracula aeris salubritatem, ac ubertatem soli inibi constituunt, itaut ex ea gens erumpat ter robusta, ac nunquam laboris jugo deficiens; prout etiam ovium gregatim sua sola pascentium in omni genere abundantissima conspicitur; indeque laticinia exquisitissimi saporis, & grata pinguedine referta, delicatæque carnes speciatim in ejus tenimentis conspiciuntur.*

Tempus autem, quo Episcopatus præeminentia hæc urbs decorata fuerit, ignoratur. Constat equidem S. Joannem, à quo incipit hanc seriem Ughellus, non fuisse primum hujus sedis Antistitem, cum in prænunciata S. Joannis vita hæc legantur: Contigit autem, ut iis temporibus Maranensis Ecclesia proprio careret Pastore. *Ideoque cum tempore Gregorii VII. (floruit hic an. repar. salutis 1073.) in personam prædicti S. Joannis narretur facta electio ad hanc Cathedram ob defectum proprii pastoris, sequitur multo antea fuisse Episcopali dignitate insignitam hanc Ecclesiam. Ejus Cathedralis est speciosissima, ac æque amplissima, tribusque alis distinguitur, quarum una cum cruce emicat; duplici ex parte columnarum fulcro magnificentissimè ornatur; amplo item nobilique presbyterio, choro, ac capellis, larga sed divitiæ avitate speciosis, subterraneo corporum receptaculo, binis lapideis hic illicque à latere perquam commodis ditato scalis (vocant catacumbam, vulgo* Subcorpo) *non destituitur; campanis tribus amplis, ac resonantibus, congruaque ad eas turri fulget ex pia, & larga reparatione Præsulis de Albergone, cujus tempore inventa est arca plumbea, in qua Ecclesiam Maranensem consecrationis insignia habuisse an. 1494. ab Episcopo Juliano Tsopo compertum est. Sed hujus templi pulchritudo specificè habetur ex ornatu cujusdam capellæ, quæ spatiosa, ac eleganti cavitate exculta non parvam spirat magnificentiam. Est autem à latere Evangelii aræ maximæ, ejusque altare licet olim soli Angelorum cultui sacrum esset, in præsentiarum tamen arcam novi testamenti, cibum inquam Eucharisticum servat, opera, & munificentia Præsulis de Labonia nuper extincti. Dictum altare quota die perenni, ac largo indulgentiarum thesauro ditatum est à Gregorio XIII. prædicta autem Capella olim erat de jure patronatus Dominorum illustris familiæ de Marra, civitatis qui erant utiles Domini. Capitulum hujus principis templi constat 12. Canonicis, inter quos quatuor solummodo dignitates, nempe Archidiaconus, Archipresbyter, & duo Primicerii, qui omnes eidem ad majorem Dei gloriam, prout etiam illibatissimæ Virginis Mariæ omni, qua decet, assiduitate, pompa, ac Gregoriani cantus peritia concorditer serviunt. De proventibus mensæ Episcopalis tacendum potiùs, cum in communi urbis excidio etiam hi notabilem passi fuerint diminutionem, adeout hodie tenues admodùm sint, & ad Præsulis substentationem vix sufficientes; nec cæterum ampla stipatur diœcesi: nam collapsis dictis 18. Casalibus, sedes Episcopalis trino tantum, nec longiusculo locorum tenimento suffraganeorum aucthorata remansit, scilicet arcis veteris,*

Ca-

Castri Franci, & Vulturariæ. Venerabilem sanctitatem spirat Ecclesia ob insignes Sanctorum reliquias, quæ in ea asservantur; notabiles sunt pars brachii sancti Sebastiani M. ossea pars sancti Antonii Abbatis, Dens integer sancti Petri Apostolorum principis, alii duo dentes sanctæ Apolloniæ Virginis, & Martyris, Os sancti Marci Evangelistæ, sancti Paulini Episcopi Nolani, sancti Viti Mart. sancti Caroli Borromæi, aliaque innumera, sed minuta, quæ satis longum esset enumerare. Inter reliquias autem summa veneratione habentur à civibus sacra lipsana sancti Joannis urbis Episcopi, cujus caput in erate argentea antiquo, sed pulchro delineamento insculpta, reliquum verò corpus in ara eidem speciali voto dicata intra prædictæ Cathedralis catacumbam, ubi in arca plumbea an. 1604. illud reposuerat Episcopus Genuensis. Sed inde altius Præsul successor, scilicet Albergonus construi pulcherrimum reliquiarium curavit ex materia ligno nucea, auro opulenter interjecto, picturis, figuris, aliisque divitibus ornamentis excultum. In quo reliquiario postquam reposita essent multæ sanctorum reliquiæ, educta tandem è prædicta Catacumba dicta arca plumbea, solemni translatione sacra Joannis ossa recondita sunt, postquam 18. annor. circulo humo fuissent sepulta. Est autem speciali admiratione dignum, quod unum prædictorum ossium sanguine quasi de recenti circumfusum usque ad præsens aspicitur. Cujus circumfusionis ex antiquissima urbis traditione hæc causa redditur: scilicet evenisse, ut cum impius quippiam cujusdam partis sacri ossis furtum tentaret, sanguis inde miraculosè emanavit, atque in prodigii testimonium macula sanguinea deinde veluti in osse insculpta remanserit; In dicta autem plumbea arca è catacumba infima noviter educta repertæ sunt inter ossa sancti Joannis, quatuor soleæ corinteæ, gremiale pontificium, aliquot mappæ, lintea, ac vela, in quibus quædam anonymæ reliquiæ erant involutæ, quæ omnia non sine miraculo post tot sæcula ad hunc diem incorrupta cernuntur. Solent autem cives in crudelibus procellis, aliisque necessitatibus, quæ magis urbem premunt, brachium dicti Sancti Præsulis è reliquiario educere, & à Sacerdote stola induto, luminibusque accensis deferri ante portam Ecclesiæ; de repente aeris feritas mansuescit, cessant grandines, & cives, quod postulant, assequuntur. Inter alia denique memorabilia prædicti sancti Joannis ejus sedes, seu Cathedra Episcopalis asservatur, ex ligno, cujus materia non cognoscitur, extructa, sine clavis contenta, sed pulcherrimo magisterio antiquaque sculptura pulchre efformata. Hæc autem intacta, & incorrupta adhuc manet, licet variè, mirumque in modum ob innumeras translationes, quas de loco ad locum passa est, fuerit dirupta. Novissimè autem à prædicto Episcopo Albergono in loco eminenti è regione altaris sancto Præsuli speciali capella sacra reposita fuit, ut sic communi cultu, ac obsequio quo decet, possit ab omnibus civibus commodiùs venerari.)

I. 1 S. JOANNES Benedictini Ordinis Monachus, Gregorio VII. Pontifice Salerni existente, Episcopus Montis-Marani, jussu ejusdem à Beneventano Archiepiscopo consecratur. Præfuit sanctissimè, ac multis miraculis clarus obdormivit in Domino die 17. Augusti, & in Cathedrali humatur, ubi veluti civitatis Patronus piè colitur. Acta ejusdem in hœdino codice conscripta extabant, sed casu concremato incrario unà cum monumentis ejusdem Ecclesiæ & ipsa concremata sunt; ex iis tamen duæ integræ hœdinæ paginæ, non sine miraculo remanserunt illæsæ, quæ in sacrario custodiuntur; continent enim partem S. Episcopi vitæ, rudi stylo, ac simplici conscriptæ ut sequitur.

Contigit autem, ut his temporibus Maranensis Ecclesia proprio careret Pastore, & cum fama tanti Viri crevisset, placuit Maranensi Clero, Populo, & Domino, ut tantus, ac talis vir ad eorum Ecclesiam regendam pastor eis daretur: accepto autem consilio à Papa Gregorio, qui tunc Salerni aderat, ad talem sibi Pastorem perquirendum, honorificè Legatos miserunt, quos prædictus Papa benignè suscipiens, præcepit, ut ibidem manerent, donec de persona repetita inquireret, si ad tantum culmen conscendendum honesta esset; sed benignus Monachus, columbina simplicitate, ut solitus erat; pedes Apostolicos deosculans, ne tantum onus sibi imponeret, indesinenter deprecabat. Qui Apostolicus blandè respondens ait. Oportet nos fili, pro fratribus nostris multa pati, & sicut Dominus noster proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis præcepit, & voluit immolari; ita & de hoc à nobis non est tibi parcendum, quia melius est ut lampadi assimileris, ut tibi amore divino ardens, & aliis luceas, quam ut carboni assimileris, qui sibi ardet, & aliis non lucet. Reminisci etiam debes, quid Beato Petro Dominus ipse dixerit. Si diligis me, pasce oves meas; Hoc præceptum, frater, nostrum est, si Dominum diligimus, pascamus ejus oves, quod si non facimus, videmur Dominum non diligere. Unde ex parte Domini tibi præcipio, ut jugum ejus diligentissime suscipias. Videns autem Joa. se humiliter conclusum, & tanto præcepto contradicere non posse, omni suæ charitati se commendavit. Tunc Papa lætus effectus, Beneventano Archiepiscopo misit quendam Cardinalium, ut præfatum Joannem pro Maranensi Eccl. Episcopum consecraret, rogans, atque præcipiens, ut eum benigne coleret, & suis amicis copularet, quod Archiepiscopus hilari animo adimplevit. Prænominatum Joannem honorificè susceptum, & voluntate, & requisitione totius Populi Maranensis eum elegit, & consecravit. Tunc Montis-Marani Episc. factus sanctus Joannes venit catervis clericorum, & laicorum stipatus, sed uterq; populus virorum, ac mulierum catervatim fluunt, tantum Patrem ad suscipiendum. Eodem anno quandam Ecclesiam vocabulo S. Laurentii, quæ intus eandem civitatem sita est, prædictus vir Dei, de precatu Dominorum præfatæ civitatis dedicavit, in qua Sacerdotem, quem ipsi expetierant, ejusdem Ecclesiæ in obsequium constituit. Sed invidus bonorum Diabolus, qui semper sanctæ Ecclesiæ obest, prædictam sacerdotem suo amore exarsit intantum, quod super ipsam Ecclesiam, idest in camera ejusdem Ecclesiæ quadam cum ganea concubuit. Mirum in modum, & ultra modum mirabile! confestim tota Ecclesia illa vermibus ita plena erat, ut non valeret aliquis per eandem Ecclesiam incedere, nisi super vermes, quod incolæ loci illius Domino Episcopo Joanni studuerunt enarrare. Tandem Dominus Episcopus ibidem venit, & factum quod vidit, ingemuit; sed conversus ante Crucem prolixiùs oravit; postquam orationem complevit, conversus ad clerum, & ad populum circumstantem dixit; Omnes vos Domini misericordiam implorate unà nobiscum, quatenus sua clementia, ad quod hoc signum mirabile factum est, nobis suis famulis ostendere dignetur de ejus misericordia propter quod signū istud ostensum est, cujus prece divinitus exaudita, perpetratum crimen citiùs manifestatum est, & confestim devenit Presbyter ille, & à sancto Præsule perquisitus, quod fecerat, nequivit celare crimen, sed coram omnibus confessus est quid, & qualiter evenerat; undè nimium Præsul mœstus de tanto crimine tam verecundanter facto Presbyteri, illum à Sacerdotio suspendit, præcipiens ei jejunia cum injuncta eleemosyna. Tempore, quo vir Dei Præsul Joannes Maranensem gubernavit Ecclesiam, non solum de cœlestibus, verum etiam de terrenis ad Ecclesiæ incrementum pertinentibus indesinenter ac studiosè curam gerebat. Quadam die pro ejusdem ecclesiæ opere juxta flumen Caloris cum plurimos secum haberet viros, de quibus alios ad incidendum ligna, alios ad evellendum cespites consti-

tuit. Erat autem nemoris densitas, ubi hæc agebantur, non longè à sancti Potiti, quam funditus extirpare supiebat, ut ager ibi efficeretur, undè compendium habere posset, de quo pauperibus erogaret. Contigit autem eo die ut plurimi ex Castello Bajani illus advenirent, qui ad peragendum illud opus eum adjuvarent. Et cum plures ibidem devenirent, videntes Dei famulum propriis manibus laborem alacriter gerere, protinus insistebant cum eo in opere viriliter agere, & condensa fruteta, ac scabiosas radigines radicitus evellere. Et cum multi ad laborandum cum eo ibi adessent, accidit, ut eo die vinum ei deficeret. Erat autem tunc temporis in patria illa magna inopia vini, sed quoniam laborantium membra naturaliter oporteret refocillari, cum jam hora iterum sumendi appropinquaret, affuit minister ejus dicens; Domine omnino vino caremus. Tunc sanctus quendam suum ministrum Eustasium nomine accersiri fecit, quem Montem Maranum celeriter ire jussit, & Casalia petere, ut si ad emendum, vel quo modo vinum invenire potuisset, quam citius veniret, & secū deferret. Qui cum pergeret, & quod quæsierat minimè inveniret, tandem sine vino minister ad Virum Dei reversus, qualiter quæsierat, & invenire nequiverat coram omnibus ei denunciavit. Tunc sanctus gratia Dei ut erat repletus, ait ad eos, etsi viteus humor nobis non est, adsit nobis sancti Spiritus gratia, qui corda suorum famulantium suo semper amore irrigat, & affluenter lætificat; potens est enim ipse suis famulis in ejus mandatis, & opere consistentibus gratiam & lætitiam concedere. Tunc juxta fluminis ripam præcipit homines discumbere, & non hilari, ut erat, aspectu, ac simplici corde, spem habens in Deum, cuidam suo ministro præcepit dicens; Affer nobis languellam aquæ fluminis, ut operariis Ecclesiæ ad potandum distribuamus. Confestim minister, cunctis videntibus, hausta aqua fluminis duxit eam Viro Dei. Sed Omnipotens Deus, qui ubique præsens est, & suos semper exaudit, qui Moysen in eremo, cum populus perstreperet, non clamantem, sed silentem exaudivit, ipse vota sui famuli præcognoscens, ac volens eum hominibus in mundo innotescere, quanti meriti sit potens apud Deum, ea quæ non voce, sed corde & mente poscebat, non diu differre distulit, sed citius ei concessit: non enim verba, sed desideria puri cordis faciunt voces apud piissimas ac sacratissimas aures Dei. Hinc est quod vir Dei Præsul Joannes sperans in Domino, hoc quod puro corde, & humili mente, non loquendo, sed tacendo postulabat, meruit illicò divinitus obtinere; cum aqua ducta fuisset, mox ut eam Sanctus benedixit, & ad potandum discumbentibus tribuit, aqua ipsa mirificè in vinum mutata est. Continuò autem dum, non aquæ, sed vini saporem gustare cœpissent, inter se hoc valdè mirantes, ac de tanto miraculo nimis stupefacti, præ nimio gaudio surgentes à mensa, prostraverunt se ad pedes sancti cum lacrymis dicentes: Sancte vir Dei ora pro nobis, vidimus enim atque agnovimus magnum mirabile hodie, quod tuis sanctis meritis penitus factum esse credimus. Quod cum Sanctus cur hoc facerent, didicisset, ait ad eos: Viri fratres & filii oportet nos Deum laudare, & nostris pro delictis digna satisfactione misericordiam & indulgentiam ab eo postulare, qui nobis hodie tanta beneficia dignatus est impendere, credo equidem in vobis ipse manere, qui olim suis discipulis dixit: Ego sum vitis vera, & vos palmites, qui manet in me, & ego in eo; ipse autem omnipotens videns charitatem vestram & opera, & fidem, & quomodo ad honorem sui, & matris Ecclesiæ commodum fideliter operati estis, noluit vos sui amoris gratia inanes effici, sed repleri. Unde hoc quod inter vos cernitis factum, non meis meritis, sed pro vobis ideo credite factum, ut amodo & semper in ejus mandatis firmiter, atq; securius permaneatis. Rogo autem vos, atque præcipio, ut usque dum has vitæ fruor, hoc quod pro vestris beneficiis vobis Deus præstitit, ne unquam pandere curetis. Qui ejus monitis, ac precibus consentientes, donec vixit, nemini dixerunt. Prædictus autem vir Dei Præsul Joannes vitæ hujus cursum feliciter decurrens, quemadmodum subsequens sermo declarabit, non multò post debitum carnis persolvens, à præsente sæculo migravit ad Dominum. Viri itaque illi, post ejus obitum, quod gestum est, fideliter enarrare studuerunt. Nos verò ad laudem æterni ac Salvatoris nostri Dei, qui sancti hujus Præsulis meritis, ejus temporibus talia dignatus est operari, & ad coborandum fidelium mentes, hoc quod à fidelibus nobis relatum est, dignum scribere duximus. Nunc autem Sancti hujus imploremus clementiam, ut pro nostrorum delictorum remissione non differat nobis conferre subsidium apud eum, & cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen. Ex iis, quæ hic de Joanne narrantur, habetur ante hunc sanctum Episcopum, Montis-Marani Ecclesiam plures habuisse Antistites, quorum nomina interciderunt, quemadmodum & alia successorum nobis incomperta sunt.

2 JOANNES Concilio Lateranensi sub Alexandro III. celebrato interfuit an. 1179. II.

3 RUFFINUS a hujus sedis Episcopus ad Castrensem Ecclesiam provinciæ Hydruntinæ translatus est à Bonifacio VIII. an. 1290. 5. Id. Aug. Pont. 2. & ep. 460. fol. 108. reg. Vat. III.

a Hunc Dominicanum dicit Fontana in Theatro Dom. p. 140

4 PETRUS florebat anno 1329. cujus meminit Regium Regestrum Neapolitanum. IV.

5 BARBATUS obiit Joanne XXII. sedente. V.

6 PETRUS electus à saniori parte Capituli, & confirmatus, consecratusque, diu ab adversariis exagitatus litigiis, tandem sub Benedicto XII. pacificè hanc rexit, & administravit Ecclesiam, deinde ann. 1345. translatus est ad Draconariensem Ecclesiam. Dabimus hic Benedicti Papæ diploma ad favorem ejusdem Petri scriptum anno 1340. ex regest. Vatic. ep. 70. ann. 6. pontif. ubi totus electionis suæ modus, lites, & confirmatio recensentur. VI.

B E N E D I C T U S
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dudum siquidem significante nobis Venerabili fratre nostro Petro Episcopo Montis-Marani, quod olim vacante Ecclesia Montis-Maranen. per obitum bon. mem. Barbati Episcopi Montis-Marani idem Petrus in Episcopum ejusdem Ecclesiæ canonicè fuerat electus, & tam confirmationis, quàm consecrationis munus auctoritate bon. mem. Monaldi Archiepiscopi Beneventani, Metropolitani loci extiterat assecutus, & bonorum ejusdem Ecclesiæ possessionem adeptus, & tandem ipso hujusmodi possessione per violentiam spoliato, felicis record. Joannes Papa XXII. prædecessor noster ad instantiam quondam Angeli Audini asserentis se Canonicum ejusdem Ecclesiæ, & etiam collectum, & quorundam aliorum, qui se Canonicos, & totum Capitulum ipsius Eccl. fore minus veraciter, dictumq; Petrum electum fuisse à quibusdam non veris Canonicis asserebant, seque à confirmatione ejusdem Petri, & infirmatione electionis prædicti Angeli ad sedem Apostolicam appellasse Venerabili fratri nostro Arnaldo Archiepiscopo Benevent. tunc Abbati Monasterii S. Sophiæ Beneventano, eique proprio nomine non expresso commiserat, & dederat suis litteris in mandatis, ut vocatis qui forent evocandi de modo electionum hujusmodi, & conditionibus eligentium, an videlicet Canonici fuissent, & vocem in electione habuissent, qui ad electiones hujusmodi processerant, & meritis electorum diligentius inquireret veritatem, & illam ex eis, quam canonicam inveniret, & de persona idonea canonicè celebratam auctoritate Apost. confirmaret, reliqua, & omnibus quæ fuissent ex illa secuta, sicut justum foret, cassatis, seu cassis, & irritis pronunciatis, quandoq; dicto Abbate in dicta causa procedente, ac demum dilecto filio Magistro Galbardo de Carceribus nunc Proposito Ecclesiæ Titulen. Colocen. Dioc. nunc Thesaurario Sedis Apostolicæ in civitate Beneventana committente super hoc vices suas idem Petrus Episcopus ab eodem Subdelegato ad sedem eandem ex certis causis ra-

tio-

tionabilibus appellarat, ac hujusmodi appellationis, seu appellationum negotium idem prædec. bon. mem. Raymundo tit. S. Eusebii Presbytero Cardinali audiendum commiserat, & fine debito terminandum, qui procedens in eo legitimè interloquendo pronunciaverat causam hujusmodi ad dictam sedem devolutam fuisse, & apud eam tractari, & finiri debere, ac subsequenter etiam interlocutus fuerat, eosdem Angelum coelectum, & electores ejus tempore constitutionis fel. recor. Nicolai Papæ III. prædecessoris nostri, quæ incipit, Cupientes, veniendo ad dictam Curiam non servasse, ac in pœnas Constitutionis ejusdem propterea incidisse, & demum sententialiter diffinierat appellationes ejusdem Petri Episcopi justas, & ejusdem Subdelegati processum nullum fuisse, & esse, dictumque processum quatenus de facto habitus fuerat, cassaverat, & etiam revocarat, & quod non prædictam sententiam, quæ nulla appellatione suspensa in rem transierat judicatam provide latam ratam habentes & gratam, venerabilibus fratribus nostris Patriarchæ Graden. & Archiepiscopo Beneventano, ac Episcopo Cajatien. nostris dederamus literis in mandatis, ut ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præd. sententiam executioni debitæ demandarent; contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, quodque dicti Patriarcha, Archiepiscopus, & Episcopus juxta earundem literarum formam in executione hujusmodi processerant, dictusque Patriarcha, & Subdelegati dictorum Patriarchæ, & Episcopi Cajatien successivè in contradictores quoslibet, & rebelles excommunicationis sententiam promulgarant & processus super hoc per eos habiti fuerant in partibus publicati, & quod præfati Electores ejusdem Angeli coelecti jam defuncti recusarant expressè parere sententiæ, ac confirmationi, & executioni, ac processibus supradictis, nec permiserant eundem Petrum Episcopum assequi possessionem Episcopatus prædicti denunciati fuerant publicè præfatam excommunicationis sententiam incurrisse, dictoq; Episc. ad possessionem ejusdem suæ Ecclesiæ non admisso, sed dictis electoribus ejusdem Angeli, ejusdem Petri Episc. adversarii eum detinentibus violenter. Tandem pro parte dictor. adversariorum veraciter exposito coram nobis, quod ipsi ab eisdem executoribus per ejusdem prædecessoribus, ut dicebant, literas deputatis, quamvis non per ipsius prædecessoris, sed per nostras literas iidem executores deputati fuissent, ad eandem sedem noverant appellandum, & quod idem Petrus Episc. non servaverat tempora Constitutionis ejusdem in veniẽdo ad Romanam Curiam primæ appellationis eorum tempore, & dicebant ad eundem Arnaldum Archiepisc. Beneventanum, & quondam Hugonem Rochas Thesaurarium nostrum in dicta civitate Benevent. nostras obtinuisse dicebantur literas, per quas eisdem inter alia mandabatur, ut vocatis, qui forent evocandi, de prædictis nobis expositis se diligentius informarent, & quæcunque super iis invenirent, in scriptis redacta nobis sub sigillis eorum curarent quantocyus destinare, tacito in eisdem literis per dictos adversarios ejusdem Petri Episc. ultimò impetratis, quod idem Card. pronunciaverat, ut præmittitur causam hujusmodi fuisse ad sedem Apost. devolutam, & apud eam tractari, & finiri debere, dictosq; Angelum, & electores ipsius tempora dictæ Constitutionis in veniendo ad Romanam Curiam non servasse, ac ipsos in ejusdem Constitutionis pœnas propterea incidisse, quandoq; dictis Archiepiscopo, & Thesaurario in causa hujusmodi ad citationem procedentibus idem Petrus Episc. contra eundem Archiepiscopum proposuerat, quod eum habuerat ea ratione suspectum, quod olim eo tempore, quo ipse præfati Monasterii S. Sophiæ erat Abbas, & super causa hujusmodi certo modo, ut præmittitur, per literas prædecessoris ejusdem, Judex fuerat deputatus, eundem Petrum Episcopum gravaverat manifestè, & quod propter hoc, & alias justas causas tanquam suspectum recusaverat eundem, dictusque Archiepiscopus suspiciones hujusmodi, & alias ipsius Episcopi exceptiones legitimas contra dictas literas per dictos adversarios

A ejus obtentas, per quas dictæ literæ surreptitiæ apparebant, ac etiam quas contra dictorum adversariorum personas objecerat coram dicto Archiepiscopo propositus, non admiserat; sed sibi atrociter comminando gravaverat eundem, propter quæ idem Episcopus ad sedem appellarat eandem, se ad dictam sedem personaliter conferendo, dictoque Petro Episcopo nobis humili supplicatione, ut sibi, sic spoliato, & indebitè vexato providere super hoc de opportuno remedio, ipsumque ad possessionem Ecclesiæ, & Episcopatus sui Montis-Marani reintegrari & restitui mandaremus. Nos attendentes quod propter appellationes, & oppositiones hujusmodi, ex quibus multi anfractus, & intricationes litium processerant, prædicta Ecclesia, & electores, & populus civitatis, & Diœcesis Montis-Marani per plurium annorum curricula proprii Pastoris regimini caruerant, in ejusdem Eccl. grave dispendium, & multarum periculum animarum, & propterea cupientes ipsius Eccl. commodis, dictarumque animarum saluti, ac etiam ejusdem Petri in Episcopum **B** ad eandem Ecclesiam consecrati opportunè necessitatibus providere, venerabilibus fratribus nostris Ebreduneu. Archiepiscopo, & Nuscan. & Marsicen. Episcopis commisimus & dedimus per nostras literas in mandatis, ut ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, eundem Petrum Episcopum, vel procuratorem suum ejus nomine, in corporalem possessionem Ecclesiæ & Episcopatus prædecessorum auctoritate nostra inducerent, & tuerentur inductum, contradictione cujuslibet non obstante, invocato ad hoc, si opus foret, auxilio brachii sæcularis. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Si qui autem forent qui sua crederent interesse, quique contra dictum Petrum Episcopum, non in modum exceptionis, ad impediendum electionis, confirmationis, & consecrationis ejus effectum; sed in modum denunciationis, vel acquisitionis aliquid vellent proponere eis postquam idem Petrus Episcopus pacificam dictarum Ecclesiæ & Episcopatus possessionem foret adeptus, proponendi licentiam **C** non duximus denegandam; quin imò volumus, dictisq; Archiepiscopo, & Nuscan. ac Marsicen. Episcopis per easdem literas dedimus in mandatis, quod post pacificam per eundem Petrum Episcopum ejusdem Episcopatus possessionem obtentam, eosdem volentes in modum denunciationis, vel accusationis aliquid proponere contra eum peremptoriè ex parte nostra citare curarent, ut infra certum terminum post citationem hujusmodi Apostolico conspectui se personaliter præsentarent, si sua crederent interesse proposita, quæ vellent proponere contra ipsum, prout in literis nostris, factisque per eum processibus debitis, & etiam consuetis ulteriorem executionem eorum dilecto filio Guillelmo de sancto Paulo Clerico Thesaurario Romanæ Eccl. tunc in civitate nostra Benevent. commisisset, idemque Thesaurarius juxta dictarum literarum nostrarum & commissionis super iis sibi factæ per dictum Archiepiscopum Ebredunen. continentiam procedere intenderet humiliter, & devotè; propter resistentiam tamen præfati Archiepiscopi Benevent. præ**D**fatas literas nostras, & processus per dictum Archiepiscopum Ebredunen. super iis rationabiliter habitos non potuit executioni mandare, propter quod præfatus Episc. Montis-Marani longis laboribus, & onerosis sumptibus fatigatus, ad nos super iis duxit humiliter recurrendum. Nosque dilecto filio nostro P. Gosio tit. S. Priscæ Presbytero Cardinali, tunc Patriarchæ Constantinopolis. & in Regno Siciliæ Apostolicæ Sedis Nuncio per alias nostras certi tenoris literas commisimus, & dedimus in mandatis, ut postquam perveniret ad partes dicti Regni Siciliæ citra Farum, dictorum Archiepiscopi Ebredunen. & Thesaurarii legitimè habitis super præmissis processibus observatis, in ulteriori præmissorum per se vel alium, seu alios executione procederet, juxta dictarum literarum dictis Archiepiscopo Ebredunen. ejusq; collegis directarum continentiam. Postmodum vero sicut fide digna nobis relatio patefecit dictus Thesaurarius vigore commissionis hujusmodi factæ per Archiepiscopum Ebredunen.

memoratum, procuratorem, & Vicarium ejusdem Petri Episcopi Montis-Marani in corporalem possessionem Ecclesiæ, & Episcopatus Montis-Marani prædecessorum induxit, seu fecit induci, ac deinde illos, qui sua crederent interesse citavit legitimè juxta formam dictarum literarum eisdem Archiepiscopo, suisq; Collegis, ut præmittitur directarum. Cum autem postmodum Petrus de Benincasa Canonicus Eccles. Montis-Marani, & procurator eorundem Capituli nomine contra eundem Petrum Episcopum inter alia proposuisset coram nobis in Consistorio, quod dictus Raymundus Cardinalis, non visis processibus contra ipsum Petrum Episcopum habitis in partibus, præfatam sententiam promulgarat, illamque petiisset propterea revocari, dicto Petro Episcopo contrarium asserente, ac petente dictis Petro de Benincasa, & Capitulo super prædictis objectis perpetuum silentium imponi. Nos de præmissis propositis, & objectis per acta coram præfato Raymundo Cardinali habita plenius informati; quia per informationem hujusmodi præmissa per Petrum de Benincasa proposita & objecta invenimus veritate carere, dictis Petro de Benincasa, & Capitulo Montis-Marani super præmissis perpetuum silentium auctoritate Apostolica de fratrum nostrorum consilio tenore præsentium duximus imponendam. Actum Avenioni in Palatio nostro Apostolico 16. Kal. April. Pontif. nostri an. 6. In E. M. Venerabilibus fratribus Janoen. & Tranen. Archiepiscopis, ac Episcopo Avenionen. salutem. Dudum significante nobis venerab. fratre nostro Petro Episcopo Montis-Marani, &c. usque tenore literarum nostrarum duximus imponendam. Quocirca fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios hujusmodi sententiam executioni debitæ demandantes, illamque ubi & quando expedire videritis solemniter publicantes eundem Petrum Episcopum, vel Vicarium, seu procuratorem suum ejus nomine faciatis eorundem Ecclesiæ, ac Episcopatus pacifica possessione gaudere, sibiq; vel eidem Vicario, seu Procuratori suo de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis ad mensam suam Episcopalem Montis-Maran. spectantibus integre responderi, & à suis subditis obediri humiliter, & intendi; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, contradictores per censuras Ecclesiasticas, &c.

Dat. Avenioni 14. Kal. Aprilis.

VII. 7 Fr. PONTIUS Escandevilla, Ordinis Prædicatorum, successit Petro promotus ab Clemente VI. an. 1345. 5. Id. Junii ex regest. Vatic. epist. 55. ann. 4. pontif. sequenti anno translatus est ad Vicanam Ecclesiam.

VIII. 8 Fr. MARCUS Tranlisen de Fabriano Ordin. Minorum electus 15. Kal. Decemb. 1346. ex eodem reg. Vat. ep. 58. an. 5.

IX. 9 ANDREAS excessit ann. 1349.

X. 10 NICOLAUS de Bisaccia, olim Episcopus Casertanus, hujus sedis constitutus est Episcopus, die ultima Decembris 1350. Petri Beneventani Archiepiscopi Vicarius nominatus in quodam documento an. 1353. die 3. mensis Maii Indict. 8. fato obiit sub Urbano V. anno 1365. ex reg. Vat.

XI. 11 Fr. JACOBUS Castellæ Ord. Minorum successit Nicolao 5. Kal. Decemb. 1365.

XII. 12 AUGUSTINUS promotus à Bonifacio IX. die 4. Feb. 1396. ex lib. Promot.

XIII. 13 AUGUSTINUS hujus Ecclesiæ Præsol obiit anno 1452. An sit idem cum superiori, mihi incertum. („*In Dyptico hujus Ecclesiæ à Labonia* „ *Episcopo in charta hædina reperto hic Augustinus secundus appellatur, & creatus dicitur an.* „ *1413.*)

XIV. 14 Fr. MARINUS de Monopolo Ord. Minorum successit Augustino prid. id. Julii 1452. ut in Actis Consist. Annus, & dies ignorantur. („*Sedit* „ *annos decem ex præfato Dyptico.*)

XV. 15 LADISLAUS mortem obiit anno 1477. („ *creatus an. 1463.*)

16 Fr. AUGUSTINUS de Senis Ordin. Minorum electus Episcopus per obitum Ladislai 9. XVII
Kalen. Febr. 1477. mortuus est anno 1484. ex Actis Consist.

17 Fr. SIMEON de Davidicis Senensis Ord. XVI.
Minor. declaratur Episcopus post Augustini obitum 3. Id. Feb. 1484. Sedit omnino annis tribus, mortem obiit an. 1487. Acta Consistor.

18 Fr. ANTONIUS *a* à Zucchero XVIII
ejusdem Ord. Minor. vir doctus. qui diffusè de Virginis scripsit Conceptione, Theologiæ Magist. Regi Ferdinando charissimus, & ab eleemosynis, deligitur Montis-Marani Episcopus 4. Kal. Febr. 1487. *b* de quo Wadding. Annal. Minor. tom. 7.

a De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 24. *b* 1452. Sedit an. 4. ex Dypt.

19 JULIANUS Ysopus *c* Cathedralem Eccle- XIX.
siam consecrasse ann. 1494. refert chartula reperta in majoris Altaris nova molitione. Sedit usq; ad an. 1516. ac Episcopatui cessit, cum regressu tamen.

c Electus 1492

20 PETRUS JOANNES de Melis electus XX
die 10. Novemb. 1516. nondum quinto mense elapso, nec consecratus, onus remisit 20. Aprilis, factus Episcopus Tiberiadis in partibus infidelium.

21 SEVERUS de Petrutiis adlectus est Præsul XXI.
die 20. April. 1517. & ipse Episcopatu se abdicavit ano. 1520.

22 ANDREAS de Aloysiis Neapolitanus suc- XXII.
cessit die 18. Octob. anno 1520. excessit circa annum Dom. 1528. adhuc Juliano Ysopo superstite, qui ratione regressus iterum hanc recepit Ecclesiam, quam statim ad favorem nepotis resignavit.

23 HIERONYMUS Ysopo, Juliani prædeces- XXIII
soris nepos, ex Canonico Regulari Lateranensi ad hanc Ecclesiam traductus est die 28. Martii 1528. Præfuit ann. 24. moritur anno 1552.

24 Fr. ANTONIUS GASPAR Rodriguez, XXIV
Hispanus, de sancto Michaele nuncupatus, Ord. Minorum Districtioris Observantiæ vir doctissimus, creatus hujus sedis Episcopus die 24. Decemb. 1552. Inter Patres Concilii Tridentini assedit & acutissimi Theologi laudem tulit. Consultissimè hanc pauperem Ecclesiam rexit ann. 18. translatusque est ad Archiepiscopalem sede Lancianensem anno 1570.



25 M. ANTONIUS Alferius, Beneventanus, XXV
ex Archidiacono Metropolit ecclesiæ ad hoc Montis-Marani Sacerdotium evehitur à Pio V. anno 1570. die 20. Maii. Præfuit omnibus gratus anno 24. extinctus anno 1595. Beneventi jacet in Metropolitana hoc epitaphio.

D. O. M.

Marci Antonii Alferii religiosissimi, Montis Marani Episcopi sempiternæ recordationis avunculi Caroli Tricarleni, post Apostolici Protonot. majoris Primiceratus, generalisq; spiritualis Curiæ Vicariatus, atque Auditoratus munera, ad Archidiaconatus dignitatem evecti, & Hieronymi sacræ hujus ædis Canonici fratrum una hic lachrymabiles cineres, ut quos junxit amor, funera dividerent, Vincentii Tricarleni nepotis fratrisque mestissimi pia opera reposuerunt anno ab humanato Deo MDLXXXVIII.

26 SYLVESTER Brocatius *d* de Offida Theo- XXVI
logus, Philosophusq; clarissimus ac Hebraicæ linguæ

d Brancondius.

pe-

A peritus, olim Clementis VIII. dum adolesceret, præceptor, ab eodem in animi grati memoriam hujus Ecclesiæ infulis ornatus est die 8. Januar. 1596. Mortalitatem explevit anno 1603.

XXVII. 27 M. ANTONIUS Genuensis, Neapolitanus Canonicus, celebris Jurisconsultus electus est Antistes die 11. Maii 1603. sedit ann. 8 & ad Iserniensem Ecclesiam translatus est, de quo vide nostrum illius Ecclesiæ Episcoporum catalogum to 6.

XXVIII. 28 Fr. ELEUTHERIUS Albergonus a, Mediolanensis, Ord. sancti Francisci Conventualium, à Paulo V. pronunciatus est hujus sedis Episcopus die 29. Octobris anno 1611. („ *Sedit annos viginti-„ quinque* .)

a De eo Piccinelli in Athen. p. 206. & Vvadding. de Script. Ord. Min. Menot.

XXIX 29 FRANCISCUS ANTONIUS Purpura („ *Neapolitanus*) inter Jurisconsultos celebratissimus, ut opera ab ipso edita testantur, quæ à doctis teruntur quotidie, ac („ *creatus an.* 1636.) laudantur, fuit hujus Ecclesiæ Episcopus. Defunctus vita est ann. 1640. laudatur à Leone Allatio viro clar. in lib. de Patria Homeri.

B

XXX 30 URBANUS Zambottus Bononiensis, Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris Generalis, ab Vrbano VIII. die 21. Maii 1640. ad hanc Ecclesiam promotus, sedit an. 17. Decessit anno 1657.

(„ *Urbanus Zembottus (quem Ughellus hallucinatus Bononiensem scripsit, cum tamen Beneventanus sit, & patritiis ex familiis) Canonicorum Regularium SS. Salvatoris Congregationi ab ineunte ætate nomen dedit. Per omnes bonorum gradus ascendit, ac postremò Abbas Generalis evasit; tandem ab Urbano VIII. anno* 1640. *die* 21. *Maii Montis Marani infula fuit honestatus. Provinciali Concilio Beneventano anno* 1656. *à Cl. mem. Joanne Baptista Foppa Archiepiscopo Metropolita coadunato interfuit, eique cum aliis novem suffraganeis Episcopis subscripsit. Decem, ac septem annos laudabiliter suam rexit Ecclesiam, & anno* 1657. *è vivis excessit, cum prius sacram ædem in templo S. Sophiæ Beneventi pretioso marmore ditasset, at ejus stemmata testabantur, & adhuc etiam testarentur, nisi præfatum templum terræmotu eversum decentiorem in formam antiqua, ac indecenti prorsus exuta munificentissimus Commendatarius Cardinalis Vrsinus Archiepiscopus nuper revocasset. Hoc elogium ex integro mutuati sumus à Pinacotheca Beneventana Clariss. V. Jo. de Nicastro Beneventani Archidiaconi supra ob claritatem generis, omnigenamque scientiam commendati* .)

C

XXXI 31 JOSEPH Battaglia successit Vrbano die 9. Julii 1657.

ADDITIO.

(„ *Joseph Battaglia, parochus in alma urbe, electus anno* 1658. *sedit annos undecim.*

XXXII. „ *Fr. COELESTINUS Labonia, patritius Rossanensis ex Baronibus Campanæ, & Bucchi Servii, Ordinis Excalceatorum S. Augustini, à Clemente X. electus die* 17. *Septembris, consecratus* 22 *Novembris* 1670. *Natus is est Rossani ex nobilissima familia Labonia patre Josepho, matre vero Julia Petra. Puer novem annos natus Neapolim causa studii missus est, ibidemque regias academias frequentans etiam ab illis prætextatis annis grandis sapientiæ specimen dedit. Hinc brevi temporis spatio in pulvere litterario satis versatus meruit à latifundio scientiarum sibi immortalem virtutis lauream adipisci. Ab Innocentio X. in ætate annorum* 13. *constitutus fuit Abbatiæ cum baculo, & mitra insignitis decoratae. Sexdecim natos annos mundi oblectamentis renuncians Deo sancto inspiratione servire cœpit, religionem Excalceatorum S. Augustini ingressus, ubi sanctitatem vitæ, ac morum, quam semper etiam inter avitas suæ domus pompas, ac delicias coluit, spirans, postquam varia religionis munera obiisset, à Clemente X. ad Montis Marani sedem promotus est. Factus Episcopus sanctum laborem ad lucran-*

D

A „ *dat Deo animas nunquam deseruit. Assiduis concionibus senex licet populum in amore summi Dei hortari non destitit. Pluries sedit in Beneventanis Conciliis ab Eminentiss. Ursino celebratis, cui adeò charus, & venerabilis extitit, ut ipso ad diœcesim pergente obviam ei persæpè ire visus sit, venerandumque senem Cœlestinum humiliter amplectens dedignatus non fuerit ab eo petere benedictionem. Quod autem incredibile putaveris, est quod tenuioribus provisus redditibus multa in sponsæ suæ beneficium sit elargitus: nam cathedralem penè collabentem reparavit, palatium Episcopale in commodam reduxit formam, sacrario consuluit optimis, pretiosisque sacris paramentis, speciatim baculo pastorali argenteo, & reliquis vestibus Pontificali usui deservientibus: renovavit altare majus, picturisve egregiis exornavit, chorum item, presbyterium, suggestum, ac organum duplici eboreo ad musicam commodissimè excultum. Supremum imbricum tabulatum novum construi fecit, atque alia munificè præstitit, quæ satis longum esset enumerare. Unum addimus, insignem nempè in pauperibus subveniendis fuisse, adeout pluries grassante caritate annonæ in urbe, ac diœcesi, & deficiente mensæ Episcopalis ære, pro frumento emendo ad illam ab egenis ad se clamantibus propulsandam, quod pretiosius habebat, distraxerit, nummosque in pauperum cibum hilariter converterit. Meritis denique, ac dierum onustus in pace quievit mense Martio* 1720.

B

„ *JO. CHRYSOSTOMUS Verchius, Rossanensis, Ordinis S. Basilii Prior generalis, ad hanc sedem evectus est* 6. *Maii* 1720. XXXIII.

S. AGATHÆ GOTHORUM EPISCOPI.



C

SANCTÆ AGATHÆ Gothorum antiqua civitas inter recentiores in finibus Terræ Laboris inter Neapolim & Beneventum situata est supra rupem, quam torrens aquarum undique ferè circumluit. Gothi illam inhabitarunt, & ab eorum nomine, Gothorum nuncupavere. Primogeniam ejus originem, vel progressus hactenus nullus scriptorum retexuit; fuisse tamen Beneventanorum Coloniam Marinus Frizia scribit, & titulo Comitatus insignitam docent ejusdem Comitum antiquorum plura documenta. Ejus meminit Erchempertus Longobardorum histor ad annum Christi 883. & Fulconi Beneventani Chronicon ann. 1138 dum refert illam obsedisse Rogerium utriusque Siciliæ Regem, & vi captam suæ subjecisse potestati. Parva nunc civitas est, Ducatus tamen titulo clara, bis mille, & eo amplius animas continens. Quemadmodum ejus latet origo, sic qui primus illam Christiana fide illuminaverit, adhuc obscurus est, nisi divinare velimus, illam cum aliis finitimis civitatibus primis illis temporibus lucem Evangelii aspexisse. Episcopatus S. Agathæ à prima

stem patriam convolanti IV. Kal. Augusti MDC. Mater infelix & fratres mœstiss. majora merenti supremum hoc obsequii munus in tanti viri memoriam posuerunt.

Non obiit, sed Marcus abiit, bibiturus abivit.
Magnus ad æthereas Cervius ivit aquas.

Laudatur egregie à Joseph Silos in hist. Cler. Regul. par. 2. p. 43.)

L. 50 FABIUM Arestium Camertem, virum probum, & per aliquot annos variis in civitatibus Proepiscopi munere laudabili fama functum Clemens VIII. ad hanc Lucerinam sedem evexit die 11. Maii 1601. Præfuit ferme octo annos sui indulgentissimus, & sublatus ex hac mortali vita pridie Kalend. Maii 1609. tale, ut fertur, epitaphium tumulo ejus, in Cathedrali insculptum, in quo ejusdem virtutes recensentur.

D. O. M.

Fabio Arestio Patritio Camerti Episcopo Lucerino, viro pietate, animi moderatione & omnium virtutum laude præstanti, qui per multas Pontificiæ ditionis urbes cum innocentia, sapientia, necnon & æquitate moderatus est, per octo annos huic Ecclesiæ præfuit, erga populum sibi commissum pii parentis charitatem, & sedulitatem vigilantissimi Pastoris exhibuit, ac demum summo cum omnium dolore, & pauperum præcipue lachrymis immaturè extinctus est an. sal. MDCIX. prid. Kalen. Maii. Petrus Matthæus Arestius fratri amantissimo & optimè merito PP. Anno Christi MDCX.

Camerti in patria, & Ecclesia sancti Angeli à fratribus, ac nepotibus, quos in vita summe dilexerat, honorario, nobilique funere parentatus, & oratione laudatus, variisque carminibus celebratus, ex quibus hæc non pigebit referre.

Lux erat elucens lucenti lucida luce
Luceria, eluxit cum sibi stella Fabi;
Nunc extincta jacens, mæret sine lumine lucis
Phœbæa veluti lampade luna caret.
Ergo Deum exora, qui totum illuminat Orbem,
Altera lucescat lucida stella tibi.

Aliud Distichon.

Tot stellæ in cœlis Fabii sacra tempora cingunt,
Quot Christi miseris aurea fructa dedit.

LI. 51 LUDOVICUS Magius, Mediolanensis, electus die 29. Aprilis 1609. obiit ann. 1618.

LII. 52 FABRITIUS Suardus Neapolitanus, familia nobili natus, & eruditione clarus, ad hanc Cathedram ascendit die 28. Januarii 1619.

LIII. 53 BRUNORUS Sciamana („ *Interamnas*) electus die 27. Aug. 1637 translatus deinde est ad ecclesiam Caertanam anno 1642.

LIV 54 Fr. THOMAS de Avolos, a Neapolitanus Marchionis Vasti frater germanus, Ordinis Prædicatorum creatus die 24. Martii 1642. Mortem obiit 1643. mense Decembri, in Ecclesia Cathedrali sepultus, inde Vastum delatus in majorum sepulchro.

a De eo Valle in hist. Prædic. p. 215. & Toppius in Bibl. Neapol. p. 294. Mandos.



LV. 55 SYLVESTER de Afflicto Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus antea Episcopus Trivicanus ad hanc ecclesiam translatus die 23. Februarii 1645.

A D D I T I O.

(„ Obiit circa mensem Augustum anni 1661. Laudatur à Josepho Silos in hist. Cleric. Regul. par. 3. p. 226. 289.

JO. BAPTISTA Eustachius, Trojanus, J. V. D. & Cathedralis Lucerinæ Canonicus, præfectus est eidem Ecclesiæ 12. Februarii 1663. Defunctus est anno 1687. LVI.

DOMINICUS Morellus, Collegiatæ Fogiæ, ubi ortum habuit, Ecclesiæ Canonicus, J. U. D. & Episcopi Trojani, mox Cardinalis Ursini tum in Archiepiscopatu Sipontino, quàm Beneventano generalis Vicarius, hac mitra decoratur 17. Maii 1688. mortuus est an. 1715. LVII.

DOMINICUS Maria de Ligurro, nobilis Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, fuerat Theologiæ Lector, & divini verbi præco, cum collegio S. Pauli Neapolitano ordinis sui præfuisset, Lucerinæ Ecclesiæ datur Antistes 10. Januarii 1718.) LVIII

MONTIS-CORBINI

E P I S C O P I.

MONTIS-CORBINI modica civitas in Catapanata Apuliæ sita post annum nostræ salutis ædificata censetur in vita sancti Alberti ejusdem civitatis Episcopi. Quondam illustris fuit, nunc familiis sexaginta habitata. Episcopali dignitate exornata fuit in ipso ejus exordio, & Episcopus suffraganeus Beneventanæ Metropolis extitit, ut in valuis æneis, & Rom. scriptum est Provinciali; sed anno 1433. Vulturariensi annexus Episcopatui, dignitatem episcopalem amisit, tametsi utrarumque Ecclesiarum Præsul, Vulturariensis, & Montis-Corbini Episcopus denominetur. Porrò Episcopi qui Montis-Corbini Ecclesiæ fuerunt, sequentes paucos observavimus ad unionem usque; cæteri descripti sunt infra in Vulturariensium Præsulum serie.

1 BEATUS re, & nomine primus fuit Montis-Corbini Episcopus post annum millesimum salutis nostræ. Memoratur in vita sancti Alberti successoris, defunctus in pervigilio Natalis Domini. I.

2 S ALBERTUS Beato, populo, ac Clero postulante datus est successor, qui cum jejuniis orationibus, bonisque operibus ferventissime inserviret, cæcus evasit, & post multa patrata miracula quievit in Domino Non. April. 1037 in sua Cathedrali sepultus: ejus vitam scripsit Richardus ejus successor, deinde post multa sæcula ex eodem Richardo, aliisque monumentis anno Dom. 1499. conscripsit Alexander Gerardinus Episcopus Vulturariensis, & Montis-Corbini, quam ab ipso autographo hic exhibemus, quod nobis olim bon. me. Onuphrius Gerardinus accommodavit. II.

Ego Alexander Gerardinus Episcopus, omnium Episcoporum, & fidelium Dei minimus, cum Diœcesim meam peragrarem, & superiorum Pontificum majorum meorum vitas colligerem, comperi, sanctissimum Albertum è genere nobili Normandorum vitam agere incultam, quamvis hortatu amplissimi Petri Beneventani Archiepiscopi, Richardus Montis-Corbini Episcopus eam composuerit. Itaque amore magno, quo in magnum Patrem Albertum agor, lucidiori eam stylo conscribere constitui. Quadringentesimo & sexagesimo tertio anno à tempore nostro, cum illustris civitas Montis-Corvini caderetur, fama ubertatis

catis vulgata, ubique plurimæ gentes ad eam incolendam convenere, inter quas cum è Planisio oppido plurimi se conferrent, Joannes Alberti Pater, eò quoque se contulit cum Alberto puerulo quinque annorum. Qui principium capiens ab opere pietatis, ædem Divi Nicolai, quam modo dirutam cernimus, in ipsu Montis-Corvini, & Luceriæ confinio ædificavit: filium vero Albertum disciplinæ literariæ imbuendum cum traderet, divinum videre opus in eo elucere, & cum tamen à primo tempore mulierum commercia evitare, & juventutem, & reliquam ætatem in jejunio, in ornatu templorum, & continuo ad Deum prece occupatam haberet, & communem pauperum patrem se præstaret. Mortuo Beato Episcopo, biduo ante Natalem Domini, Clerus, populus, & Comes qui eo tempore eam provinciam habebat, communi voto Albertum patriæ Pastorem elegere fugientem, & renuentem tale onus subire; verum cum vi cogeretur, noluit ante consecrari, quam templum suum parvum, & incultum ad honorem Dei altum & celebre erigeret. Deinde fama sanctitatis coalescente in dies, Dux Apuliæ, & cæteri proceres ad crimina eorum confitenda certatim cœpere ad eum concurrere, & postremo cum orationibus, jejuniis, assiduo fletu, & magna ante Deum meditatione corpus attenuaret, lumen oculorum amisit. Quo tempore manifesta miracula in eo apparere cœpere. Nam quodam die cum more suo, ante januam Curiæ resideret, tempore æstatis admodum importuno, & quendam transeuntem eo loco sentiret, sciscitatus quis esset, postquam audivit eum esse famulum Iohannis Limi, percunctatus unde veniret, cum ille aquam è fonte efferre diceret, petiit parum aquæ. Quam cùm ille in vase porrigeret, & sanctissimus Albertus ori apponeret, magno Dei mirando, in vinum mutata continuo est. Quare cum Albertus vellet bibere, inquit, Fili mi, cur me decepisti? petebam ego aquam, tu vinum dedisti. Admiratus famulus rem tantam, magno jurejurando affirmavit, se puram solum aquam dedisse ac propterea, cum aquam iterum daret, illa in vinum mutata iterū est. Quo miraculo magnum Alberti nomen esse cœpit. Et paulo post cum Guillelmus Comes Rotelli quendam captivum gravi compede, & duro ergastulo maceraret, nec ille tanto labori sufficeret, nomen Alberti alta voce invocare cœpit. Quem nocte sequenti venientem in somnis, & dicentem vidit; surge & inde abi. Qui cum expergisceretur, & verum videretur imperium illud fuisse, diu obstupuit; deinde altera nocte, cum iterum appareret, cœpit percunctari quis esset, qui respondit, se esse Albertum Montis-Corvini Episcopum, qui ei dicebat ut inde abiret. Quam rem cum ille frustra tentaret, putavit somnium inane esse, & tandem cum tertia nocte accederet, dixit se eo labore adeo fatigatum esse, quod magis non cederet, & inter loquendum inopinato apprehendit, & extra Termulas & locum Monti-Corvino vicinum inter vineas reliquit. Qui manè postea cum Albertum adiret, & in miro genere laudum eum prosequendo gratias ageret, quod sua potentia dure tantùm carcere evasisset, respondit sanctissimus Albertus, ne mihi hoc, fili, adscribe, sed immortali Deo, qui mira potentia erigit elisos; & liberat compeditos. Quæ miracula Lamarchus Beneventanæ sedis Archiepiscopus à Desiderio & Albino, qui veneranda canitie grandævi erant, & ea viderant, audivit, cum more Archiepiscopi Montem-Corvinum visitaret, & ingenti undequaque studio miracula Alberti inquireret. Deinde senio in longum progrediente, ob lumen oculorum amissum eum videre spiritum divinum habere, & futura prædicentem; cum enim Clerus, Populus, & Comes provinciæ ob senium, & cæcitatem gubernatorem ei darent Crescentium Sacerdotem hominem potentem, & scelerum plenum, & ille cuperet vitam Alberti brevem fore, ei Albertus inquit, Crescenti, affirmo tibi te brevi Episcopum fore; verum omnia habiturum adversa in eo munere. Quod quidem miraculo Dei verum fuit postea cum homo impius vitam sanctissimi Alberti pueris amicis, & malis hominibus committeret, dæmonum fraude modo eum per scopulos, & loca aspera montium ducebant, qui frequenter cadebat, modo ingentes voces supra caput senile emittebant, modo calceos, & vestes in ignem jaciebant, sæpe cum magno risu aquam in sanctissimum vultum projicientes dicebant, ò Domine, pluit, tege te magni modo imbres effluunt. Quin etiam cum dormiret in medio Julii, & Augusti calore plures cicadas prope caput sanctissimum ponebant; quæ omnia ille æquissimo animo tolerando Deum orabat, ne ullum malum pro ea re vellet reddere. Verum ultio divina tandem comparuit, & manifesto judicio æterni Dei partim eorum duro exilio, partim crudeli morte, & partim inopia, & duro carcere miserè occubuere. Et cum ultimò Deus eo labore Albertum liberare vellet extemplo totam latè urbem movit fama Alberti morientis. Itaque cum viri, mulieres, & pueri cum ingenti ad eum ploratu concurrerent, proclamare alta voce cœpere, O custos noster, ò publice omnium portus, ò salus, ò defensio, ò publica, ac privata spes patriæ nostræ quid in posterum faciemus? Ecce Pater Alberte, eam quam habemus libertatem te vivente, te modo moriente amittimus. Tunc ille, corpore jam destituto viribus, læto vultu ora populi sui amata quondam benedixit, & eam dicens postremam forte orationem, quam ad populum suum haberet piè & justè vivere docuit, & corpore jam languente iterum benedicens è vita veluti dormiens emigravit Nonis Aprilis millesimo & trigesimo septimo anno ab ortu nostri Redemptoris. Deinde sequenti die cum sanctissimum corpus ingenti omnium fletu ad sepulchrum ferretur, viderunt virgulam fumi cœlum tangentem è corpore mortuo emitti, quæ totum latè aerem suavi odore replebat, & tunc Russus homo comprobatæ fidei, & sanctitatis, qui putabat oculos suos caligasse, fumo jam evanescente una cum sacrificio alta voce gratias agere cœpit immortali Deo, qui mirabilia tantum opera eo tempore aperiret, & paulo post magna languentium corpora tumulum adire, & manifesto Alberti miraculo cum incolumitate redire visa est. Inter cætera subito post excessum ejus fama sancti Viri Basilicam mulierem Alifanam movit ut Montem-Corvinum peteret, quæ biennio apud Alifatem fuerat toto corpore contracta, & nullo membro integra, & cum hospiti aperiret, se in eam urbem accedere cum funali, more consueto, ut sanctum sepulchrum videret, hospes eam rem Episcopo retulit, qui cupiens rem populo gratam facere, primum æterno & immortali Deo gratias egit, qui admiranda eo sæculo opera populis aperiret. Deinde eam mulierem ante sepulchrum adduci fecit; quæ diu & noctu profusis lacrymis oraret, fortè evenit eo die quo miraculum contigit, quod Dominus, & populus civitatis ad publica patriæ negotia obeunda in eo templo convenirent, cum subito mulierem audivere reddentem alta voce laudes & Deo, & Beato Alberto, qui etiam plurimi clarè sensere ossa confracta ad antiquum redire locum membrorum. Qua re tota urbe ad templum procurrente cum ingenti gaudio illa publicè fassa est, divina revelatione ad tumulum venisse. Et paulo post Benedictus quidam è Bicari oppido, quod ad octavum lapidem inde est, cum gravi, & longa ægritudine toto corpore laboraret, & manuum, & pedum jure amisso, linguæ quoque eloquium jam amitteret, ad sanctum templum Alberti se adduci fecit, ubi cum hebdomadam totam frustra orasset, cum magna ira inde recessit, referens Alberti ope omnes gaudere, & se ope immunem recedere, ac eo modo templum Serræ oppidi noctu intravit, ubi cum pernoctaret, sanctissimum Albertum in somnis venientem, & dicentem vidit, Quare frater tristis, & mœrens recedis? cum ea, quæ Dei sunt, in voluntate tua nequaquam sint; Verum surge, hac infirmitate non amplius gravabere. Qui continuò excitatus, se valentem toto corpore reperit. Itaque ad templum Alberti rediens cum ingenti omnium gaudio diu in ea urbe permansit, & eo penè tempore aliud miraculum Richardo episcopo præsente factum est. Cum innumeræ mulierum, & hominum catervæ eò confluerent, & plura quotidie miracula fierent, contigit quandam mulierem nomine Mariam occulto Dei judicio à Dæ-

mone præoccupari. Quæ cum Alberto conjuge suo, & bono nomine, & magno quoque amore vivebat. In tanta re stupebat maritus: mirabantur vicini, dolebant affines, illa verò horribili voce debacchabatur: ora torquebat, dentibus frendebat, pectora pangebat, & lumine torvo unumquemque aspiciens, ora, vestes, & totum corpus lacerabat. Quare maritus cum frustra opem medicorum implorasset, ad sancti Alberti templum devenit, ubi exposita uxore ante sepulchrum, cum crederet eam mitiorem debere fieri, illa iracundior effecta, toto triduo latrans more canum immanes inhumanas voces, inauditos ejulatus, ac horrendos fremitus toto populo stupente emisit. Et postremo cum maritus nullo modo indè discederet; sed omne tempus ibi manere, & sanctam Trinitatem invocare statueret, spiritus impotens in eo amplius subsistere, continuò eam in terram dejecit, ubi ventre, mammillis & toto pectore effecto tumido in immensum spiritum in venenum lividum conversum cum ingenti labore evomit. Quo miraculo Richardus Episcopus & populus constituerunt ad usque nonum diem pro ea orare, discriminata civium portione, qui noctu eam custodirent. Verùm quadam nocte cum paulum dormirent, magna Corvorum multitudo totum templum extemplo adabire cœpit, ac unus ingenti impetu eam arripuit, quam cum è terra elevaret, illi excitati, & stupidi cum magno tandem labore eam liberavere; quare Richardus Episcopus accito Joanne Vulturariæ Episcopo, & homine Venerabili in consilium, cum errorem mulieris compertissent, ei injunxere ut ad sanctum sepulchrum in Orientem traijceret. Quod quidem iter cum magno gaudio illa confecit, & ad templum Alberti reversa, brevi ibi mortua est. Aliud quoque miraculum prætereundum nunc nullo modo est, comprobatum quadam epistola Venerabilis Rai Vulturariæ Episc. venerabili Petro Montis-Corvini Episc. urbis Clero, & populo. Cum Raus à Rogerio Siciliæ Rege gloriosissimo Panormi vocaretur, & è Salerno ad propinqua Balneareæ, quæ propè Farum sunt, loca deveniret, magna orta tempestate nautas rogavit, ut portum Balneareæ intrarent, quam rem cum facere conarentur, vento assurgente, in immensum per media maria rejecti cum ingenti periculo sunt; quare Episcopus longè magis quàm antea motus cœpit publicè polliceri omnia bona, quæ habebat, si terram contingerent, tunc nautæ cum ingenti fletu respondere, se perditos esse, & vento inter occidentem, & septentrionem orto, miraculo quodam, per artissimos scopulos evasere. Deinde per angustias Fari cum corriperentur, nec ullam spem de salute haberent, desperata omni multitudine, cœpit Raus sancti Alberti nomen invocare, & continuò hominem vidit indutum alba veste, honorabili effigie & læto vultu venientem ad se, inquiens, adsum, quem vocas, Albertus ego sum: quare cum Raus ad sanctos pedes ejus volveretur, Albertus eum erigens, Magno, inquit, animo esto Rae fili, portum continuò continges, & magna Dei misericordia inter eundum & redeundum omnia secunda sibi erunt. Et cum hæc dixisset, continuo evanuit. Quare Raus in medium prodiens proclamavit, Vivite animo securo omnes qui hic estis, magna ego miracula vidi, nec ea ad plenum enarrarat, cum Navim videre veluti volantem altissimos montes aquarum superare & portum inopinato intrare, quo miraculo omnes qui in navi erant, coïere in unum, & gratias sanctissimo Alberto innumeras egere. Raus verò rediens è Sicilia, sanctum illico sepulchrum Alberti adivit, exceptus miro gaudio à Clero & populo Montis Corvini. Legimus, quod nequaquam omittendum est, sanctum Albertum, cum supra altare hostiam Christi consecratam teneret, & cum magnis lacrymis oraret, ut sibi significaret, quibus rebus salutem animæ acquirere posset, nec responderet, dixisse, Domine mi, meis è manibus te nunquam dimittam, nisi antea responderis, & eo non respondente, eam conjurasse, quæ tandem respondit: Hæc septem ab eo facienda esse; Primum, si omni die me pascas, hoc est, si amore mei unum obulum quotidie dederis, magis animæ tuæ proderit, & gratum mihi erit, quàm si post mortem unum præberent montem auri pro te, qui è terra Cælum contingeret. Secundo, magis valet unam omni die lacrymam emittere dum vives, quàm si post mortem tot effluerent lacrymæ pro te, quæ unum possent lacum efficere. Tertio satis mihi places, si qualibet nocte à somno delectabili te amovebis, & toto me corde orabis, quæ res animæ tuæ magis conducet, quàm si, te mortuo, decem hominum millia ad bellum pro fide Christi nomine tuo traijcerent. Quartò, mihi magnopere gratum erit, si in re dubia in bonam capiens partem, omnia quæ ab aliis fient, operabunturque, nec ulla emittes murmura è proximo tuo, & cum corriges errantem inter te & ipsum, quod certè magis valebit, quam si septem annorum jejunium in pane & aqua conficeres. Quintum, quod plus omnibus mihi placet, si bono animo gravem omnem offensam inimico tuo remiseris; quod quidem magis animæ tuæ utile erit, quàm si ad sanctum Jacobum Galleciam eundo ad unum quodque milliare campum virgis plenum invenires, quibus eo modo te verberares, ut tuum latè sanguinem in quolibet milliario effunderes. Sextum est, si omni tempore te minorem omni creatura existimaveris, quæ vera hominum humilitas est, magis animæ tuæ proderit, quàm si multa hospitalia pauperum sustentares, & sitientem & famelicam hominum turbam omni die reficeres. Septimò cavebis quoad vives ullum facere judicium animo temerario: quod gratum mihi magis erit, quàm si totas dies in oratione ageres, & omni quoque tempore jejunares, & omnia bona amore Dei dares. Studebis igitur Alberte, si meam cupies gloriam adipisci, hæc animo, & opere adimplere. De eodem sancto Alberto Episcopo Montis Corbini authore eodem Alexandro Gerardino Amerino, Episcopo Vulturarien.

Hymnus ad Vesperas.

Vivet æterno celeber decore,
Vivet & summos superum penates
Nomen Alberti per aperta curret
Sæcula semper.
Templa qui struxit veneranda multum
Omne quæ certè remanent per ævum,
Quo bonam gentes capiunt salutem
Vndique vectæ.
Hic Puer primos fugiens per annos
Cuncta tenenti bona vana sæcli
Vicit immanes laqueos maligni
Vicit & orbem.
Lumine amisso lacrymis refusis
Quas Deus semper tenuit patentes
Cuncta per terras cecinit futura
Ordine miro.
Oea per lympham capiens sacrata
Nempe mutari rutilum repente
Sensit in vinum stupida manente
Vndique turba.
Nocte qui vectus media per altum
Aerem Cœli miserè vocantem
E gravi servum Comitis Rotelli
Compede solvit.
Supplices ergo meritò precemur
Nunc Patrem curvis genibus manentem,
Ut Deum toti populo per orbem
Reddat amicum.

Hymnus de eodem ad Matutinum.

Hic dolos vicit famulus malignos
Qui sibi duram cupiere mortem
Asperos inter scopulos & alta
Per loca montis.
Pertulit voces hominum superbas,
Ut crucem vestes tacereat per ignem,
Ut sibi dulcem raperent quietem
Tempore somni.

Ac aquam in vultum iacerent senilem,
Dicerent ludo nimium proterva
Effluunt magnæ pluviæ sub atra
Undique Cœlo.
Nunc pluit passim Domine, & perennes
Decidunt imbres: operi sacratum
Deprecor vultum, madens cadenti
Ne Pater unda.
In malis motus nihil illa tantis
Semper orabat superum Parentem
Ut malum velles sceleri notando
Reddere nullum.
Nunc decet talem memorare Patrem
Nomen Alberti celebrare sanctum
Qui feros vicit laqueas, malignum
Vicit & orbem.

De eodem ad Laudes Hymnus.

Morte iam sanctâ veniente Patri
Plebs simul currunt, populus, Patresque
At cum postrema subire tandem
Fata tenentem
Plebe, qui visa peramatu quondam
Ora perlustrans benedixit illam,
Inde sedata populi, patrumque
Undique planctu
Viverent sanctè docuit, pieque
Et plagas mundi fugerent caduci
Et Dei summi peterent Tribunal
Pectore tento.
Inde cum dulci veluti sapore
Ore per Cœlum jacuit retento
Heu lusum mundi miseri quieta
Mente relinquens.
Urbe mox tota lacrymante passim
Gentium fletu subeunte Cœlum
Virgulam fumi per aperta cantem
Sidera norunt.
Quæ Patris sancto saliens ab ore
Regis æterni solium petebat,
Quaque divino recreans odore
Aera totum.
Nunc per Albertum moveamus orn,
Nomen Alberti meritò canamus,
Qui solum linquens hominum superna
Regnat in Aula, &c.

III. 3 CRESCENTIUS S. Alberti in Episcopatu Coadjutor, homo malus & iniquus S. Viri persecutor, in malitia sua sepultus, antequam Albertus ex hac mortali vita evocaretur.

IV. 4 RICHARDUS vitæ S. Alberti scriptor, eidem successit anno 1037. quanto tempore hanc administraverit Ecclesiam, obscurum est.

V. 5 DEODATUS Concilio Romano interest ab Nicolao II. celebrato anno 1059.

VI. 6 PETRUS vixit temporibus Rogerii Regis circa annum Domini 1136. de quo mentio in vitam S. Alberti.

VII. 7 ROFRIDUS interfuit Concilio Laterano sub Alexandro III. anno 1179.

VIII. 8 URSUS vivebat anno 1220.

IX. 9 RAUS eidem successit an. 1221. post hunc plures desiderantur Episcopi.

X. 10 ROGERUS florebat an. 1310. ex regest. reg. Neap.

XI. 11 JACOBUS Rector Ecclesiæ S. Petri de Benevento, electus & consecratus hujus ecclesiæ Præsul anno 1343. memoratur in documento Arnaldi Archiepiscopi Beneventani cum in ejusdem Petri locum rectorem Ecclesiæ S. Petri instituisset Capitulum ipsum die 5. Aprilis Ind. 11. defunctus est sub Urbano V ex lib. Prov.

XII. 12 BARTHOLOMÆUS Episcopus hujus Ecclesiæ recognovit sacrum Collegium pro Jacobo decessore die 11. Januarii 1365. ex eodem lib. („*Hunc „Bonomettum appellat, & ex Ord. Prædicatorum „assumptum fuisse affirmat Fontana in Theatro Domin. p. 240.*)

13 Fr. PETRUS Bartholomæo successit, defunctusque est ante annum 1368. („*Hunc quoque „Ordinis Prædic. alumnum fuisse asserit Fontana „loco citato.*) XIII.

14 Fr. CONSTANTINUS Petro successit, pro quo recognovit in lib. obligat. die . . . . an. 1368. XIV.

* 15 THOMAS ex Episcopo Termulano translatus est ad hanc Montis Corbini Ecclesiam an. 1400. XV. *Ex Add. Tom. 8.

16 ANTONIUS Episcopus Montis Corbini translatus est ad Termulanum sacerdotium 6. Id. Decemb. 1400 XVI.

17 Fr. NICOLAUS de Ædio, Ordinis Prædicatorum electus eodem die 6. Id. Decemb. 1402. Hic assecla fuit Gregorii XII. Papæ. & paucis gratus Joanni Dominico Cardinali Ragusino, cujus diplomati Cajetæ subscripsit an. 1412. Diu hanc rexit ecclesiam, ejusque promotio habetur in lib. oblig. & Promot. Prælatorum sub Bonifacio IX. XVII

B 18 ANTONIUS electus est die 27. Septembris 1432. sequenti anno Montis-Corbini Ecclesia perpetuò unita est cum Vulturariensis, ac die 9. Aprilis 1434. harum simul unitarum Ecclesiarum primus evasit episcopus, cujus successores leges in serie Vulturariensium Episcoporum. XVIII

MONTIS-MARRANI

EPISCOPI.

CIVITAS MONTIS MARRANI sita est in Provincia Principatus ulterioris à Metropoli Beneventana milliario juxta montem Terræ clusæ Beneventanæ Diœcesis, quæ vallata est ad plagam
C occidentalem, aperta tamen ex parte Orientali, ubi illi supra montem altissimum, oppidum Cassanum Nuscanæ Diœcesis, Austrum versus spectat oppidum Castri-francorum, & Castrum vetus, ad Septentrionem oppidum Vulturariæ quæ tria Oppida in hujus Episcopatus Diœcesi censentur. Civitas ipsa parva admodum est, & vix ducentis habitata familiis, quarum triginta tres supra centum in Regii fisci codice descriptæ sunt. Domus ferè omnes tegulis opertæ ligneis, scandulæ vulgo appellantur, & ventis validis pro natura regionis crebrò infestantur. Ager verò mediocriter fertilis, nemoribus tamen, totaque hyeme nivibus obsitus, incolæ ferè omnes rustici & pauperes, paucis exceptis civibus, & litteratis. Hanc civitatem haud antiquam fuisse ex eo conjecturari potest, cum nullus auctor de ea loquatur, quòd autem hinc à septingentis annis titulo Episcopalis dignitatis exornata inveniatur, aliquid antiquitatis eidem conferre videtur. Ejus itaque exordium, vel ruina, aut quis eam condi-
D derit, prorsùs ignoratur. Cathedralis Ecclesia titulo Deiparæ Virginis Assumptæ in ipsa Civitate sita est, structura ampla, non modò urbanis populis, sed etiam Diœcesanis aptissima, in tres naves divisa est; quarum laterales multa habent sacella dotata, ex quibus unum Gregorii XIII. concessione privilegiatum ad defunctorum animas liberandas: tectum ejus regulis ligneis constat, pro more regionis, cum sacra turri & sacrario, & in eo locus decens, ubi asservantur aliquæ reliquiæ sancti Joannis episcopi in vasis argenteis. Sub pavimento Ecclesiæ descenditur in cameram subterraneam satis ornatam, & columnis subnixam cum tribus sacellis, & altaribus, ex quibus medium conditum servabat corpus ejusdem sancti Joannis Episcopi. Sacris in hac ecclesia ministrantium numerus exiguus; sunt enim tantum duodecim Canonici, è quibus quinque dignitate eminent, Archidiaconus secundus ab Antistite, Archipresbyter, duo Pri-

mi-

micerii, & Custos bonorum mobilium Ecclesiæ. Hi verò nullam habent præbendam, sed tantùm distributiones quotidianas. Hujus porro Ecclesię consuetudine receptum erat, ut toto anno exceptis diebus officii duplicis, celebraretur officium Beatæ Mariæ, etiam in Choro. Præcipua Ecclesiæ solemnitas 17. die Augusti agitur in honorem sancti Joannis Episcopi, qui dies civitatis, ac Diœcesis festivus est, & in eo quotannis habetur synodus. In civitate hac præter Cathedralem Parochialis Ecclesia nulla est; sed Capitulum animarum curam gerit. Sunt tamen duæ aliæ parvulæ Ecclesiæ exigui admodum census, qui Capitulo attributus est. Virorum aut mulierum Cœnobium nullum, nisi parvus Conventus Franciscanorum extra mœnia. Laicorum sodalitia tria. Diœcesis Montis-Marani tribus oppidis constat, & confines habet Diœceses Beneventanam. Nuscanam. Frequentinam. Lavellinam, & S. Angeli de Lombardis. Oppidorum primum est Castri Francorum duobus P. M distans à Monte-Marano. Alterum oppidum est Castri veteris Venusino Principi subjectum, abest mille pass. à civitate. Tertium oppidum est Vulturariæ quarto à civitate milliario situm. Præter hæc oppida pertinet ad hanc Diœcesim ager ipse. seu districtus civitatis, in quo tres extant Ecclesiæ tenuissimi census. In universum autem in hac Diœcesi nullum extat Monachorum Cœnobium, aut Monialium. Mensæ Episcopalis annuus census est ducat. Regni 600. taxatur in lib. Cancell. Apostol. Flor. 60. Episcopi, qui hanc rexerunt Ecclesiam, hi tantum à nobis observati sunt.

ADDITIO.

(,, *Inter Episcopalium dignitatum sedes, antiquioribus infulis in Principatus Ultra provincia (olim Samnium dicta, ut notat Jo. Vincentius Ciarlantes, alioqui apud novissimos Hirpinorum) fulgentes est, quæ appellitatur Montis Maranensis, in qua paulo brevius sistendum duximus, cum nullus inter Scriptores rerum antiquarum inveniatur Author, qui de ea mentionem etsi levissimam faciat. Hinc ultra ea, quæ ab Ughello cumulata sunt, addenda supersunt pauca ex pluribus mihi à cl. viro Baptista Petra ex patritiis Civitatis Rossani jureconsulto eximio, ac omnium eruditionum genere referto transmissis, cui stimolos ad scribendum dedit, ac calcaria præbuit Illustriss. ac Reverendiss. D. Cœlestinus Labonia prædictæ Civitatis Episcopus anno elapso defunctus.*

,, *Civitas igitur Montis Marani non minùs quàm reliquæ in dicta Provincia Principatus Ultra antiquissima est; resonantque hujusmodi veritatem aliqua monumenta ex ruinis ejus florentissimæ ætatis in tanta temporum, quæ omnium memoriam excludit, diuturnitate, adhuc intra nunc abbreviati districtus septum, per paucolos reliquias apparentia, quibus captivanda necessario est nostra credulitas, authoribus rem tacentibus. Æquè sunt, quæ civitatem in suis primordiis nimis augustam, ingenti populo refertam, & præcelsis ornatam ædificiis prædicant, licet in præsentiarum nimis augusta dignoscatur, & vix 700. incolis frequentata, tenuioribusque casellis culta. Hieronymus enim de Marra, olim Capellanus major Catholicæ majestatis in regno Neapolitano, utilisve dominus hujus civitatis testatur in quodam libello se invenisse in Quinternionibus regiæ Cameræ summariæ Neapolitanæ, quod sæculis retro lapsis frequentissimus populus urbem nostram inhabitasset; imo quod 14. oppidulis, seu casalibus circumdata esset, quæ postea humi obruta fuerunt in communi lue, passa in Regno an. 1500. ac in ejusdem ruinæ ultimo complemento an. 1656. quorum reliquiæ in veteribus quibusdam ædificiis vix vix elucentes nunc supersunt. Et hoc Hieronymi assertum comprobare videntur verba in Vita S. Joannis, quam hic retulit Ughellus, frequentia: Po-*,, puli Maranenses confluebant catervatim ad talem, ac tantum Pastorem suscipiendum: *reliquiæ item mœnium eam sæpientium, prout etiam multarum arcium, quas vulgo* Fortini *appellant, quibus circumdatur. Si quæras autem originem, causamq. nominis scriptę civitatis, ex antiquissima civium traditione dicitur Mons* Maranus, *seu* Marianus *à quodam Cajo Mario, qui fundator urbis eam supra montem construi fecit. Alii rursus eam sic appellatam volunt ex eo quod Ecclesia Cathedralis, qua ornatur, Mariano intactæ Dei Matris in Cœlum Assumptæ titulo sit dedicata. Cæterum urbs peramœna est, omnique herbarum, ac fructuum abundantia pollet; cumque supra montem ad plagam Orientalem per milliaria 18. distans à metropoli Beneventana urbe sita sit, floridissima aurarum spiracula aeris salubritatem, ac ubertatem soli inibi constituunt, itaut ex ea gens erumpat ter robusta, ac nunquam laboris jugo deficiens; prout etiam oviam gregatim sua sola pascentium in omni genere abundantissima conspicitur; indeque latticinia exquisitissimi saporis, & grata pinguedine referta, delicatæque carnes speciatim in ejus tenimentis conspiciantur.*

,, *Tempus autem, quo Episcopatus præeminentia hæc urbs decorata fuerit, ignoratur. Constat equidem S. Joannem, à quo incipit hanc seriem Ughellus, non fuisse primum hujus sedis Antistitem, cum in prænunciata S. Joannis vita hæc legantur:* Contigit autem, ut iis temporibus Maranensis Ecclesia proprio careret Pastore. *Idcoque cum tempore Gregorii VII. (floruit hic an. repar. salutis 1073.) in personam prædicti S. Joannis narretur facta electio ad hanc Cathedram ob defectum proprii pastoris, sequitur multa antea fuisse Episcopali dignitate insignitam hanc Ecclesiam. Ejus Cathedralis est speciosissima, ac æque amplissima, tribusque alis distinguitur, quarum una cum cruce emicat; duplici ex parte columnarum fulcro magnificentissimè ornatur; amplo item nobilique presbyterio, choro, ac capellis, larga sed divisi cavitate speciosis, subterraneo corporum receptaculo, binis lapideis hic illicque à latere perquam commodis ditato scalis (vocant cathacumbam, vulgo* Subcorpo) *non destituitur: campanis tribus amplis, ac resonantibus, congruaque ad eas turri fulget ex pia, & larga reparatione Præsulis de Albergone, cujus tempore inventa est arca plumbea, in qua Ecclesiam Maranensem consecrationis insignia habuisse an. 1494. ab Episcopo Juliano Tsopo compertum est. Sed hujus templi pulchritudo specificè habetur ex ornatu cujusdam capellæ, quæ spatiosa, ac eleganti cavitate exculta non parvam spirat magnificentiam. Est autem à latere Evangelii aræ maximæ, ejusque altare licet olim soli Angelorum cultui sacrum esset, in præsentiarum tamen arcam novi testamenti, cibum inquam Eucharisticum servat, opera, & munificentia Præsulis de Labonia nuper extructi. Dictum altare quota die perenni, ac largo indulgentiarum thesauro ditatum est à Gregorio XIII. prædicta autem Capella olim erat de jure patronatus Dominorum illustris familiæ de Marra, civitatis qui erant utiles Domini. Capitulum hujus principis templi constat 12. Canonicis, inter quos quatuor solummodo dignitates, nempe Archidiaconus, Archipresbyter, & duo Primicerii, qui omnes eidem ad majorem Dei gloriam, prout etiam illibatissimæ Virginis Mariæ omni, qua decet, assiduitate, pompa, ac Gregoriani cantus peritia concorditer serviunt. De proventibus mensæ Episcopalis tacendum potiùs, cum in communi urbis excidio etiam hi notabilem passi fuerint diminutionem, adeout hodie tenues admodùm sint, & ad Præsulis substentationem vix sufficientes; nec cæterum ampla stipatur diœcesi: nam collapsis dictis 18. Casalibus, sedes Episcopalis trino tantum, nec longius senio locorum tenimento soffraganeorum authorata remansit, scilicet arcis veteris,*

Ca-

Castri Franci, & Vulturariæ. Venerabilem sanctitatem spirat Ecclesia ob insignes Sanctorum reliquias, quæ in ea asservantur; notabiles sunt pars brachii sancti Sebastiani M. ossea pars sancti Antonii Abbatis, Dens integer sancti Petri Apostolorum principis, alii duo dentes sanctæ Apolloniæ Virginis, & Martyris, Os sancti Marci Evangelistæ, sancti Paulini Episcopi Nolani, sancti Viti Mart. sancti Caroli Borromæi, aliaque innumera, sed minuta, quæ satis longum esset enumerare. Inter reliquas autem summa veneratione habentur à civibus sacra lipsana sancti Joannis ubis Episcopi, cujus caput in crate argentea antiquo, sed pulchro delineamento insculpta, reliquum verò corpus in ara eidem speciali voto dicata intra prædictæ Cathedralis catacumbam, ubi in arca plumbea an. 1604. illud reposuerat Episcopus Genuensis. Sed inde alius Præsul successor, scilicet Albergonus construi pulcherrimum reliquiarium curavit ex materia lignonucea, auro opulenter interjecto, picturis, figuris, aliisque divitibus ornamentis excultum. In quo reliquiario postquam repositæ essent multæ sanctorum reliquiæ, educta tandem è prædicta Catacumba dicta arca plumbea, solemni translatione sacra Joannis ossa recondita sunt, postquam 18. annor. circulo humo fuissent sepulta. Est autem speciali admiratione dignum, quod unum prædictorum ossium sanguine quasi de recenti circumfusum usque ad præsens aspiciatur. Cujus circumfusionis ex antiquissima urbis traditione hæc causa redditur: scilicet evenisse, ut cum impius quippiam cujusdam partis sacri ossis furtum tentaret, sanguis inde miraculosè emanavit, atque in prodigii testimonium macula sanguinea deinde veluti in osse insculpta remanserit; In dicta autem plumbea arca è catacumba infima noviter educta repertæ sunt inter ossa sancti Joannis, quatuor soleæ coriaceæ, gremiale pontificium, aliquot mappæ, lintea, ac vela, in quibus quædam anonyma reliquiæ erant involutæ, quæ omnia non sine miraculo post tot sæcula ad hunc diem incorrupta servantur. Solent autem cives in crudelibus procellis, aliisque necessitatibus, quæ magis nebem premunt, brachium dicti Sancti Præsulis è reliquiario educere, & à Sacerdote stola induto, luminibusque accensis deferri ante portam Ecclesiæ; de repente aeris feritas mansuescit, cessant grandines, & cives, quod postulant, assequuntur. Inter alia denique memorabilia prædicti sancti Joannis ejus sedes, seu Cathedra Episcopalis asservatur, ex ligno, cujus materia non cognoscitur, extructa, sine clavis contenta, sed pulcherrimo magisterio antiquaque sculptura pulchre efformata. Hæc autem intacta, & incorrupta adhuc manet, licet variè, mirumque in modum ob innumeras translationes, quas de loco ad locum passa est, fuerit dirupta. Novissimè autem à prædicto Episcopo Albergono in loco eminenti è regione altaris sancto Præsuli speciali capella sacro reposita fuit, ut sic communi cultu, ac obsequio quo decet, possit ab omnibus civibus commodiùs venerari.)

I. 1 S. JOANNES Benedictini Ordinis Monachus, Gregorio VII. Pontifice Salerni existente, Episcopus Montis-Marani, jussu ejusdem à Beneventano Archiepiscopo consecratur. Præfuit sanctissimè, ac multis miraculis clarus obdormivit in Domino die 17. Augusti, & in Cathedrali humatur, ubi veluti civitatis Patronus piè colitur. Acta ejusdem in hœdino codice conscripta extabant, sed casu concremato sacrario unà cum monumentis ejusdem Ecclesiæ & ipsa concremata sunt; ex iis tamen duæ integræ hœdinæ paginæ, non sine miraculo remanserunt illæsæ, quæ in sacrario custodiuntur; continent enim partem S. Episcopi vitæ, rudi stylo, ac simplici conscriptæ ut sequitur.

Contigit autem, ut his temporibus Maranensis Ecclesia proprio careret Pastore, & cum fama tanti Viri crevisset, placuit Maranensi Clero, Populo, & Domino, ut tantus, ac talis vir ad eorum Ecclesiam regendam pastor eis daretur: accepto autem consilio à Papa Gregorio, qui tunc Salerni aderat, ad talem sibi Pastorem perquirendum, honorificè Legatos miserunt, quos prædictus Papa benignè suscipiens, præcepit, ut ibidem manerent, donec de persona repetita inquireret, si ad tantum culmen conscendendum honestæ esset; sed benignus Monachus, columbina simplicitate, ut solitus erat; pedes Apostolicos deosculans, ne tantum onus sibi imponeret, indesinenter deprecabat. Qui Apostolicus blandè respondens ait. Oportet nos fili, pro fratribus nostris multa pati, & sicut Dominus noster proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit, & voluit immolari; ita & de hoc à nobis non est tibi parcendum, quia melius est ut lampadi assimileris, ut tibi amore divino ardeas, & aliis luceas, quam ut carboni assimileris, qui sibi ardet, & aliis non lucet. Reminisci etiam debes, quid Beato Petro Dominus ipse dixerit. Si diligis me, pasce oves meas; Hoc præceptum, frater, nostrum est, si Dominum diligimus, pascimus ejus oves, quod si non facimus, videmur Dominum non diligere. Unde ex parte Domini tibi præcipio, ut jugum ejus diligentissime suscipias. Videns autem Joan. se humiliter conclusum, & tanto præcepto contradicere non posse, omni suæ charitati se commendavit. Tunc Papa lætus effectus, Beneventano Archiepiscopo misit quendam Cardinalium, ut præfatum Joannem pro Maranensi Eccl. Episcopum consecraret, rogans, atque præcipiens, ut eum benignè coleret, & suis amicis copularet, quod Archiepiscopus hilari animo adimplevit. Prænominatum Joannem honorificè susceptum, & voluntate, & requisitione totius Populi Maranensis eum elegit, & consecravit. Tunc Montis-Marani Episc. factus sanctus Joannes venit catervis clericorum, & laicorum stipatus, sed uterq; populus virorum, ac mulierum catervatim fluunt, tantum Patrem ad suscipiendum. Eodem anno quandam Ecclesiam vocabulo S. Laurentii, quæ intus eandem civitatem sita est, prædictus vir Dei, de precatu Dominorum præfatæ civitatis dedicavit, in qua Sacerdotem, quem ipsi expetierant, ejusdem Ecclesiæ in obsequium constituit. Sed invidus bonorum Diabolus, qui semper sanctæ Ecclesiæ obest, prædictum sacerdotem suo amore exarsit intantum, quod super ipsam Ecclesiam, idest in camera ejusdem Ecclesiæ quadam cum ganea concubuit. Mirum in modum, & ultra modum mirabile! confestim tota Ecclesia illa vermibus ita plena erat, ut non valeret aliquis per eandem Ecclesiam incedere, nisi super vermes, quod incolæ loci illius Domino Episcopo Joanni studuerunt enarrare. Tandem Dominus Episcopus ibidem venit, & factum quod vidit, ingemuit; sed conversus ante Crucem prolixiùs oravit; postquam orationem complevit, conversus ad clerum, & ad populum circumstantem dixit: Omnes vos Domini misericordiam implorate unà nobiscum, quatenus sua clementia, ad quod hoc signum mirabile factum est, nobis suis famulis ostendere dignetur de ejus misericordia propter quod signum istud ostensum est, cujus preces diutiùs exaudita, perpetratum crimen citiùs manifestatum est, & confestim devenit Presbyter ille, & à sancto Præsule perquisitus, quod fecerat, nequivit celare crimen, sed coram omnibus confessus est quid, & qualiter evenerit; undè nimium Præsul mœstus de tanto crimine tam verecundanter facto Presbyteri, illum à Sacerdotio suspendit, præcipiens et jejunia cum injuncta eleemosyna. Tempore, quo vir Dei Præsul Joannes Maranensem gubernavit Ecclesiam, non solum de cœlestibus, verum etiam de terrenis ad Ecclesiæ incrementum pertinentibus indesinenter ac studiosè curam gerebat. Quadam die pro ejusdem ecclesiæ opere juxta flumen Caloris cum plurimos secum haberet viros, de quibus alios ad incidendum ligna, alios ad evellendum cespites consti-

tali. Erat autem nemoris densitas, ubi hæc agebantur, non longè à sancti Potiti, quam funditus extirpare cupiebat, ut ager ibi efficeretur, unde compendium habere posset, de quo pauperibus erogaret. Contigit autem eo die ut plurimi ex Castello Bajani illuc advenirent, qui ad peragendum illud opus eum adjuvarent. Et cum plures ibidem devenirent, videntes Dei famulum propriis manibus laborem alacriter gerere, protinus initiebant cum eo in opere viriliter agere, & condensa fruteta, ac scabiosas radiciaes radicitus evellere. Et cum multi ad laborandum cum eo ibi adessent, accidit, ut eo die vinum ei deficeret. Erat autem tunc temporis in patria illa magna inopia vini, sed quoniam laborantium membra naturaliter oporteret refocillari, cum jam hora iterum sumendi appropinquaret, affuit minister ejus dicens; Domine omnino vino caremus. Tunc sanctus quendam suum ministrum Eustachium nomine accersiri fecit, quem Montem Maranum celeriter ire jussit, & Casalia petere, ut si ad emendum, vel quo modo vinum invenire potuisset, quam citius veniret, & secū deferret. Qui cum pergeret, & quod quæsierat minimè inveniret, tandem sine vino minister ad Virum Dei reversus, qualiter quæsierat, & invenire nequiverat coram omnibus ei denunciavit. Tunc sanctus gratia Dei ut erat repletus, ait ad eos, etsi viteus humor nobis non est, adsit nobis sancti Spiritus gratia, qui corda suorum famulantium suo semper amore irrigat, & affluenter lætificat; potens est enim ipse suis famulis in ejus mandatis, & opere consistentibus gratiam & lætitiam concedere. Tunc juxta fluminis ripam præcipit homines discumbere, & mox hilari, ut erat, aspectu, ac simplici corde, spem habens in Deum, cuidam suo ministro præcepit dicens; Affer nobis languellam aquæ fluminis, ut operariis Ecclesiæ ad potandum distribuamus. Confestim minister, cunctis videntibus, hausta aqua fluminis duxit eam Viro Dei. Sed Omnipotens Deus, qui ubique præsens est, & suos semper exaudit, qui Moysen in eremo, cum populus perstreperet, non clamantem, sed silentem exaudivit, ipse vota sui famuli prænoscens, ac volens eum hominibus in mundo innotescere, quanti meriti sit potens apud Deum, ea quæ non voce, sed corde & mente poscebat, non diu differre distulit, sed citius ei concessit: non enim verba, sed desideria puri cordis faciunt voce apud piissimas ac sacratissimas aures Dei. Hinc est quod vir Dei Præsul Joannes sperans in Domino, hoc quod puro corde, & humili mente, non loquendo, sed tacendo postulabat, meruit illicò divinitus obtinere; cum aqua ducta fuisset, mox ut eam Sanctus benedixit, & ad potandum discumbentibus tribuit, aqua ipsa mirifice in vinum mutata est. Continuò autem dum, non aquæ, sed vini saporem gustare cœpissent, inter se hoc valdè mirantes, ac de tanto miraculo nimis stupefacti, præ nimio gaudio surgentes à mensa, prostraverunt se ad pedes sancti cum lacrymis dicentes: Sancte vir Dei ora pro nobis, vidimus enim atque cognovimus magnum mirabile hodie, quod tuis sanctis meritis penitus factum esse credimus. Quod cum Sanctus cur hoc fecerant, didicisset, ait ad eos: Viri fratres & filii oportet nos Deum laudare, & nostris pro delictis digna satisfactione misericordiam & indulgentiam ab eo postulare, qui nobis hodie tanta beneficia dignatus est impendere, credo equidem in vobis ipse manere, qui olim suis discipulis dixit: Ego sum vitis vera, & vos palmites, qui manet in me, & ego in eo; ipse autem omnipotens videns charitatem vestram & opera, & fidem, & quomodo ad honorem sui, & matris Ecclesiæ commodum fideliter operati estis, noluit vos sui amoris gratia inanes effici, sed repleri. Unde hoc quod inter vos cernitis factum, non meis meritis, sed pro vobis ideo credite factum, ut amodo & semper in ejus mandatis firmiter, atq; securius permaneatis. Rogo autem vos, atque præcipio, ut usque dum hac vita fruor, hoc quod pro vestris beneficiis vobis Deus præstitit, ne cuiquam pandere curetis. Qui ejus monitis, ac precibus consentientes, donec vixit, nemini dixerunt. Prædictus autem vir Dei Præsul Joannes vitæ hujus cursum feliciter decurrens, quemadmodum subsequens sermo declarabit, non multò post debitam carnis persolvens, à præsenti sæculo migravit ad Dominum. Viri itaque illi, post ejus obitum, quod gestum est, fideliter enarrare studuerunt. Nos verò ad laudem æterni ac Salvatoris nostri Dei, qui sancti hujus Præsulis meritis, ejus temporibus talia dignatus est operari, & ad roborandum fidelium mentes, hoc quod à fidelibus nobis relatum est, dignum scribere duximus. Nunc autem Sancti hujus imploremus clementiam, ut pro nostrorum delictorum remissione non differat nobis conferre subsidium apud eum, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen. Ex iis, quæ hic de Joanne narrantur, habetur ante hunc sanctum Episcopum, Montis-Marani Ecclesiam plures habuisse Antistites, quorum nomina interciderunt, quemadmodum & alia successorum nobis incomperta sunt.

2 JOANNES Concilio Lateranensi sub Alexandro III. celebrato interfuit an. 1179. II.

3 RUFFINUS a hujus sedis Episcopus ad Castrensem Ecclesiam provinciæ Hydruntinæ translatus est à Bonifacio VIII. an. 1296. 5. Id. Aug. Pont. 2. & ep. 460. fol. 108. reg. Vat. III.

a Hunc Dominicanum dicit Fontana in Theatro Dom. p. 140

4 PETRUS florebat anno 1329 cujus meminit Regium Regestrum Neapolitanum. IV.

5 BARBATUS obiit Joanne XXII. sedente. V.

6 PETRUS electus à saniori parte Capituli, & confirmatus, consecratusque, diu ab adversariis exagitatus litigiis, tandem sub Benedicto XII. pacificè hanc rexit, & administravit Ecclesiam, deinde ann. 1345. translatus est ad Deuconariensem Ecclesiam. Dabimus hic Benedicti Papæ diploma ad favorem ejusdem Petri scriptum anno 1340. ex regest. Vatic. ep. 70. ann. 6. pontif. ubi totus electionis suæ modus, lites, & confirmatio recensentur. VI.

B E N E D I C T U S
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dudum siquidem significante nobis Venerabili fratre nostro Petro Episcopo Montis-Marani, quod olim vacante Ecclesia Montis-Maranen. per obitum bon. mem. Barbati Episcopi Montis-Marani idem Petrus in Episcopum ejusdem Ecclesiæ canonicè fuerat electus, & tam confirmationis, quàm consecrationis munus auctoritate bon. mem. Monaldi Archiepiscopi Beneventani, Metropolitani loci extiterat assecutus, & bonorum ejusdem Ecclesiæ possessionem adeptus, & tandem ipso hujusmodi possessione per violentiam spoliato, felicis record. Joannes Papa XXII. prædecessor noster ad instantiam quondam Angeli Audini asserentis se Canonicum ejusdem Ecclesiæ, & etiam coelectum, & quorundam aliorum, qui se Canonicos, & totum Capitulum ipsius Eccl. fore minus veraciter, dictumq; Petrum electum fuisse à quibusdam non veris Canonicis asserebant, seque à confirmatione ejusdem Petri, & infirmatione electionis prædicti Angeli ad sedem Apostolicam appellasse Venerabili fratri nostro Arnaldo Archiepiscopo Benevent. tunc Abbati Monasterii S. Sophiæ Beneventano, eique proprio nomine non expresso commiserat, & dederat suis litteris in mandatis, ut vocatis qui forent evocandi de modo electionum hujusmodi, & conditionibus eligentium, an videlicet Canonici fuissent, & vocem in electione habuissent, qui ad electiones hujusmodi processerant, & meritis electorum diligentius inquireret veritatem, & illam ex eis, quam canonicam inveniret, & de persona idonea canonicè celebratam auctoritate Apost. confirmaret, reliqua, & omnibus quæ fuissent ex illa secuta, sicut justum foret, cassatis, seu cassis, & irritis pronunciatis, quandoq; dicto Abbate in dicta causa procedente, ac demum dilecto filio Magistro Galbardo de Carceribus nunc Proposito Ecclesiæ Titulen. Colocen. Diœc. nunc Thesaurario Sedis Apostolicæ in civitate Beneventana committente super hoc vices suas idem Petrus Episcopus ab eodem Subdelegato ad sedem eandem ex certis causis ra-

tio-

tionabilibus appellarat, ac hujusmodi appellationis, seu appellationum negotium idem praedec. bon. mem. Raymundo tit. S. Eusebii Presbytero Cardinali audiendum commiserat, & fine debito terminandum, qui procedens in eo legitimè interloquendo pronunciaverat causam hujusmodi ad dictam sedem devolutam fuisse, & apud eam tractari, & finiri debere, ac subsequenter etiam interlocutus fuerat, eosdem Angelum coelectum, & electores ejus tempore constitutionis fel. recor. Nicolai Papae III. praedecessoris nostri, quae incipit, Cupientes, in veniendo ad dictam Curiam non servasse, ac in pœnas Constitutionis ejusdem propterea incidisse, & demum sententialiter diffiniverat appellationes ejusdem Petri Episcopi justas, & ejusdem, ... delegati processum nullum fuisse, & esse, dictumque processum quatenus de facto habitus fuerat, cassaverat, & etiam revocarat, & quod nos praedictam sententiam, quae nulla appellatione suspensa in rem transierat judicatam provide latam ratam habentes & gratam, venerabilibus fratribus nostris Patriarchae Graden. & Archiepiscopo Beneventano, ac Episcopo Cajatien. nostris dederamus literis in mandatis, ut ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praed. sententiam executioni debitae demandarent; contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, quodque dicti Patriarcha, Archiepiscopus, & Episcopus juxta earundem literarum formam in executione hujusmodi processerant, dictusque Patriarcha, & Subdelegati dictorum Patriarchae, & Episcopi Cajatien. successivè in contradictores quoslibet, & rebelles excommunicationis sententiam promulgarant & processus super hoc per eos habiti fuerant in partibus publicati, & quod praefati Electores ejusdem Angeli coelecti jam defuncti recusarant expressè parere sententiae, ac confirmationi, & executioni, ac processibus supradictis, nec permiserant eundem Petrum Episcopum assequi possessionem Episcopatus praedicti denunciati fuerant publicè praefatam excommunicationis sententiam incurrisse, dictoq; Episc. ad possessionem ejusdem suae Ecclesiae non admisso, sed dictis electoribus ejusdem Angeli, ejusdem Petri Episc. adversarii eam detinentibus violenter. Tandem pro parte dictor. adversariorum veraciter exposito coram nobis, quod ipsi ab eisdem executoribus per ejusdem praedecessoribus, ut dicebant, literas deputatis, quamvis non per ipsius praedecessoris, sed per nostras literas iidem executores deputati fuissent, ad eandem sedem duxerant appellandum, & quod idem Petrus Episc. non servaverat tempore Constitutionis ejusdem in veniendo ad Romanam Curiam primae appellationis eorum tempore, & dicebant ad eundem Arnaldum Archiepisc. Beneventanum, & quondam Huganem Rochas Thesaurarium nostrum in dicta civitate Benevent. nostras obtinuisse dicebantur literas, per quas eisdem inter alia mandabatur, ut vocatis, qui forent evocandi, de praedictis nobis expositis se diligentius informarent, & quaecunque super iis invenirent, in scriptis redacta nobis sub sigillis eorum curarent quantocyus destinare, tacito in eisdem literis per dictos adversarios ejusdem Petri Episc. ultimò impetratis, quod idem Card. pronunciaverat, ut praemittitur causam hujusmodi fuisse ad sedem Apost. devolutam, & apud eam tractari, & finiri debere, dictosq; Angelum, & electores ipsius tempora dictae Constitutionis in veniendo ad Romanam Curiam non servasse, ac ipsos in ejusdem Constitutionis pœnas propterea incidisse, quandoq; dictis Archiepiscopo, & Thesaurario in causa hujusmodi ad citationem procedentibus idem Petrus Episc. contra eundem Archiepiscopum proposuerat, quod eum habuerat ea ratione suspectum, quod olim eo tempore, quo ipse praefati Monasterii S. Sophiae erat Abbas, & super causa hujusmodi certo modo, ut praemittitur, per literas praedecessoris ejusdem, Judex fuerat deputatus, eundem Petrum Episcopum gravaverat manifestò, & quod propter hoc, & alias justas causas tanquam suspectum recusaverat eundem, dictusque Archiepiscopus suspiciones hujusmodi, & alias ipsius Episcopi exceptiones legitimas contra dictas literas per dictos adversarios

A *ejus obtentas, per quas dictae literae surreptitiae apparebant, ac etiam quas contra dictorum adversariorum personas objecerat coram dicto Archiepiscopo propositas, non admiserat; sed sibi atrociter comminando gravaverat eundem, propter quae idem Episcopus ad sedem appellarat eandem, se ad dictam sedem personaliter conferendo, dictoque Petro Episcopo nobis humili supplicatione, ut sibi, sic spoliato, & indebitè vexato providere super hoc de opportuno remedio, ipsumque ad possessionem Ecclesiae, & Episcopatus sui Montis-Marani reintegrari & restitui mandaremus. Nos attendentes quod propter appellationes, & oppositiones hujusmodi, ex quibus multi anfractus, & intricationes litium processerant, praedicta Ecclesia, & electores, & populus civitatis, & Dioecesis Montis-Marani per plurium annorum curricula proprii Pastoris regimini caruerant, in ejusdem Eccl. grave dispendium, & multorum periculum animarum, & propterea cupientes ipsius Eccl. commodis, dictarumque animarum saluti, ac etiam ejusdem Petri in Episcopum ad eandem Ecclesiam consecrati opportunè* B *necessitatibus providere, venerabilibus fratribus nostris Ebredunen. Archiepiscopo, & N.sean & Marsicen. Episcopis commisimus & dedimus per nostras literas in mandatis, ut ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, eundem Petrum Episcopum, vel procuratorem suum ejus nomine, in corporalem possessionem Ecclesiae & Episcopatus praedecessorum auctoritate nostra inducerent, & inventum inductum, contradictione cujuslibet non obstante, invocato ad hoc, si opus foret, auxilio brachii saecularis. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Si qui autem forent qui sua crederent interesse, quique contra dictum Petrum Episcopum, non in modum exceptionis, ad impediendum electionis, confirmationis, & consecrationis ejus effectum; sed in modum denunciationis, vel acquisitionis aliquid vellent proponere eis postquam idem Petrus Episcopus pacificam dictarum Ecclesiae & Episcopatus possessionem foret adeptus, proponendi licentiam non duximus denegandam; quin imò volumus, dictisq;* C *Archiepiscopo, & Nusean. ac Marsicen. Episcopis per easdem literas dedimus in mandatis, quod post pacificam per eundem Petrum Episcopum ejusdem Episcopatus possessionem obtentam, eosdem volentes in modum denunciationis, vel accusationis aliquid proponere contra eum peremptoriè ex parte nostra citare curarent, ut infra certum terminum post citationem hujusmodi Apostolico conspectui se personaliter praesentarent, si sua crederent interesse proposita, quae vellent proponere contra ipsum, prout in literis nostris, factisque per eum processibus debitis, & etiam consuetis ulteriorem executionem eorum dilecto filio Guillelmo de sancto Paulo Clerico Thesaurario Romanae Eccl. tunc in civitate nostra Benevent. commisisset, idemque Thesaurarius juxta dictarum literarum nostrarum & commissionis super iis sibi factae per dictum Archiepiscopum Ebredunen. continentiam procedere intenderet humiliter, & devotè; propter resistentiam tamen praefati Archiepiscopi Benevent. prae-* D *fatas literas nostras, & processus per dictum Archiepiscopum Ebredunen. supra iis rationabiliter habitas non potuit executioni mandare, propter quod praefatus Episc. Montis-Marani longis laboribus, & onerosis sumptibus fatigatus, ad nos super iis duxit humiliter recurrendum. Nosque dilecto filio nostro P. Gofio tit. S. Priscae Presbytero Cardinali, tunc Patriarchae Constantinopolit. & in Regno Siciliae Apostolicae Sedis Nuncio per alias nostras certi tenoris literas commisimus, & dedimus in mandatis, ut postquam perveniret ad partes dicti Regni Siciliae citra Farum, dictorum Archiepiscopi Ebredunen. & Thesaurarii legitimè habitis super praemissis processibus observatis, in ulteriori praemissorum per se vel alium, seu alios executione procederet, juxta dictarum literarum dictis Archiepiscopo Ebredunen. ejusq; collegis directarum continentiam. Postmodum vero sicut fide digna nobis relatio patefecit dictus Thesaurarius vigore commissionis hujusmodi factae per Archiepiscopum Ebredunen.*

memoratum, procuratorem, & Vicarium ejusdem Petri Episcopi Montis-Marani in corporalem possessionem Ecclesiæ, & Episcopatus Montis-Marani prædecessorum induxit, seu fecit induci, ac deinde illos, qui sua crederent interesse citavit legitimè juxta formam dictarum literarum eisdem Archiepiscopo, suisq; Collegis, ut præmittitur directarum. Cum autem postmodum Petrus de Benincasa Canonicus Eccles. Montis-Marani, & procurator eorundem Capituli nomine contra eundem Petrum Episcopum inter alia proposuisset coram nobis in Consistorio, quod dictus Raymundus Cardinalis, non visis processibus contra ipsum Petrum Episcopum habitis in partibus, præfatam sententiam promulgarat, illamque petiisset propterea revocari, dicto Petro Episcopo contrarium asserente, ac petente dictis Petro de Benincasa, & Capitulo super prædictis objectis perpetuum silentium imponi. Nos de præmissis propositis, & objectis per acta coram præfato Raymundo Cardinali habita plenius informati; quia per informationem hujusmodi præmissa per Petrum de Benincasa proposita & objecta invenimus veritate carere, dictis Petro de Benincasa, & Capitulo Montis-Marani super præmissis perpetuum silentium auctoritate Apostolica de fratrum nostrorum consilio tenore præsentium duximus imponendam. Actum Avenioni in Palatio nostro Apostolico 16. Kal. April. Pontif. nostri an. 6. In E. M. Venerabilibus fratribus Januen. & Tranen. Archiepiscopis, ac Episcopo Avenionen. salutem. Dudum significante nobis venerab. fratre nostro Petro Episcopo Montis-Marani, &c. usque tenore literarum nostrarum duximus imponendum. Quocirca fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios hujusmodi sententiam executioni debitæ demandantes, illamque ubi & quando expedire videritis solemniter publicantes eundem Petrum Episcopum, vel Vicarium, seu procuratorem suum ejus nomine faciatis eorundem Ecclesiæ, ac Episcopatus pacifica possessione gaudere, sibiq; vel eidem Vicario, seu Procuratori suo de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis ad mensam suam Episcopalem Montis-Marani. spectantibus integre responderi, & à suis subditis obediri humiliter, & intendi; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, contradictores per censuras Ecclesiasticas, &c.

Dat. Avenioni 14. Kal. Aprilis.

VII. 7 Fr. PONTIUS Escandevilla, Ordinis Prædicatorum, successit Petro promotus ab Clemente VI. an. 1345. 5. Id. Junii ex regest. Vatic. epist. 51. ann. 4. pontif. sequenti anno translatus est ad Vicanam Ecclesiam.

VIII. 8 Fr. MARCUS Tranlisco de Fabriano Ordin. Minorum electus 15. Kal. Decemb. 1346. ex eodem reg. Vat. ep. 58. an. 5.

IX. 9 ANDREAS excessit ann. 1349.

X. 10 NICOLAUS de Bisaccia, olim Episcopus Casertanus, hujus sedis constitutus est Episcopus, die ultima Decembris 1350. Petri Beneventani Archiepiscopi Vicarius nominatus in quodam documento an. 1353. die 3 mensis Maii Indict. 8. fato obiit sub Urbano V. anno 1365. ex reg. Vat.

XI. 11 Fr. JACOBUS Castellæ Ord. Minorum successit Nicolao 5. Kal. Decemb 1365.

XII. 12 AUGUSTINUS promotus à Bonifacio IX. die 4. Feb. 1396. ex lib. Promot.

XIII. 13 AUGUSTINUS hujus Ecclesiæ Præsul obiit anno 1452. An sit idem cum superiori, mihi incertum. („ *In Dyptico hujus Ecclesiæ à Labonia „ Episcopo in charta hœdina reperto hic Augusti- „ nus secundus appellatur, & creatus dicitur an. „* 1413.)

XIV. 14 Fr. MARINUS de Monopolo Ord. Minorum successit Augostino prid. Id. Julii 1452. ut in Actis Consist. Anous, & dies ignorantur. („ *Sedit „ annos decem ex præfato Dyptico.*)

XV. 15 LADISLAUS mortem obiit anno 1477. („ *creatus an.* 1463.)

XVII 16 Fr. AUGUSTINUS de Senis Ordin. Minorum electus Episcopus per obitum Ladislai 9. Kalen Febr. 1477. mortuus est anno 1484. ex Actis Consist.

XVI. 17 Fr. SIMEON de Davidicis Senensis Ord. Minor. declaratur Episcopus post Augustini obitum 3. Id. Feb. 1484. Sedit omnino annis tribus, mortem obiit an. 1487. Acta Consistor.

XVIII 18 Fr. ANTONIUS Bonitus *a* à Zucchero ejusdem Ord. Minor. vir doctus. qui diffusè de Virginis scripsit Conceptione, Theologiæ Magist. Regi Ferdinando charissimus, & ab eleemosynis, deligitur Montis-Marani Episcopus 4. Kal. Febr. 1487. *b* de quo Vvadding. Annal. Minor tom. 7.

a De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 14. Mandat. b 1482. Sedit an. 4. ex Dypt.

XIX. 19 JULIANUS Ysopus *c* Cathedralem Ecclesiam consecrasse ann. 1494. refert chartula reperta in majoris Altaris nova molitione. Sedit usq; ad an. 1516. ac Episcopatui cessit, cum regressu tamen.

c Electus 1492.

XX 20 PETRUS JOANNES de Melis electus die 10. Novemb. 1516. nondum quinto mense elapso, nec consecratus, onus remisit 20. Aprilis, factus Episcopus Tiberiadis in partibus Infidelium.

XXI. 21 SEVERUS de Petrutiis adlectus est Præsul die 20. April. 1517. & ipse Episcopatu se abdicavit ano. 1520.

XXII. 22 ANDREAS de Aloysiis Neapolitanus successit die 18. Octob. anno 1520. excessit circa annum Dom. 1528. adhuc Juliano Ysopo superstite, qui ratione regressus iterum hanc recepit Ecclesiam, quam statim ad favorem nepotis resignavit.

XXIII 23 HIERONYMUS Ysopo, Juliani prædecessoris nepos, ex Canonico Regulari Lateranensi ad hanc Ecclesiam traductus est die 28. Martii 1528. Præfuit ann. 24. moritur anno 1552.

XXIV 24 Fr. ANTONIUS GASPAR Rodriguez, Hispanus, de sancto Michaele nuncupatus, Ord. Minorum Districtioris Observantiæ vir doctissimus, creatus hujus sedis Episcopus die 24. Decemb. 1552. inter Patres Concilii Tridentini assedit & acutissimi Theologi laudem tulit. Consultissimè hanc pauperem Ecclesiam rexit ann. 18. translatusque est ad Archiepiscopalem sede Lancianensem anno 1570.



XXV 25 M. ANTONIUS Alferius, Beneventanus, ex Archidiacono Metropolit ecclesiæ ad hoc Montis-Marani Sacerdotium evehitur à Pio V. anno 1570. die 20. Maii. Præfuit omnibus gratus anno 24. extinctus anno 1595. Beneventi jacet in Metropolitana hoc epitaphio.

D. O. M.

Marci Antonii Alferii religiosissimi, Montis Marani Episcopi sempiternæ recordationis avunculi Caroli Tricarlent, post Apostolici Protonot. majoris Primiceratus, generalisq; spiritualis Curiæ Vicariatus, atque Auditoratus munera, ad Archidiaconatus dignitatem evecti, & Hieronymi sacræ hujus ædis Canonici fratrum una hic lachrymabiles cineres, ne quos junxit amor, funera dividerent, Vincentii Tricarlent nepotis fratrisque mœstissimi pia opera reposuerunt anno ab humanato Deo

MDLXXXVIII.

XXVI 26 SYLVESTER Brocatius *d* de Offida Theologus, Philosophusq; clarissimus ac Hebraicæ linguæ

d Brancondius.

-pe-

peritus, olim Clementis VIII. dum adolesceret, præceptor, ab eodem in animi grati memoriam hujus Ecclesiæ infulis ornatus est die 8. Januar. 1596. Mortalitatem explevit anno 1603. A

XXVII. 27 M. ANTONIUS Genuensis, Neapolitanus Canonicus, celebris Jurisconsultus electus est Antistes die 11. Maii 1603. sedit ann. 8 & ad Isernienſem Ecclesiam translatus est, de quo vide nostrum illius Ecclesiæ Episcoporum catalogum tn 6.

XXVIII. 28 Fr. ELEUTHERIUS Albergonus *a*, Mediolanensis, Ord. sancti Francisci Conventualium, à Paulo V. pronunciatus est hujus sedis Episcopus die 29. Octobris anno 1611. („ *Sedit annos viginti-„ quinque.*)

a De eo Piccinellus in Athen. p. 206. & Vvadding. de Script. Ord. Minor.

XXIX. 29 FRANCISCUS ANTONIUS Purpura („ *Neapolitanus*) inter Jurisconsultos celebrarissimus, ut opera ab ipso edita testantur, quæ à doctis teruntur quotidie, ac („ *creatus an. 1636.*) laudatur, fuit hujus Ecclesiæ Episcopus. Defunctus vita est ann. 1640. laudatur à Leone Allatio viro clar. in lib. de Patria Homeri. B

XXX. 30 URBANUS Zambottus Bononiensis, Congregationis Cannnicorum Regularium S. Salvatoris Generalis, ab Vrbano VIII. die 21. Maii 1640. ad hanc Ecclesiam promotus, sedit an. 17. Decessit anno 1657.

(„ *Urbanus Zambottus (quem Ughellus hallucinatus Bononiensem scripsit, cum tamen Beneventanus sit, & patritiis ex familiis) Canonicorum Regularium SS. Salvatoris Congregationi ab ineunte ætate nomen dedit. Per omnes honorum gradus ascendit, ac postremò Abbas Generalis evasit; tandem ab Urbano VIII. anno 1640. die 21. Maii Montis Marani infula fuit honestatus. Provinciali Concilio Beneventano anno 1656. à Cl. mem. Joanne Baptista Foppa Archiepiscopo Metropolita coadunato interfuit, eique cum aliis novem suffraganeis Episcopis subscripsit. Decem, ac septem annos laudabiliter suam rexit Ecclesiam, & anno 1657. è vivis excessit, cum prius sacram ædem in templo S. Sophiæ Beneventi pretioso marmore ditasset, ut ejus stemmata testabantur, & adhuc etiam testarentur, nisi præfatum templum terræmotu eversum decentiorem in formam antiqua, ac indecenti prorsus exuta munificentissimus Commendatarius Cardinalis Vrsinus Archiepiscopus nuper revocasset. Hoc elogium ex integro mutuati sumus à Pinacotheca Beneventana Clariss. V. Jo. de Nisastro Beneventani Archidiaconi suprà ob claritatem generis, omnigenamque scientiam commendati.*) C

XXXI. 31 JOSEPH Battaglia successit Vrbano die 9. Julii 1657.

A D D I T I O.

(„ *Joseph Battaglia, parochus in alma urbe, electus anno 1658. sedit annos undecim.*

XXXII. „ *Fr. COELESTINUS Labonia, patritius Rossanensis ex Baronibus Campanæ, & Bucchi Serii, Ordinis Excalceatorum S. Augustini, à Clemente X. electus die 17. Septembris, consecratus 12 Novembris 1670. Natus is est Rossani ex nobilissima familia Labonia patre Josepho, matre vero Julia Petra. Puer novem annos natus Neapolim causa studii missus est, ibidemque regias academias frequentans etiam ab illis prætextatis annis grandis sapientiæ specimen dedit. Hinc brevi temporis spatio in pulvere litterario satis versatus meruit à latifundio scientiarum sibi immortalem virtutis lauream adipisci. Ab Innocentio X. in ætate annorum 13. constitutus fuit Abbatiæ cum baculo, & mitra insigniis decoratus. Sexdecim natus annos mundi oblectamentis renuncians Deo sancta inspiratione servire cœpit, religionem Excalceatorum S. Augustini ingressus, ubi sanctitatem vitæ, ac morum, quam semper etiam inter avitas suæ domus pompas, ac delicias coluit, spirans, postquam varia religionis munera obiisset, à Clemente X. ad Montis Marani sedem promotus est. Factus Episcopus sanctum laborem ad lucrandas Deo animas nunquam deseruit. Assiduis concionibus senex licet populum in amore summi Dei hortari non destitit. Pluries sedis in Beneventanis Conciliis ab Eminentiss. Ursino celebratis, cui adeò charus, & venerabilis extitit, ut ipso ad diœcesim pergente obviam ei persæpè ire visus sit, venerandumque senem Cœlestinum humiliter amplectens dedignatus non fuerit ab eo petere benedictionem. Quod autem incredibile putaveris, est quod tenuioribus provisus redditibus multa in sponsæ suæ beneficium sit elargitus: nam cathedralem penè collabentem reparavit, palatium Episcopale in commodam reduxit formam, sacrario consuluit optimis, pretiosisque sacris paramentis, speciatim baculo pastorali argenteo, & reliquis vestibus Pontificali usui deservientibus: renovavit altare majus, picturisve egregiis exornavit, chorum item, presbyterium, suggestum, ac organum duplici choro ad musicam commodissimè excultum. Supremum imbricum tabulatum novum construi fecit, atque alia munifice præstitit, quæ satis longum esset enumerare. Unum addimus, insignem nempè in pauperibus subveniendis fuisse, adeout pluries grassante caritate annonæ in urbe, ac diœcesi, & deficiente mensæ Episcopalis ære, pro frumento emendo ad illam ab egenis ad se clamantibus propulsandam, quod pretiosius habebat, distraxerit, nummosque in pauperum cibum hilariter converterit. Meritis denique, ac dierum onustus in pace quievit mense Martio 1720.*

„ *JO. CHRYSOSTOMUS Verchius, Rossanensis, Ordinis S. Basilii Prior generalis, ad hanc sedem evectus est 6. Maii 1720.* XXXIII.

S. AGATHÆ GOTHORUM EPISCOPI.

SANCTÆ AGATHÆ Gothorum antiqua civitas inter recentiores in finibus Terræ Laboris inter Neapolim & Beneventum situata est supra rupem, quam torrens aquarum undique ferè circumluit. Gothi illam inhabitarunt, & ab eorum nomine, Gothorum nuncupavere. Primogeniam ejus originem, vel progressus hactenus nullus scriptorum retexuit; fuisse tamen Beneventanorum Coloniam Marinus Frizia scribit, & titulo Comitatus insignitam docent ejusdem Comitum antiquorum plura documenta. Ejus meminit Erchempertus Longobardorum histor ad annum Christi 883. & Falconi Beneventani Chronicon ann. 1138. dum refert illam obsedisse Rogerium utriusque Siciliæ Regem, & vi captam suæ subjecisse potestati. Parva nunc civitas est, Ducatus tamen titulo clara, bis mille, & eo amplius animas continens. Quemadmodum ejus latet origo, sic qui primus illam Christiana fide illuminaverit, adhuc obscurum est, nisi divinare velimus, illam cum aliis finitimis civitatibus primis illis temporibus lucem Evangelii aspexisse. Episcopatus S. Agathæ à prima D

sua fundatione inter Antistites Beneventanæ Provinciæ annumeratus est, quippe cui ex Romani Pontificis auctoritate Landulphus primus Benevent. Archiepiscopus institutus est, anno Domini 970. ut ex diplomate ejusdem licet prospicere, quod ex tabulario Agathensis Ecclesiæ exhibemus.

Landulphus divina ordinante clementia Archiepiscopus sanctæ Beneventanensis Ecclesiæ, Clero, Ordini & Plebi consistenti in S. Agatha, dilectissimis filiis in Domino salutem.

Postquam hostilis impietas diversarum civitatum peccatis promerentibus multas Italicas desolavit Ecclesias, contigit plurimis elapsis annis eas propriis Pontificibus frustrari. Sed cum Apostolica censura sacro moderamini Beneventanorum Præsulum constitueret gubernandas, ne reliquiæ plebium illarum nullo pastoris moderamine gubernante per invidiam fidei hostis callidi raperentur insidiis. Postmodum miserante Domino in meliorem statum reductis, cum sancta Beneventanensis Ecclesia sacro Archiepiscopatus honore sublimaretur, compulit nos cura regiminis earundem vestris absque pastore destitutis Ecclesiis salubri dispositione succurrere, atque alacri devotione eis ordinandis accommodare assensum; quoniam tunc lucri potissimum apud conditorem omnium reponitur donum, quando loca opportune ordinata ad meliorem fuerint statum perducta. Et quia semper sunt concedenda quæ rationabilibus congruunt desideriis, petentibus vobis Madelfridum venerabilem Presbyterum Episcopum consecravimus, atque per hujus nostræ seriem confirmantes decrevimus sanctam Agathensem Ecclesiam, ut olim semper Episcopum habituram, cujus Episcopatus infra ambitum subsequentium finium perenni jure sine contradictione nostra, successorumque nostrorum ita inviolabiliter habeatur, incipiente fine à rivo, qui vocatur Cimentum, & dehinc per pedes montis Agnani, indeque in monticello transversa, & descendit in fluvio Vulturno, ubi conjungitur in fluvio Biserela, hinc per eundem fluvium Vulturnum ascendit usque in rivo Lapiro, & per eundem rivum ascendit usque ad vadum Cassarium, hinc ascendens in ipsa cancella, indeque ascendendo progreditur per summitates montis, qui nominatur Cruce, indeque descendens per campum qui nominatur Prata, dehinc protenditur, & ascendit per verticem montis Taburni, & per eundem verticem montis extenditur & descendit in aqua, quæ dicitur Offizzo, dehinc super puntana protenditur directum in Basilicapra, hinc exit in ponte Leturi in ipsa strata, dehinc ascendit directim in verticem montis, qui dicitur Mesola, & per vertices eorundem montium descendit in aqua, quæ vocatur Tabernulæ, dehinc progreditur per alios montes, & per eorum vertices venit in Sarto, & per verticem montis, qui dicitur Palumbara descendit in aqua, quæ nuncupatur Mefite, indeque descendit in fluvio Laaco, & per eundem fluvium pergit in Luriano. Indeque progreditur in strata, quæ dicitur à Benevento in Capua; ab eadem itaque strata revolvendo protenditur rursum in monte Magdaluni, qui dicitur sanctus † & per verticem ejusdem montis pergit in summitates montis Garlun..., & per vertices eorundem extenditur ad montem qui nuncupatur Castellum, deinde ad montem Magnum extenditur, & per ejusdem montis verticem descendit in † Indeque exiens in rivo Cimenti peroria finis. Infra hos enim circumdatos fines tribuimus eidem Episcopatui omnes Ecclesias cum omnibus rebus, omnibusq; ædificiis & omni munimine, & his rebus pertinent in omnibus † supradictis finibus ad nostram sedem sanctæ Beneventanæ Ecclesiæ pertinent, & quæ ei per offertiones, & judicata, & præcepta concessa sunt. Quoties autem ibidem Episcopus consecrandus est, semper ab hac Metropolitana sancta Beneventanensi Ecclesia, cui Deo auctore deservio, consecrationem percipiat, simulque sancimus, ut Præsules sanctæ Agathensis Ecclesiæ quinquies in anno Beneventum veniant, ut particeps festivitatum subsequentium quibus inter bona cunctarum operari Domino referendæ gratiæ, ea inter nos, quæ mos Ecclesiasticus exigit confirmemus, scilicet in festivitate Pentecostes, & B. Bartholomæi Apostoli, & Natali Apostolorum Petri & Pauli, & in consecratione nostri Archiepiscopatus, & in ordinatione nostrorum Episcoporum, promulgantes coram Deo, & futuro ejus examine, ut hoc, quod ad laudem Dei sancitum est, nemo audeat removere, & neque nos, neque successores nostri in eodem Episcopatu aliquid molestiarum inferant; sed omne quod pro diversorum devotione commoditatis accesserit, semper in usu ipsius sancti loci ad omne qua indiget fabrica, ac restauratione, seu luminariorum continuatione, atque reddendo laudibus proficiat. Et nullus sit, qui de ipsa Ecclesia & rebus, & possessionibus de illa pertinentibus, quæ infra præfatos fines tribuit in eodem Episcopatu, vel de omnibus, quæ ei pertinere videntur quoquo modo auferre, vel alienare præsumat, aut aliqua læsione faciat; sed jure perpetuo potius in eodem Episcopatu proficiat, & liberam habeat potestatem isdem Madelfridus Episcopus, posteriq; sui hæc possidendi, atq; ordinanda, vel disponenda, & detinendi ad profectum ipsius sancti loci in perpetuum. Si quis autem temeraria ausu contra hujus nostræ præceptionis seriem, velut à nobis promulgatum est, agere tentaverit, sit anathematis vincula innodatus, & cum Diabolo, & ejus atrocissimis pompis æterno incendio concremandus.

Scriptum per manum Aloni Diaconi, & scriniarii sanctæ Beneventanensis Ecclesiæ in mense Decembri, quarta decima Indict.

† *Benevalete.*

Vetusta S. Agathæ Cathedralis Deiparæ Mariæ Virgini Assumptæ dedicata est, sexdecim columnis superstructa, pavimento sectis discoloribus lapidibus contexto conspicua, & porticis duodecim pariter marmoreis claris suffulta. Habet Basilica hæc quinque dignitates, Archidiaconatus nempe, Decanatus, Primiceriatus duo, & Thesaurariatus, cum viginti quinque Canonicis, aliique Presbyteris, & Clericis multis. Præter ipsam Cathedralem, Parochiales Ecclesiæ septem in civitate, quarum Parochi sacramenta ex Cathedrali percipiunt. Est Abbatia S. Mennæ, in qua ejusdem sancti, & S. Benigni[a] corpora condita dicuntur; ecclesia verò ipsa à Paschalis II. manibus, Roberti S. Agathæ Comitis rogatu consecrata fuit; (" *ut recensetur in lapide ad dexteram intrantis dictam* " *Ecclesiam affixo tenoris sequentis, videlicet:*

[a] Brev. in loco.

" Anno ab Incarnatione Domini 1110. 11.
" Non. Septembris, Indict. 4 Hæc Ec-
" clesia consecrata fuit in honorem Domi-
" ni Salvatoris, S. Mariæ Virginis, &
" sanctæ Crucis, sanctorumque Apostolo-
" rum Petri, & Pauli, & sancti Mennæ
" Confessoris per manus Domini Pascha-
" lis II. Papæ, præsentibus tam Cardina-
" libus, quàm Coepiscopis, eamque Do-
" minus Papa sub jure Romanæ Ecclesiæ,
" & B. Petri Apost. in sua defensione susce-
" pit, ei donante, atque concedente Do-
" mino Roberto Comite hujus Ecclesiæ
" Fundatore tam pro se, quam suis Hæ re-
" dibus, unde benefacientes benedictione
" donavit, ibi verò malefacientes excom-
" municatione damnavit.

" *Supra ostium dictæ Ecclesiæ sunt sequentia car-*
" *mina, scilicet:*
" Crimina dimittat, qui liminis alta subintrat,
" Templum si poscat, sub Petro Principe noscat,
" Quod cum fundasti Roberte Comes decorasti.)

Erat olim sancti Benedicti Cœnobium (1) Monachorum, nunc in commendam conferri solet. In-
tra

(1) Hæc Ecclesia S. Mennæ erat olim cœnobium Fratrum Eremitarum S. Augustini; nunc vero non confertur in commendam, sed unita est Collegio Scotorum de Urbe.

A tra urbem virorum Cœnobia tria *a*, & aliquot laicorum fraternitates. Diœcesis hujus Episcopatus, Beneventana, Casertana, Thelesina, Acerraoa, & Nolana Diœcesibus inclusa, oppida quatuor (1) insignia, & castra septem suo continet ambitu. Arpodium scilicet cum Archipresbytero, & Collegio octo Presbyterorum, duorum virorum Cœnobiis, & Abbatia sancti Fortunati commendata. Ariola cum Archipresbytero, & aliis Clericis, tribus virorum Monasteriis, quorum unum Congregationis sancti Benedicti. Argentium cum Archipresbytero, quatuor virorum Cœnobiis, uno Sanctimonialium, & Abbatia in commendam dari solita. Durazanum. Totius Diœcesis Parochiales ecclesiæ 22 *b*. sunt. Collegiata una. Annuus vero census Episcopalis scutorum Regni fermè 2000. colliguntur partim ex vectigalibus castri Baineoli, quod Episcopus, uti Regni Baro, cum temporali jurisdictione, civili, & mixta obtinet. Taxatur in Cancellaria Apostolica flor. 180. Hujus Ecclesiæ Episcoporum Catalogum, quem hic subjectum vides benigne lector, modo damus satis jejunum, B pleniorem utique daturi, si nobis petentibus monumenta suppeditassent hi, quorum cordi esse debuerat propriæ ecclesiæ decus, & ornamentum.

a Duo scil. Minorum Conventuum, alterum S. Jo. de Deo.

b Sunt 37.

I. 1 MADELFRIDUS est, qui primus jam evasit Episcopus S. Agathæ, postquam Ladenulphus Archiepiscopus Beneventanus, vel instituit, vel restituit huic ecclesiæ dignitatem Episcopalem anno salutis 970. ut dictum est ex documento Ladenulphi, de quo nil aliud habemus ut hic de eo proferamus.

II. 2 ADELARDUS ante annum Domini 1000. vel paulo post memoratum creatus est hujus Ecclesiæ Episcopus. Devotus hic Præsul Deiparæ Virginis Templum in ejus honorem condidit, quod S. Mariæ de Misericordia nuncupavit, in quo, postquam sedisset ann 24. mens. 4. dies 15. humatus est, ut ex epitaphio sepulchrali ibidem invento habe- C tur, ubi hæc leonina carmina insculpta erant.

Vitæ præsentis bona qui labentia sentis,
Ad cæli sedem currito, coge pedem.
Namque velut fænum jam florem perdit amœnam,
Et fugit ut fumus, vita fit & vir humus.
Adelardus ego quondam Præsul modo dego.
Pulvis in hoc tumulo pareo ut in titulo.
Templum fundavi tamen hoc, & sic decoravi.
Curavique Deo posse placere meo.
Rexi hanc Ecclesiam annos xxiv. mens. iv. dies xv.

III. 3 BERNARDUS S. Agathæ Episcopus anno salutis 1075. adfuit Synodo in Metropolitana Beneventi à Milone Archiepiscopo ad favorem Monasterii sanctæ Sophiæ contra Draconariensem Episcopum celebrata, ut supra narratum est. Monumentum Milonis, Bernardi nomen ad posteros perennavit, cætera ejus Acta obscura sunt.

IV. 4 HENRICUS hanc rexit sedem ab an. 1108. ad annum usque 1143. ex brevi Indiculo hujus ecclesiæ Episcoporum. Eo præsule anno 1113. Paschalis II. D Pontifex Beneventum pergens in hac urbe ecclesiam sancti Menæ, quam construxerat Robertus Comes filius Rainulphi, consecravit. Hic anno 1122. testis fuit quondam juramento, quod Landulphus Comes Cajacensis fecit ad favorem ejus ecclesiæ.

V. 5 ANDREAS S. Agathæ Episcopus anno 1152. memoratus in monumentis Monasterii s. Laurentii de Aversa.

VI. 6 JOANNES successor Andreæ sedit ad annum usque 1161.

VII. 7 URSUS *c* statim post Joannem ad hanc sedem vocatus anno 1161. cui Rainulphus Comes sanctæ Agathæ anno 1181. quædam bona, & jura asseruit. Interfuerat Ursus superiori anno 1180. cum aliis Comprovincialibus Episcopis apud Montem Casinum, cum Rogerio Beneventano Archiepiscopo, qui perpetuam indulgentiam ecclesiæ Casinensi concessit. Adfuit item ann. 1182. consecrationi ecclesiæ Beatæ Mariæ Montis Virginis: obiisse hunc refert Indiculus noster ann. 1190.

c URSONUS.

VIII. 8 JOANNES, *d* alia notula Jacobum ex familia Ati vocat, promotus est in Episcopum anno 1190. Is ab Henrico VI Imper. pluribus bonis dives factus, summopere Cathedrale Templum, & Episcopium exornavit: ejus mentio in monumentis illius ecclesiæ habetur ad annum usque 1213.

d JACOBUS Agathensis.

IX. 9 JOANNES alius successit ann. 1213. & per aliquot annos hanc rexit ecclesiam.

X. 10 BARTHOLOMÆUS Canonicus Beneventanus à Capitulo sanctæ Agathæ, demortuo Episcopo, contra statutum Lateranensis Concilii eligitur; nulla igitur declarata electione, à Gregorio IX. legitime creatur Antistes, & Archiepiscopo Beneventano commendatur in literis, Dat Id Maii anno 1234. pontif. 8. extat epist. in reg Vat. num. 75 pag 98.

XI. 11 JOANNES anno 1236. memoratur in Indiculo: at in reg. Vat. nullam de eo reperimus mentionem.

XII. 12 Fr. PETRUS, ordo & patria ignorantur, præerat Agathensi Ecclesiæ anno 1255. At de his duobus nulla mentio in regest. Vat.

XIII. 13 NICOLAO de Morrone nobili genere nato Canonico Casertano Diœceseos Sanctæ Agathæ jurisdictio commissa est, tanquam electo Episcopo ab Urbano IV. circa annum Domini 1262. In formulario Marini de Ebulo S.R.E. Vicecancellario, quod est in Vaticano Archivio num. 6364. ejus electio notatur in hæc verba.

Nicolao de Morrone electo S. Agaten.

C *Cunctis Ecclesiis Prælatorum regimine destitutis, sedulo præcipue quæ sunt in Regno Siciliæ constitutæ de personis illis providere cupimus, per quas, Deo propitio, & honoris augmenta consequi, & optata possint prosperitate perfundi. Sane dilecte fili, Magister Notarius noster, à quo de nobilitate generis, & honestate morum, ac de scientia litterarum, & industria circumspecta commendaris humiliter, & instanter à nobis petiit, ut te tunc Canonicum Casertan. Eccl. S. Agathæ Pastorem vacan. præficeremus in Episcopum, & Pastorem, maxime cum nobilium consanguineorum tuorum auxilio, & favore quamplurium potentium personarum de illis partibus adeo fulciaris, quod eadem Sanctæ-Agathæ Ecclesia per tuum ministerium à dispendiis, & pressuris eripi, ac in prosperis, faciente Dei clementia multipliciter poterit ampliari. Cum itaque nos personam prædicti Notarii pro suis laudabilibus meritis, nostram, ac fratrum nostrorum gratuitam benevolentiam obtinentis in te, qui describeris virtute conspicuus, & in bonorum operum exercitio studiosus, ac decus, & de-* D *corem ac utilitatem ejusdem ecclesiæ honorare velimus, & te ipsi ecclesiæ, nullam propter hoc Beneventana Ecclesia Metropolitana loci, processu temporis passura præjudicium, in Episcopum, & Pastorem de nostræ preficimus plenitudine potestatis. Volumus itaque, & per Apostolica tibi scripta mandamus, quatenus ad eandem Ecclesiam Sanctæ Agathæ de Apostolicæ Sedis, & nostro favore confisus cum divinæ gratiæ benedictione accedas, te in cura ipsius ecclesiæ, cujus in spiritualibus, & temporalibus plenam tibi administrationem committimus talem corde sollicite redditurus, ut grex tuæ circumspectioni creditus, in te salutis ministerium reperire gau-*

(1) Hæc ita emendat [illegible] Oppida sex insignia, & tria castra suo continet ambitu: Arpadium scilicet cum Archipresbytero, Primicerio, & trium Canonicorum collegio, unico [illegible] cœnobio Minorum Observantium, parochiali Ecclesia sub titulo s. Nicolai in pago Furculatum, & Abbatia S. Fortunati commendata. Ayrola cum Archipresbytero, & aliis Clericis, tribus virorum monasteriis Olivetano, M. Virginis, & Prædicatorum, nec non uno mulierum sub regula s. Elisabeth Reginæ Portugalliæ. Argentium cum Archipresbytero, aliisque Clericis, 5. virorum cœnobiis, Carmelitarum, Eremitarum S. Augustini, Prædicatorum, M. Virginis, & Capuccinorum, atque uno Sanctimonialium Canonicarum Lateranensium, & Abbatia s. Angeli in commendam dari solita. Durazanum cum Archipresbytero, & aliis presbyteris, ac uno Cœnobio Prædicatorum. Fratium cum Archipresbytero, cæterisque de Clero, & Vallis similiter cum Archipresbytero, aliisque Sacerdotibus. Nec non tria castra, videl. Baineoli, Duguzæ, & Cancelli cum suum Archipresbyteris.

gaudeat, & tibi tandem pastoris æterni benignitas unicuique responsura pro meritis, æternæ retribuat gloriam charitatis. Datum &c.

Extat ibidem alia concepta ejusdem Pontificis ad quendam epistola, ut idem electus munus consecrationis accipere valeat à duobus aliis Episcopis, cum eo tempore Archiepiscopus Beneventanus vinculo excommunicationis adstrictus esset.

Episcopo, &c.

Ex parte dilecti filii nostri sanctæ Agathæ electi fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum Metropolitanus suus dicatur esse vinculo excommunicationis affectus, propter quod non potest ipsius auctoritate munus consecrationis debitum obtinere, impendi tibi munus hujusmodi faceremus. Quocirca mandamus, quatenus eid. m Sanctæ Agathen. electo in Subdiaconatus Ordine constituto, postquam statutis temporibus per te ad requisitionem ipsius in Diacon. & Presbyt. ritè fuerit ordinatus, convocatis duobus, vel tribus Episcopis auctoritate nostra prædictum munus impendas. Nolumus autem, quod propter hoc Ecclesiæ Beneventanæ aliquod in posterum præjuditium generetur. Cæterum, injungas eidem S. Agathen. electo, ut quam citò Metropolitanus suus fuerit absolutus, se illi præsentare studeat juramentum sibi fidelitatis solitæ impensurus. Datum, &c.

Præfuit Nicolaus annis plus, minusve 20. excessit verò sub Martino IV circa annum Dom. 1285.

XIV 54 Fr. EUSTACHIUS Ordinis Prædicatorum sacræ Theologiæ Doctor à Canonicorum Capitulo per viam compromissi electus Martini IV. assensu confirmatus est anno 1282, pro quo Idem scribit Pontifex Gerardo Episcopo Card. Sabinensi Apostolicæ sedis Legato, ut illum in Sanctagathensi Ecclesia confirmet. Dat. 15. Kal. Octobris, & s. pontif. epist. 124. pag. 74. in regest. Vatic. sede vacante Nicolai IV. defunctus est.

XV. 55 JOANNI Presb. Cardin. tit. S. Vitalis Archiepiscopo Beneventano data est hujusce ecclesiæ administratio ad Apostolicæ sedis beneplacitum per Cœlestinum V. anno 1294 vacuam illam reliquit sequenti anno morte præventus.

XVI. 16 Fr. GUIDONEM de S. Michaele Ord. Minorum Bonifacius VIII ad hanc vocavit Ecclesiam 18. Kal. Decembris an. 1295. pontif. sui anno primo, ut ex sequenti diplomate liquet exscripto ex Vatic. regest. epist. 570.

Dilecto filio Fr. Guidoni de S. Michaele electo S. Agathæ, & cæt.

Militanti Ecclesiæ, disponente Domino, licet immeriti præsidentes circa curam omnium Ecclesiarum solertia reddimur indefessa solliciti, ut juxta pastoralis officii debitum commissi nobis Dominici gregis curam humiliter gerere, divina cooperante clementia, studeamus, & quanquam assidue circa singularum commoda vigilemus; tamen erga illas, quæ deplorant viduitatis incommoda, propensiori cura, & majori propulsamur instantia, ut eis præficiamus viros idoneos in pastores. Dudum siquidem ecclesia Santagathen. per obitum bo. me. Fratris Eustachii Sant Agathen. Episcopi, pastoris solatio destituta dilectus filius frater Petrus de Murrhone, nunc Cœlestinus Papa V. antecessor noster curam & administrationem ipsius Ecclesiæ bo. me. fratri Joanni tit. S. Vitalis Presb. Cardinali duxit in spiritualibus & temporalibus committendam, sed eam Cardinali naturæ debitum persolvente, provisionem faciendam ipsi ecclesiæ de Pastore ea vice nobis duximus reservandam. Decernentes irritum, &c. usque attentari. Ac postmodum de ipsius ordinatione, ne prolixioris vacationis exposita maneret incommodis attentius cogitantes, & volentes eidem Sant Agathen ecclesiæ de pastore idoneo salubriter providere, in te fratrem Minorum ordinis professorem, virum quoque, prout fide dignorum habet assertio, vitæ laudabilis, conversationis placidæ, ac morum honestate decorum, discretionis & consilii maturitate conspicuum direximus oculos nostræ mentis, teque de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, ipsi sant Agathen. Ecclesiæ in Episcopum

A *præficimus, & Pastorem, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia confidentes, quod prælibata ecclesia Sant Agathen. per tuæ industriam providentiæ à noxiis præservabitur & adversis, optatis quoque prosperitatis commodis spiritualiter, & temporaliter proficiet, ac bonis. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatenus impositum tibi onus à Domino suscipiens, reverenter curam, & administrationem ipsius Ecclesiæ Sant Agathen. sic diligenter geras, & sollicite prosequaris, quod ipsa gubernatori conspicuo, ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, & bonæ famæ tuæ odor, ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, ac propter benedictionis æternæ præmium benevolentiæ nostræ gratiam exinde plenius consequaris.*

Datum Romæ apud sanctum Petrum 18. Kalen. Decembris Anno primo.

Obiit Guido anno 1317.

17 ROBERTUS Ferrarius Archidiaconus, & XVII
Petrus Monte de Noviono Regis Roberti Capellanus in contentione à Capitulo adlecti sunt Episcopi, Robertus confirmatur ab Joanne XXII. anno 1318 sub quo excessit 1327.

18 PANDULPHUS electus an. 1357 fato cessit XVIII
sub Clemente VI. 1342. Hic sancti Francisci ecclesiam consecravit, de quo nobis certè nil aliud innotuit.

19 JACOBUS Martonus Pandulpho successit XIX.
ex Archidiacono electus à Capitulo & confirmationem accepit a Clemente VI. anno 1344. 2 Non. Febr. ex reg. Vatic epist. 187. ann. 2. Translatus deinde est ad ecclesiam Casertanam 1350. ab incarnatione, 10. Kal. Aprilis (*„ Hic ædificavit Monasterium „ virorum Congregationis M Virginis hac in urbe, „ quod suppressum ab Innocentio X. fuit unitum sacro „ Seminario.*)

20 NICOLAUS de S. Ambrosio antea Episco- XX.
pus Casertanus ad hanc sedem translatus est à Clemente VI. anno 1350. 10. Kal Aprilis ex regest. Vatic. epist. 14. pag. 28. ann. pontif 9.

21 NICOLAUS diversus à superiori electus E- XXI
piscopus S. Agathæ anno 1386. die 25. Augusti promisit solitum subsidium sacro Collegio sub Urbano VI. ac sub Bonifacio IX. an. 1391. translatus est ad aliam Ecclesiam Venecìensem, ut observo in lib. de Beneficiis ejusdem Pontificis fol 121.

22 Fr. ANTONIUS de Sarno Ord. Minorum XXII.
eligitur in locum translati Nicolai anno 1391. 13. Kal. Junii. Hic suis culpis, & demeritis exigentibus ab administratione. & regimine sant Agathensis Ecclesiæ per diffinitivam sententiam Antonii tit. S. Laurentii in Damaso Presb. Card à sede Apostolica specialiter deputati remotus est an. 1394. ex eodem lib. de Beneficiis fol. 125.

23 JACOBUS cognomento Papa Canonicus XXIII
Cajetanus in locum privati Antonii anno 1394. 7. Kal. Novembris, ut in lib. Provis. Prælat. fol. 37 ann. 5. Bonifacii IX Hic in iisdem libris vocatur etiam Jacobellus, & Biellus, qui mortalitatem exuit anno 1400.

D



24 PETRUS, qui & Petrellus Gattula seu de XXIV

& sul

Gatta, nobilisclericus Neapolitanus Jaeobo datus A
est successor ao. 1400. 4. Noo. Januarii, ad cujus instaotiam Innocentius VII. nullam declaravit permutationem Castri Balneoli suæ Diœcesis cum quadam possessione Caroli Comitis sanctæ Agathæ de facto, absque Apostolicæ sedis lieentia facta à dicto Comite: ita legitur in lib. primo de diversis formis pag. 83 Sedit Petrus In hae Ecclesia annos 23. & suis exigeotibus meritis ad Archiepiscopalem sedem Brundusinam translatus est anno 1423. 16. Kal. Martii, ut suo loco narravimus.

XXV *a De Ugotis.* 25 Fr. RAYMUNDUS de Hungottis *a*, vel Haragelis, (,, *Strungalensis*) Abbas sancti Viti, Ord. sancti Basilii, Petro successit 10. Kal. Augusti 1423. translatus deinde est ad Bojanam Eeclesiam 1418 *b*. 15. Kal. Januarii. *b 1431.*





XXVI 26 IOSUE Mormile nobilis Patritius Neapolitanus ex Monopolitano Episcopo translatus est ad hanc sanctæ Agathæ Ecclesiam aono 1431. 15. Kal. Januarii; ex qua deinde anno 1437. ad Tropejensem Cathedram transitum fecit die 6. Febr. ut in actis Consist. Eugenii IV. legitur. C

XXVII. 27 Fr. ANTONIUS Bretonus, fortassis patria Britannus electus episcopus sanctæ Agathæ die 16. Februarii 1437. factus deinde est Archiepiscopus Surrentinus 3. Id. Aprilis 1440. deinceps anno 1442. 10. Kal. Augusti ad ecclesiam Arausicanensem in Gallia sub Archiepiscopatu Arelatensi translatus est. Acta Consistorialia hæc habeot.





XXVIII. *c Seu Gilbertus.* 28 GALEOTTUS *c* de la Ratta nobili familia Neapolitana natus, electus administrator hujus sedis anno 1440. ac deinceps hanc habuit in titulum 7. Kal. Martii 1442. excessit anno 1455.





B 29 AMOROTTVS *d* Neapolitanus ex nobili familia Capuana, eum esset Caoooicus Metropolitanæ Neapol. ad hane insulam perveoit an. 1455. 12. Septembris. Obiit 1469 *e*. Jacet io Cathedrali, ubi legitur epitaphium (,, *sequens*. XXIX *d AMORATTUS.* *e 1468.*

,, Hic jacet Ven. Pater Amorattus Episscopus sanctæ Agathæ ex antiqua, & generosa Domo Capuana ultimus, Sepulchrum beoemer. posuit Thomas Brancatius ejus propinquus an. 1468. Mens. Mart.)

XXX *f De eo Calcagnius in memor. hist. Recineti p. 192. Mandos.* 30 PETRUS Matthæus *f* de Paganata Presb. Recanatensis, Civisque Romanus Amoratto successit eodem anoo 1469. die 15. Maii electus à Paulo II. cujus erat familiaris, defunctus aooo 1472






XXXI. 31 MANNUS Morola Capuanus, factus est Episcopus à Sixto IV. anno 1472. 4. Non. Julii. Fato concessit 1487. (,, *Et tumulatus fuit in Cathedrali, ut ex sequenti epitaphio resultat, videlicet*.

,, In hoc sepulchro quiescit R. D. Manni Morola cadaver, hujus Civitatis Præsulis, sed per prius Juvenacii, qui die XII. M. Febr. an. Dom. 1487. v. Indict. ad Domioum migravit.) D





XXXII. 32 PETRUS-PAULUS Capobiancoeivis, &

Decanus Beneventanus, evasit SantAgathensis A
Episcopus die 17. Februarii 1487. erat Pontificii Sacelli assistens, & Vaticanæ Basilicæ Vicarius sub Alexandro VI. anno 1494. vita defungitur anno 1505.



XXXIII. 33 ALPHONSUS Carrafa Neapolitanus anno 1505. 30. Julii adlectus est sanctæ Agathæ Episcopus, eodemque anno factus est Patriarcha Antiochenus, translatus deinde est ad Lucerinam Ecclesiam anno 1512. ut supra narravimus in Lucerinis episcopis.



XXXIV. 34 Fr. JOANNES de Aloysiis, Aversanus, ordinis Carmelitarum, antea Episcopus Capræ Insulæ, mox Lucerinus, inde ad sanctæ Agathæ translatus 1512. die 27 Aug. Sedit ann. 13. utraque se abdicavit, ac paulo post ex hoc sæculo discessit.

(„ *Sepultus fuit in hac Cathedrali juxta suppedaneum aræ maximæ, ejusque ossa anno 1715.*
„ *D. Philippus Albinus Episcopus debito honore prosequens transtulit, collocarique fecit juxta fontem aquæ lustralis ad dexteram ingredientis Ec-* D
„ *clesiam, & supra lapidem extat inscriptio tenoris sequentis.*

„ Joannis Aloysii Atellæ Urbis Patritii
„ Carmelitarum Partenopei primi Pro-
„ vincialis, mox Capriarum verendi Præ-
„ sulis, Luceriæ demùm Japygiæ bene-
„ meriti Antistitis, hujus tandem oppi-
„ di indigetis Agathen. pientissimi Epis-
„ copi reliquiæ hic formæ resumptionem
„ ad perennem operiuntur vitam 1520.
„ Scio, quod Redemptor meus vivit, &
„ in carne mea videbo Salvatorem meum.
„ Hic habitabo, quoniam elegi eam.)



B 35 JOANNES Guevara, Neapolitanus, Alphonsi Toparchæ Arpajæ, & Joannæ Cantellæ filius ex cessione Joannis Aloysii adeptus est S. Agathæ Episcopatum die 19. Junii 1523 Per annos omnino 33. sedit, subitoque correptus apoplexiæ morbo in mensa, esuque melonis occubuit anno 1556. XXXV.
(„ *Et sepultus est in Cathedrali in urna marmorea posita ad lævam introeuntis portam majorem, ut ex hoc epitaphio.*
„ Joanni Guevaræ Pontifici, Viro summi
„ officii, summæque humanitatis, Fran-
„ ciscus Fratri optimo, dulcissimoque
„ die 25. Aug. 1551.)

C



36 JOANNES Beroaldus a, Panormitanus, jam anteà Episcopus Thelesinus, ad hanc Eccles. translatus est die prima Octobris 1556. sedit ann. 10. & postquam Concilio Tridentino assedisset, mortem obiit 1566. sepultus jacet in Cathedrali. XXXVI.

a De eo Mongitorius in Bibl. Sicula tom. 2. in Append. ad tom. 1 p. 31 Mondus.



37 Fr. FELIX Perettus b de Monte Alto Ord. Conventualium S. Francisci creatus est Ecclesiæ hujus Antistes anno 1566. die 15. Decembr à Pio V. à quo & S.R.E. Presb. Cardinalis renunciatus, mox translatus ad Firmanum sacerdotium, tandem summus Ecclesiæ Pontifex evasit sub nomine Sixti V. XXXVII.

b De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 1045. & tom 4. col. 111.

Fr.



XXXVIII *a Cisonum.* 38 Fr. VINCENTIUM Cesendam *a* de Lugo Ord. Prædicatorum, doctrina, & morum integritate clarum Pius V. hujus sedis Præsulem elegit die 6. Februarii 1572. Mortem obiit 1583. die 11. Januarii. („ *cujus lapis sepulchralis propè suggestum* „ *hujus Cathedralis positus loquitur hoc modo, videlicet.*

„ Fratres, & Filii dulcissimi. Hic est titu-
„ lus piæ recordationis mei Fr. Vincentii
„ Cisoni à Lugo ex Ord. Præd hujus incly-
„ tæ Urbis vestræ quondam Episcopi.
„ Obsecro, mementote paterni erga omnes
„ amoris, & orate pro me, Fratres, &
„ Filii Spiritus miseremini mei; obiit die
„ 17. Jan. 1583.

„ *Hujus meatio habetur apud Libanorium in* „ *Ferraria aurea par. 1. pag. 90. & apud Fontanam,* „ *in Theatro Dominicano pag. 289.*)



XXXIX. 39. Fr. FELICIANUS Ninguarda de Monbergo Comensis Diœcesis, Ord. Prædicatorum, magni nominis vir. vocatus est ad hanc regendam ecclesiam ex Episcopo Scalenensi die 21. Junii 1583. ex qua tandem translatus est ad Comensem Ecclesiam anno 1588. de quo alibi dictum est. („ *Hic celebravit geminas synodos Diœcesanas, alteram Argenti de Mense Octobris 1585. & alteram de Mense* „ *Aprili 1587. in Cathedrali impressas Romæ an.* „ *1588. Tridentino Concilio interfuit pro parte Salisburgensis Episcopi. Vide Fontanam in Theatro Dominicano, ubi de eo plura.*)



XL *b De eo* 40 Fr. EVANGELISTA Pelleo *b* à Forcio, Ord. Conventualium S. Francisci Generalis suffectus est Feliciano die 17. Octobris 1588. Obiit 1595. („ *Et in lapide sepulchrali habentur infrascripta* „ *carmina.* *Toppius in Bibl. Neapol. p. 79. Mandos.*

„ Ære, vel ingenio, vel plena ætate superbus
„ Quocumque incedis, pone supercilium.
„ Talis Ego Pelleus eram; nil profuit ætas
„ Vivida, nil artes; omnia mors rapuit.

„ Pompilius Calandrellus Medicus, D.
„ Julius Parrillus, Christophorus à Cre-
„ ma, Petrus Michaelis Cavo, Agath.
„ Pastori suo Evangelistæ Pelleo de se be-
„ nemerito posuerunt.)



XLI *c Filaciano.* 41 Fr. JULIUS Sanctucelus è monte Filacciano *c* Ord. Conventualium S. Francisci deligitur die 11. Decembris 1595. excessit anno 1607. („ *De eo Chartarius in sæpius laudato Athea. Romano* „ *p. 484. ubi hæc habet:*

„ Julius in divinis studiis adeo fuit assiduus, „ ut luculentissimus Theologus evaserit. Hinc „ sacræ Theologię in Romana universitate Professor ab an. 1589. ad annum usque 1595. claré „ quantum præstaret. ostendit: nec doctrinæ tenuioris experimentum dedit sive Proregens in Collegio Romano S. Bonaventuræ, sive Consultor „ à summo Pontifice Clemente VIII. selectus in „ congregationibus, quæ tunc temporis coram sanctitate sua convocabantur in materia de Auxiliis. Taudem ipsius virtute, prudentia, & integritate agnita, fuit ad Ecclesiam Episcopalem „ S. Agathæ evectus. *Mandosius.*)



XLII *d Hector.* 42 HERCULES *d* Diotallevius, nobilis Ariminensis, ad hanc sedem promotus die 4. Feb. 1608. sedit annis 27. („ *Quitot, tantisque beneficiis Ecclesia hac cumulata, ob defensionem jurisdictionis* „ *Castri Balneoli ad excommunicationem Ministrorum Regii Collateralis sub die 4. Septembris 1631.* „ *devenire coactus, post 27. annum sui Præsulatus* „ *Romam perrexit, ejusdem Causæ reportata victoria*) translatusque est ad Fanensem anno 1635.

JOAN-



XLIII 43 JOANNES Augustinus Candulphus *a*, Januensis Octavii Belmusti Cardinalis nepos, & Auditor, ex Episcopo Fundano, ad hanc SantAgathensem Ecclesiam translatus est die 3. Decembris 1635. ecclesiasticæ immunitatis acerrimus fuit propugnator, ob quam aliquando coactus est à sua Ecclesia longius exulare. Obiit tandem anno 1653. B
(,, *Et in hac Cathedrali sepultus est, atque in ejus*
,, *tumulo præsens inscriptio habetur.*
,, Jo. Augustinus Gandulphus Genuensis
,, Episcopus sanctæ Agathæ piorum preeibus vivus, & post obitum plurimum
,, se commendat an. sal. 1638. vixit annos 75. obiit an. sal. 1653. Episcopatus 18.)

a De eo Oldoinus in Athen. Ligust. Mendos.



XLIV 44 Fr. DIONYSIUS Campanella, Ord. Carmelitarum Generalis Procurator, creatus est Episcopus S. Agathæ ab Innocentio X. anno 1653.

A D D I T I O.

(*Fr. DOMINICUS Campanella, Putignanen-*
,, *sis, Ordinis Carmelitarum Generalis Procurator,*
,, *hæresum, hæreticorumque insectator ob vicentum*
,, *merita, vitæque innocentiam ab Innocentio X.*
,, *Agathensis Episcopus electus anno Domini 1654.*
,, *Interiit, & tumulatus est in Cathedrali, ut testa-*
,, *tur sepulchrale epitaphium.*
,, Hic jacet Fr. Dominicus Campanella
,, a Putignano Ord. Carmelitarum Episcopus S Agathæ Gothorum, obiit an.
,, sal. 1663. æt. suæ 83. Episcopatus 9.)



XLV ,, Fr. BLASIUS *Mazzella à Procida, Ordinis*

A ,, *Prædicatorum Episcopus prius Strungularum, de-*
,, *inde Agathensis virtute, & exemplo Patria il-*
,, *lustrata præfuit Ecclesiæ huic ab an. 1663. usque*
,, *ad an. 1664.*



B

XLVI ,, JACOBUS *Circius, Aprutinus, è Monte*
,, *Regali ad hanc Ecclesiam evectus an. 1664. ubi*
,, *luculentissima synodo confecta, & Romæ impressa*
,, *an. 1681. necnon excitato sacello ad honorem S.*
,, *Jacobi Apost. ornamentis plasticis culto cum epita-*
,, *phio infrà recensendo, ac pavimento ex parte*
,, *marmore strato, in hujus medio tumulum sibi con-*
,, *struxit, sed in propria Patria senio confectus*
,, *die 7. Martii 1699. defunctus sepulchrum præfa-*
,, *tum inane reliquit.*

D. O. M.

,, Jacobus Circius à Monte Regali in Romana Curia versatus, omnibus charus, Matelicæ, & Fulginei regimine summa cum laude perfunctus. creatus Episcopus Sanctæ Agathæ Ecclesiam annis decem, & novem artibus egregiis, & pari fama administravit consilio, & exemplo Pastoris officium implevit, dignus, cui vivo fuerit fortuna felicior, & mortuo, quod lacrymarum vota solvantur, vivens sibi posuit anno 1682. ætatis sexaginta sex. C



D

XLVII ,, PHILIPPUS *è vetustissima in alma urbe, Se-*
,, *natorii Ordinis Albina gente, inter Patritias post-*
,, *modum Beneventanas adlecta, patrem habuit*
,, *Joannem Baptistam, virum quidem clarissimum,*
,, *qui post uxoris obitum mox sacerdos, indè S. Me-*
,, *tropolitanæ Beneventanæ Ecclesiæ Primicerius*
,, *primus, ac deinde bis ejusdem archidiœceseos Vi-*
,, *carius Capitularis. Adolescens sedulam prius*
,, *Beneventi humanis litteris, ac Philosophiæ, ex-*
,, *indè Neapoli jurisprudentiæ navavit operam. Ro-*
,, *mam profectus ibi septem, & viginti annos cau-*
,, *sarum patronum, & patriæ publicam rem egit,*
,, *ardua quæque, magnique momenti negocia, non*
,, *minus alacriter incipiendo, quàm fideliter, ac*
,, *laudabiliter absolvendo. Licet autem à Patria*
,, *abesset, semper tamen in illa præsens animo fuit,*

ideo-

ideoque pietati semper addictissimus suo germano Vincentio in mandatis dederat, ut non minus ipsius, quàm proprio ære Ecclesiam S. Mariæ de Libera extra Portam Rufinam restituerent, in qua hæc demum marmorea apposita fuit epigraphe.

Vnicam aram hujus Ecclesię post Constantis Imperatoris, ut ferunt, Obsidionem Deiparæ Ope solutam in Archiepiscopalis mensæ fundo, ubi eadem Virgo Divo Barbato, ac Duci Romualdo in aere apparuerat, Fidelium collato ære extructæ, ac deinde Patrum Servorum B. Mariæ Granciæ effectæ cum onere librarum quatuor ceræ eidem mensæ in annos singulos, demum terræmotu die V. Junii MDCLXXXVIII. dejectæ, ac Philippi, & Vincentii ex patritia familia Albini fratrum pia largitate decentius reædificatæ primario lapide imposito die XV. Maii MDCXCV. dedicans sacravit die III. Augusti Anno MDCXCVII. Frater Vincentius Maria Ord. Prædicat. S. R. E. Presbyter Card. Vrsinus Archiepiscopus, & omnibus fidelibus ipsam visitantibus die V. Augusti, in quam dedicationis festum transtulit, centum indulgentiæ dies perpetuò concessit.

Philippus itaque ab Innocentio XII. anno 1699. die 5. Octobris S. Agathæ Gothorum Infula decoratus, ac die 18. consecratus fuit. Diœcesanam synodum solemni pompa anno 1706. coegit, datis apprimè utilibus, ac præli luce dignis constitutionibus. Seminarium, tam quoad formale, quam quoad materiale ita provexit, ut nulli ex primi Ordinis Seminariis invideat, cum ibidem quinquaginta ingenio, ac pietate prædici Adolescentuli optimis sub magistris in præsens alantur. Cathedralis Hierophylacium sacra supellectile opipare instruxit. Sacris D. Mennæ confessoris exuviis ingentem ex ebeno argento ditato lipsanothecam comparavit, Prothomartyri Stephano nobilem etiam extructa, ac inaugurata ara. Æclanas, atque Argentias Sanctimoniales quotannis Spiritualium exercitamentorum pabulo, Januario Canonico Boraglia expendente, refectas voluit, prout etiam Sanctagathensem Clerum. Oratores quadragesimali tempore seu Beneventanos, eosque præcipuos tam in Principe Templo, quam in diœceseos Ecclesiis adhibuit, cujus rei gratia præfatus Canonicus hoc distichon elucubravit.

Anoubba hic docuit dein Vastalegna, Pipernus,
Rendina, Mauronus, plura Boraglia docet...

Subditos omnes verbo, scriptis, & exemplo excitavit, adjuvit, fovit, ac fovet. Altum Episcopii puteum jamdiù lapidibus, ac humo repletum magno sumptu exhauriendum curavit, hoc tetrastico, ut rem posteris testaretur, apposito.

Has dedit Hector aquas, Albinus reddidit: utri
Plus debet? fecit quos amor esse pares.
Quin magis alter amat: plus dat, qui reddidit undas,
Nam data lympha minus, reddita grata magis.

Peculiarem Divini Officii pro sua diœcesi Ordinem satis apposite elucubratum Beneventanis typis quoque anno excudendum curat. Præter gentilitium sacellum Beneventi in D. Mariæ de Monte Carmelo pretiosis ditatum marmoribus, maximam cathedralis aram eodem marmore, ac regio prorsus nitore ditavit, populum versus erectam voluit, solemnique pompa ab eruditissimo Præsule Josepho Schinosi Vigiliensi, Tranensi, & Consentino Patritio, ac Episcopo Casertano dicatam ovans aspexit, prout sequens inscriptio posteros admonet.

D. O. M.

Dedicatæ hujus Cathedralis recurrentem diem aræ maximæ Consecratio coronat. Hanc, quam olim an. MDCLXXXXI. Illustriss. & Reverendiss. D. Joseph Schinosus Episcopus Casertanus Visitator tunc Apostolicus è conspectu positam consecravit, eamdem nunc nobilius hic excitatam rogante Episcopo Sanctagathensi Albino renovato consecrationis beneficio solemni ritu decoravit. Gratus Antistes, & Capitulum eodem die XX. Octobris MDCCXV. M. P.

Odæi pavimentum antiquo musivo opere stratum, & ferè protritum satis affabre concinnatum voluit; Pontificalem præterea cathedram, quæ prius in cornu Evangelii mobilis erigi consueverat, mutato, ut supra præfatimus, principis aræ situ, in medio ejusdem Odæi immotam constituit. Episcopale archivum, civitatis ærarium, diœcesis thesaurum, in quo nullus ante rerum ordo, nulla temporum adhibebatur distinctio, sed confusè, ac negligenter omnia custodiebantur, non modò restituit, verum etiam adeo concinnavit ornatissimus Præsul, ut admirationi planè fuerit ipsi Card. Vrsino inspicienti.

A Clemente XI. cui (cum diceretur in minoribus Joannes Franciscus Cardinalis Albanus) Albinus erat familiaritate conjunctissimus Parmensi Ecclesia donatus fuit, oblata Sanctagathensi Ecclesia cum largo etiam pro Bullarum expeditione mediæ impensæ donario, Nicolao Xaverio fratris filio Nuntiaturæ Neapolis tunc Auditori, nunc basilicæ principis Apostolorum in Vrbe Canonico. Invictus autem Præsul, habitis prius apud Patres Ordinis Prædicatorum in Taburni montis Cœnobio suæ diœcesis, ad divinam exorandam opem, piis humanarum, divinarumque rerum commentationibus, Parmensem Ecclesiam humillimè recusavit. Enimverò secundæ sponsæ thalamum licet ditiorem, primæ sponsæ thoro posthabito tamquam minus divite, prensare nefas esse autumavit. Vivit inclytus, ac magnus Præsul majoribus præclaras ob virtutes, dignitatibus procul dubio dignissimus; præsertim vero ob Ecclesiasticam immunitatem acerrimè propugnatam. Proinde ipsius immortalitatem nominis magnis quæsitam meritis buccinatrix semper fama evulgabit. Ipse tamen mortalitatis suæ non immemor tumulum sibi in Cathedrali hac adjecta inscriptione paravit.

Philippus Albinus Patritius Beneventanus S. Ecclesię Agathensis Episcopus hoc sibi vivens posuit, ut memor mortis viveret post sepulchrum consecratus XVIII. Octobr. MDCXCIX. Obiit die ...... Anno Ætatis suæ .....

S. SEVERI.

EPISCOPI.

SANCTI SEUERI nobile Apuliæ oppidum in Provincia Capitanata quarto à Gargano monte milliario dives, & opulentum, civitatis nomine, ac dignitate Episcopali condecoravit Gregorius XIII. anno 1580. conjuncta illi Ecclesia Episcopatus Civitatensis suffraganea Metropoli Beneventanæ, quæ, civitate in solitudinem antea redacta, & solo æquata, subjacto, ut Curiæ more loquar, suppressa fuerat. A quo autem hæc nupera sancti Severi civitas condita fuerit, non facile dictu

est, post tamen nostræ salutis aliqua sæcula suum habuisse exordium credunt incolæ; sed illius, nullus auctor antiquus neque recens scriptor meminit præterquam Falco Beneventanus in Chronic. & Innocentius PP. III. In Epistola ad Clerum milites, & Populum ejusdem, in qua scribit, ut Card. Legato obediant. Cæterum nostris temporibus civitas hæc vehementi terræ motu pene tota eversa est, ac desolata, quam deinceps civium amor, ac Ducis Turris majoris gentis Sangræ nobilissimi illius Toparchæ diligentia restaurarunt, adeo ut hodie pristinum splendorem recepisse partim videatur. Ecclesia Cathedralis titulo D. Virginis Mariæ de Via, satis pro conditione nobilis, tota ferè cecidit. Canonici numero 15 cum Dignitatibus, Cleroque toto ad S. Antonii se receperunt, eamque pro Cathedrali hactenus habent, ibique divinum pensum exsolvunt. Diœcesis S. Severi perangusta est, constat autem ex Veteri Diœcesi Civitatensi, & duobus oppidis. Turris-Majoris, & Rauli. Sunt in ea Abbatiæ duæ, una de Bipalta, & altera S. Joannis in Lamis Ord. Cisterciensis commendari solitæ. Mensæ Episcopalis annuus census aureorum 1200. qui partim ex decimis partim constant ex annua pensione 400. ducatorum à Canonicis Regularibus insulæ Tremiti episcopo Civitatensi pendi solita, à quo locum S. Leuci in feudum obtinet. Taxatur autem episcopatus hic in lib. Cameræ Apostolicæ Flor. 150. Porrò antequam paucos episcopos qui huic Ecclesiæ præfuerunt enumeremus, operæ pretium duximus hic exscribere Gregorii XIII. diploma, quo S. Severi oppidum civitatis titulo, & Episcopali insignivit dignitate ab ipso autographo conscriptum.

GREGORIUS EPISCOPUS
servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

*Pro excellenti præeminentia sedis Apostolicæ, in qua post Beatum Petrum Apostolorum Principem, quamquam imparibus, pari tamen auctoritate constituti sumus, dirutas ecclesias temporum injuria, aliisque calamitatibus supprimere, ac illarum loco in agro irriguo militantis ecclesiæ novas episcopales sedes, & ecclesias plantare Romano Pontifice dignum arbitramur, ut per ejusmodi novas plantationes populorum augeatur devotio, divinus cultus floreat, animarum salus subsequatur, & loca humilia illustrentur, idque eo libentius agimus in iis locis, in quibus, benedicente Domino, incolas & alios Christi fideles multiplicasse noscuntur, ut propagatione novæ sedis, & ossificatio honorab. Præsulis cum decenti ministrorum numero fideles ipsi in devotione persistentes, & etiā devotionis hujusmodi augmentū suscipientes æternæ felicitatis præmium, Deo eorum pium propositum adjuvante, facilius consequi mereantur. Sanè cū Civitat. in Regno Neapolit. consistens penitus destituta, & solo æquata à nullis incolis habitetur, & vix vestigia Cathedralis ecclesiæ in ea appareant, & ob id ecclesia Civitat. amplius in rerum natura non existat. Nos attendentes, quod si ipsa ecclesia Civitaten. certo modo Pastoris solatio destituta, nomen, titulus, & denominatio Cathedralis ecclesiæ perpetuò supprimerentur, & extinguerentur. Archidiaconatus verò, qui major post Pontificalem, & Archipresbyteratus ipsius ecclesiæ, qui secundæ inibi dignitates existunt, ad infrascriptam erigendam ecclesiam transferrentur, ac Oppidum S. Severi nullius Diœcesis ejusdem Regni, quam insigne, ac mœnibus, & Turribus cinctum est, necnon frequentem populum, & quamplurimos incolas nobiles continet, & in quo quatuor Parochiales existunt, in civitatem, & Parochialis ecclesia B. Mariæ Virginis ejusdem oppidi, quæ satis venusta, ac frequenti numero sacerdotum, & ministrorum ecclesiasticorum referta, nec non omnibus ad divinum cultum necessariis luculenter instructa, & aliquatenus insignis, in Cathedralem ecclesiam sub invocatione ejusdem B. Mariæ Virginis cum alia dignitate, & duodecim Canonicatibus, totidemque præbendis, duobus perpetuis simplicibus personalem residentiam requirentibus beneficiis ecclesiasticis beneficiatis nuncupandis erigerentur, & instituerentur, necnon ecclesiæ Civitat. ac Archidiaconatus, & Archipresbyteratus præfatorum bona, fructus, redditus, proventus, jura obventiones & emolumenta quæcunque eidem ecclesiæ erigendæ, illiusque episcopali, & Capitulari mensis respectivè etiam perpetuò applicarentur, inde profectò cleri & populi salus cum ecclesiæ B. Mariæ Virginis, ac oppidi prædictorum decore longe magis proveniret, præmissis itaque; & aliis rationabilibus causis adducti, habita super his cum venerab. fratr. nostris deliberatione matura, de illorum consilio, & assensu, ac Apostolicæ potestatis plenitudine in dicta ecclesia Civitaten. nomen, & titulum, & denominationem Cathedralis eccl. Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò supprimimus, & extinguimus, Archidiaconatum verò, & Archipresbyteratum suppressæ ecclesiæ hujusmodi ad dictam erigendam ecclesiam transferimus, necnon oppidum in civitatem Sancti Severi nuncupandam, ac ecclesiam Beatæ Mariæ hujusmodi in Cathedralem ecclesiam sub Invocatione ejusdem B. Mariæ pro uno episcopo. Severi nuncupan. qui eidem Cathedrali eccl. præsit, illiusque ædificia amplietur, & ad summum Cathedralis Ecclesiæ redigat, episcopalem, & canonicales domos construi, & ædificari faciat, omnimodamque in clerum, & populum prædictum jurisdictionem episcopalem exerceat, necnon omnium, & singulorum beneficiorum ecclesiasticorum in civitate S. Severi, ac infra assignanda Diœcesi pro tempore vacantium dispositionem ordinario jure, aliaque omnia, quæ ad munus episcopale pertinent, ac Archiepiscopo Beneventano jure Metropolitico subsit, necnon in eadem Cathedrali Eccl. unum Archidiaconatum, qui inibi post Pontificalem major, & pro Archid. olim Civitat. & unum Archipresbyterum pro Archipresbytero, qui in erecta ecclesia hujusmodi animarum curam hactenus exercuit, & in futurum exercebit, qui secunda; ac unum Primicerriatum pro Archipresbytera olim Civitaten. qui tertia, & ultima dignitates inibi existant, ac duodecim Canonicis præbendatis, qui omnes insimul Capitulum d. Cathedralis eccl. constituant, necnon duo perpetua simplicia, & personalem residentiam requirentia beneficia ecclesiastica, beneficiata nuncupanda pro duobus Clericis beneficiatis nuncupandis. Præterea in ea Episcopalem dignitatem cum sede, præeminentiis, honoribus privilegiis, & facultatibus, quibus aliæ Cathedrales ecclesiæ de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, & potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, necnon Episcopali, & Capitulari mensis, aliisque Cathedralibus insignibus ad Omnipotentis Dei, ejusdem Beatæ Mariæ laudem, totiusque triumphantis ecclesiæ gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem auctoritate, & tenore præfatis perpetuò erigimus, & instituimus: ac oppidum sancti Severi prædictum civitatis, & ecclesiæ B. Mariæ Cathedralis, necnon habitatores, & incolas hujusmodi civium nomine & honore decoravimus. Ulterius dictæ erectæ Ecclesiæ oppidum sancti Severi pro civitate, necnon olim civitatem Civitatensem, ac illius territorium, oppida, terras, villas, & alia loca olim in Diœc. Civitaten. existentia, ac etiam locum Turris majoris nullius Diœcesis, ejusdem loci Turris majoris, & civitatis S. Severi territoria, & districtus pro Diœcesi, necnon Ecclesiasticas pro Clero, & sæculares personas in civitate S. Severi, & loco Turris majoris hujusmodi, ac territoriis, oppidis, terris, villis, & aliis locis prædictis habituates pro Populo auctoritate & tenore præmissis pariter perpetuò concedimus, & assignamus, ac civitatem, diœcesim, clerum, & populum hujusmodi futuro Episc. S. Severi quoad Episcopalem, & dicto Archiep. quoad Metropolitanam ordinariam jurisdictionem, & superioritatem, ita quod dictus locus Turris majoris non amplius nullius Diœcesis; sed posthac S. Severi Diœcesis existat, subjicimus, necnon ruralem Eccles. Rectoriam, seu Præposi-

turam

turam nuncupatam olim Monasterium SS. Petri & Severi Ordin. S. Benedicti dicti oppidi Turris majoris, quam venerab. frater noster Jacobus Episc. Aprutin. nuper in commendam ad ejus vitam ex dispositione Apostolica obtinebat, ac cujus, & illi forsan annexorum fructus, redditus & proventus triginta ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum, ut accepimus, non excedunt commenda hujusmodi ex eo quod idem Jacobus Episcopus, illi, & omni juri sibi in dicta Rurali Ecclesia, vel ad illam quomodolibet competentia hodie in manibus nostris sponte, & liberè cessit, nosq; cessionem hujusmodi duximus admittendam cessante adhuc eo quod ante commendam ipsam vacabat tunc vacantem, cum annexis hujusmodi prædiis, proprietatibus, ac omnibus juribus. & pertinentiis suis, omniaque & singula prædia, proprietates, census, decimas, primitias, cæteraq; bona, fructus, redditus, proventus, & jurisdictiones, actiones, & jura, ac alia emolumenta quæcunq; olim mensæ Episcopalis, & Ecclesiæ Civitaten. & quæ hactenus ad ipsam mensam Episcopalem, Episcopum, & Eccl. Civitaten. quomodolibet, & ubilibet spectabant & pertinebant Episcopo pro ejus, & Episcopo S. Severi pro tempore existenti, Capitulari autem mensæ erectæ Eccl. hujusmodi, illiusque massæ communi pro dignitatum, Canonicatuum, & præbendarum, aliorumque beneficiorum in ea erectorum dotibus, illaque pro tempore obtinentium alimentis necessariis omnia, & singula fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcunq; B. Mariæ in Cathedralem erectæ, necnon Archidiaconatus traslatorum prædictorum fructus, redditus, proventus, obventiones, & emolumenta quæcunq; ita ut ex dicta massa aliquid certum in præbendam dictis Archidiacono, Archipresbytero, & Primicerio, necnon Canonicis, & Beneficiatis constituatur, ac reliqua, quæ detractis præbendis hujusmodi dictæ massæ supererunt, pro rata servitii ab unoquoque eorum præstiti postmodum inter ipsos modo, & ordine à futuro Episcopo S. Severi præscribendo dividantur auctoritate, & tenore præfatis etiam perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus, ita quod liceat pro tempore Episcopo S. Severi olim massæ Episcopalis, & Ecclesiæ Civitaten. Rectoriæq; prædictarum, ac Capitulo, & Beneficiatis prædictis ipsius erectæ Ecclesiæ, necnon Archidiaconatus, & Archipresbyteratus translatorum hujusmodi fructuum, redditunm, & proventuum, jurium, obtinentium, & emolumentorum corporalem possessionem per se, vel alium, seu alios, propria auctoritate respectivè liberè apprehendere, & perpetuò retinere, illaq; percipere, colligere, levare, exigere, recipere & recuperare, arrendare, locare, & in eorum usum & utilitatem respectivè convertere, cujusvis licentia desuper minimè requisita, eximunt; irritum & inane, si secus super his à quoquam contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostris de non tollendo jure quæsito, ac unionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, necnon Lateranen. Conc. novissimè celebrati uniones perpetuas nisi in casibus à jure permissis fieri prohibentis, aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictarum Ecclesiarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & litteris nostris, illisque eorum personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma illis tradita observata inserti forent, præsentibus prosufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis, & extinctionis, translationis, erectionis, institutionis, decorationis, concessionis assignationis, subjectionis, unionis, annexionis, incorporationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo, die 9. mensis Martii, Pontificatus nostri anno decimo.

1 MARTINUS de Martinis, Aquilanus, olim è Societate Jesu Presbyter Theologus, tunc Pharensis Episcopus, Gregorio XIII. à priori ecclesia absolutus, primus S. Severi Episcopus designatus est 28. Febr. 1581. secundo sui pontificatus an. decessit. I.

2 GERMANUS ex Marchionibus Malespinis, Ligur adlectus est Episcopus die 27. Aprilis 1583. sub Clemente VIII. In Polonia Apostolicus Nuncius aliquando fuit. Sedit ann. 21. obiit autem anno 1604. In diruta Cathedrali hæc olim de eo extabat in marmore inscriptio. II.

Germanus Marchio Malespina Episcopus,
apud Polonorum Regem pro sedandis Reip.
Christianæ controv. Internuncius Apostolicus cum potestate Leg. Odeum pos. & ornav.
Anno Domini M

3 OCTAVIUS Vipera, nobilis Beneventanus, successit die 15. Decembris 1604. Brevis Pontifex fuit, quippe qui vix annum secundum attigerat, cum vocatus est ad tumulum. („ *Octavianus de Vipera, Beneventanus patritius ex antiquis oppidi Viperæ Comitibus à sua patria ad Innocentium IX. & Clementem VIII. summos Pontifices fuit ablegatus; cumque tam patriæ, quam Apostolicæ sedis rem laudabili fide gessisset, arcis Beneventanæ prius Præfectus constitutus est ab eodem Clemente datis litteris apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 26. Septembris 1596., postmodum anno 1604. à præfato Clemente, hujus S. Severi Ecclesiæ Episcopus renunciatus fuit, quam dum omni studio, ut debebat, regere nititur, vix incepto secundo Præsulatus anno è stadio Mortalitatis excessit. Marius Beneventanus Archidiaconus, Fabritius, & Mercurius fratres fratri optimo nobilem tumulum excitavere in Coram Epistolæ Sacelli Ss. Servatoris in æde principe Beneventana, qui in præsens minime conspicitur, cum terræmotus anni 1688. ruinis protrita Ecclesia, & Cardinalis Ursini munificentia restituta, alteram prorsus induerit formam. Hæc in illo legebatur Epigraphe.* §III.

„ D. O. M.
„ Octaviano de Vipera
„ genere, doctrina, vitæ innocentia,
„ ac morum suavitate
„ Clarissimo,
„ urbis Beneventanæ apud Innoc. IX.

" & Clementem VIII. Pont. Maximos
" summa animi prudentia
" tutelam agenti,
" Sancti Severi Episcopo vigilantissimo,
" vita licet breviore à natura data,
" benè redditæ sempiternam
" adepto.
" Vixit annos XLII. menses VIII. dies XIII.
" Obiit die XIII. Januarii MDCVIII.
" Fabritius, & Mercurius
" Fratri Optimo.)

IV. 4 FABRITIUS Verallus *a*, nobilis Romanus, Matthæi, & Juliæ de Corvara filius, Hieronymi sub Paulo III. Card. nepos, Urbani VII. Pont. Max. affinitate conjunctus, ab ipso educatus. Perusiæ literis institutus Juris utriusq; Doctor evasit, vir comitate morum, & affabilitate omnibus gratus. Vaticanæ Basilicæ Canonicatu donatus, ab Urbano destinatus ad purpuram. brevi Pontificis vita, fortunæ primordia tunc libavit tantum Sub Clemente VIII. utriusque Signat. Refer. Melitæq; Insulæ Inquisitor institutus. sub Paulo V. S. Severi Episcopatu die 5. Maii 1606. cohonestatus, ad Helvetios Apostolicus Nuncius missus est. quo in munere dum versaretur cum laude, S. R. E. Card. renunciatus est an. 1608. 24. Decemb. pileo rubro, ac titulo S. Augustini insignitus 10. Decemb ejusdem anni, pauloque post sanctæ inquisitionis Episcopatum, ac Regularium, sacrorumque Rituum Congregationibus adscriptus sancti Francisci Districtioris Observantiæ, Servitarumque Familiæ, Neophytorumque in Vrbe Protector declaratus, quæ munia eadem semper animi sui moderatione, prudentiaque obivit. Ecclesiam S. Severi ex voluntate Pontificis dimisit an. 1615. 23. Martii, ut liberius universali Ecclesiæ Romæ operam navare posset suam, maximaque valuit gratia apud Paulum ipsum, Gregorium XV. Vrbanumque VIII. Pontiff. Maxx. quorum Comitiis interfuit. Romæ decessit die 27. Novembris 1624. humatusque est in æde sancti Augustini prope Patruum Cardinalem: posteri nobile marmoreum sepulchrum, & epitaphium excitarunt.

a De eo Ciaconius Oldoinus tom. 4. col. 619.

D. O. M.

Fabritio Verallo
Romano
Hieronymi Card. Veralli fratris filio,
à Paulo V. post Nuncii Apost. munus
apud Helvetios
impigrè administratum,
ad sacram Purpuram admoto,
cui promerenda Urbani VII.
consanguinei sui,
apud quem adoleverat
exemplis instructus
optimi Pontificis mores
expressit,
qui sublatum repentè Principem
sibi aliquando repræsentaret.
Obiit anno Domini MDCXXIV.
ætatis suæ LIV.

V. 5 VINCENTIUS Caputus de Ruvo ex dimissione Card. Veralli evasit quartus hujus Ecclesiæ Episc die 23. Martii 1615. Sedit fere ann. decem, & ad Ecclesiam Andriensem translatus est 19. Febr. 1625.

VI. 6 FRANCISCUS Venturius, Florentinus, filius Joannis Senatoris, & Flammettæ de Victoris, neptis Petri Victoris clar. viri, natus Florentiæ die 13. Septembr. 1576. ex antiqua, ac nobili familia Ventura, quæ viros in Repub Florentina clarissimos dedit, adolescens literis, ac philosophicis studiis benè institutus, Pisis Jurisprudentiæ operam dedit, & laudem doctoratus accepit, Canonicatu jam antea in Metropolitana Florentina ab Alexandro Card. Mediceo Archiepiscopo exornatus, quem Pontificem Maximum sub nomine Leonis XI. defunctum in Metropolitana funebri ac luculenta oratione parentavit, eodemq; oratoris munere functus, dum Cosmus II. Magnus Dux Etruriæ in Ecclesia S. Laurentii solemni funere Henrico IV. Magno Gallorum Regi justa persolveret. Romam profectus cum Joanne Card. Bonsio, Flammettæ matris consobrino, sub Auditoris titulo, regnante Paulo V. evasit utriusque Signat. Referend. cujus ingenio, & eruditione, ac moribus delectatus Scipio Card. Cobellutius, defuncto Card. Bonsio, in suorum familiarium numero eum habuit, & quibuscunque honoribus ornavit, cujus etiam opera usus est in Constitutione de Romano Pontifice eligendo, à Gregorio XV. Cardinalibus præscripta. Virtutum suarum favore, ac Card. Cobellutii commendatione ab Vrbano VIII. die 9. Junii 1625. renunciatus est Episcopus S. Severi, quam provinciam ita gessit, ut ingenium agnoscerent omnes, animi magnitudinem suspicerent, fortitudinem in Ecclesiasticis sustinendis juribus, tum in adversis, ac calamitosis in quæ incidit temporibus, admiratione prosequerentur. *Episcopatus autem honorem* (verba sunt Jani Nicii Erythræi in elogio ejusdem dignissimi Præsulis) *ita sibi creditum, & commissum accepit, ut se omnium officiorum obstringi religione arbitraretur, itaque in eo administrando, non nomen amicitiæ, non alterius cujusvis necessitudinis vinculum, non hominum potentiorum gratia, non utilitatis privatæ ratio, plus apud eum valuit, quam mos majorum, quam leges, quam veritas, ac ratio, atque, ut esset sui juris, & mancipii Ecclesia, cui nonnemo conabatur libertatem eripere. Non dubitavit igitur hominum potentissimorum inimicitias suscipere, multorum in se odia convertere, laboris plurimum capere, vitæ pericula pro suarum ovium incolumitate, tanquam Pastor bonus, adire. Nam nefarios juris Ecclesiæ prædones, cum sæpius admonitti, non resipiscerent, palam sacrificiis interdixit; statuitque ut in numero sceleratorum, atque impiorum haberentur, neque quisquam aliquid cum eis sermonis conferret, vel negotii contraheret, nisi ex eorum contagione infici, atque in ejusdem exsecrationis laqueos vellent incidere. Quo tempore, mira quædam, & horribilia divinæ animadversionis exempla edita sunt in improbos, & contumaces: nam cum nulla eos sceleri quod patrarant pœnitentia commoveret, nec darent operam ut ab eo, qui ipsos devovisset, resacrarentur, atque ex devotis eximerentur, factum est, ut tanti repentè terræmotus extiterint, ut oppidum corruerit, multis ejus agri locis labes facta sit, terra desederit, & tanquam apertis faucibus, villas, homines, greges, & armenta deglutiret, & in ventre reconderet, ipse vero Episcopus, tanquam Loth alter, vix vivus evaderet. Venit igitur Romam, amissis rebus omnibus, ubi cum afflictis suis rebus, ac perditis, auxilii nihil inveniret, Florentiam, hoc est in patriam ad suos, petiturus auxilium se contulit, neque piissimus ille Princeps* (Ferdinandus II.) *de spe sua decipi passus est eum, cum per eos dies Archidiaconus Deiparæ Virginis de Flore excessisset de vita* (melius dixisset ad Archiepiscopalem sedem ascendisset) *in ejus locum illum subrogavit, ut tantisper dum cujuspiam Episcopatus vacaret, cujus fructibus vitam sustentaret; sed hominem antea ad se cœlum arripuit, quam aliqua ejus rei se ferret occasio. Verùm Magnus Etruriæ Dux, ut propensam suam erga Franciscum voluntatem ostenderet, in ejus demortui locum, fratrem subrogavit.* Hactenus ille de eximio hoc Præsule. Cæterum Franciscus cum in episcopali munere versaretur, stylo uberiori scripsit *a* latino sermone vitam S. Andreæ Corsini, quam in lucem emisit, in qua omnis ejus facultas, & elegantia percipi potest. Episcopato verò se absolvit an 1639. evasit deinde Archidiaconus Florentinus, in locum Petri Nicolini electi Archiepiscopi anno 1632. denique confectus morbo, surreptus è vivis die 18. Novemb. 1642. splendido elatus funere in Metropolitana, ac communi Canonicorum ossuario humatus est. Alexander ejus frater factus est Archidiaconus, qui adhuc vivit Serenis. Principis Card. Caroli Medices Sacri Collegii Decani Auditor eximia probitate ac virtute vir lõge clarissimus. Augustinus

a Scripsit etiam Vitam Humilianæ de Cerchiis, quæ extat MS. apud Cerchios Florentiæ. Mandos.

stinus Coltellinus Florentinus J. C. Academiæ Apatistarum, à se domi institutæ fundator, quam Universalem appellavit, hoc cœnotaphium in Francisci parentalibus, nomine Academiæ inscripsit.

Franciscum Venturium Episcopum
eruditione, prudentia, doctrina, pietate, religione
inter optimos summum suspice, Lector,
quem in Severo solo
frustra placidum micatus Orbis,
concussa sibi credita tellure inconcussum,
terrificis chasmatibus
ædificia tota vasto demissa hiatu vorantibus
impavidum
sævienti cedentem Numini,
lachrymis præ gaudio obortis
incolumem Urbs excepit:
obviis Ecclesiæ Purpuratis,
URBANO VIII. Pont. Max. amplexante,
Florentia dein
ad patrios lares redeuntem.
natalem in sinu recepit:
& cum vigilantissimum nosset
in oculum elegit Antistiti,
Argum dimisses
quoadusque sapientiæ Divinæ nato
lumina clauserit,
ut quem viderat in speculo DEUM
mente liberius intueretur.
Illo extincto
inconsolabiles auditi luctus
non nisi Alexandro germano suffecto sedandos.
Sic primo avulso non deficit alter.
Illo demum super Astra, ut credere pium est,
evecto
id unum parentando nunc
APATISTÆ
ut ejus memoriam recolentem
suis, exterisque
Ingenui viri, sapientis Academici, &
irreprehensi Pastoris proponant exemplar.
Utinam exempla respondeant.

VII. 7 DOMINICUS Ferrusortus in oppido Campi Minervinæ Diœcesis, successit Francisco anno 1629. 3. Decembris. Obiit anno 1635.



VIII. 8 FRANCISCUS ANTONIUS Sacchettus electus die 1. Octobris 1635. translatus ad ecclesiam Trojanam an. 1650. (,, *Laudatur perbelle in tertia parte Epistolarum memorabilium Abbatis Justiniani, p. 270. De eo etiam Toppius in Bibl. Neapol. p.* 393. Mandosius.)

IX. 9 LEONARDUS Severolus a nobilis Faventinus eligitur hujus ecclesiæ Antistes ab Innocentio X. anno 1650. die 18. Augusti: sedit plus minus annis quatuor, obiit anno 1654. post cujus obitum adlectus est Venantius Muzzincolus Interamnensis nobilis & probus vir, qui juri suo cessit nondum præconizatus.

a De eo Chartarius in Syllabo Advocat. Consist. *Mandos.*

X. 10 JOANNESBAPTISTA Montius ex oppido Fereandinæ promotus die 11. Octobris 1655. brevi temporis spatio, quod diu concupierat, fato superveniente, coactus est relinquere. Jacet in Procathedrali ecclesia.

XI. 11 FRANCISCUS Densa ex oppido Montis Corvini Acernensis Diœcesis, patre Josepho, matre Antonia Bassa natus, moribus, ac literis clarus Romæ utriusque Juris lauream suscepit, ab Urbano VIII. Canonicatu Salernitanæ ecclesiæ donatus, cui aliquando Vicarius fuit, Tusculi, & Tarenti eodem munere functus, ab Alexandro VII Pont. Max. Sancti Severi pronunciatus Episcopus die 27. Decembr. 1657. Vivit optimus vir, cui à Deo Opt. Max. prosperam, ac longævam vitam precamur.

A D D I T I O.

(,, *Episcopalem mensam ab onere non mediocris solutionis, vulgò* Pensione, *cui erat obnoxia, summo labore, non modò exemit, sed & ipsi aliquot fundos asseruit, qui jamdiù usurpati ab illis, qui vulgò dicuntur,* li locati di foggia, *detinebantur. Mortalem hominem exuit die 6. Augusti 1670., sepultusque fuit in sua æde principe D. Severi.*

,, *HORATIUS Fortunatus, à S. Archangelo, dum Vicarium generalem ageret Paulutii Cardinalis de Alteriis in diœcesi Montis Physconis ad hanc cathedram ab Clemente X. 6. Novembris 1670. evehitur. Majus templum restauravit, in eoque pavimentum, lacunar, & suggestum opiparè concinnata voluit. Synodum habuit valdè salutarem. Sodalitium Sacerdotum in D. Luciæ instituit. Divinus honor, suæque sponsæ in eo primas semper obtinuit; pauperum bono consuluit semper, adeò ut pro illis semper ipse egenus, & egestatis individua incommoda semper perpessus fuerit. Anno postea 1677. ab Innocentio XI. ad Neritinam translatus fuit ecclesiam, ubi quam transegerat vitam Sanctimoniæ dote semper conspicuam sanctiss. fine coronavit X. Kal. April. 1707. de quo in T. p. in Neritinis Episcopis fol.* 1061. XII.

,, *CAROLUS Felix de Marra, Cremonensis, cum Eminentissimo Vidoni Auditoris munere adhæreret, ab eod. Innocentio XI. die* 8. Jun. 1678. *huic Eccl. præficitur, in qua duas habuit Synodos sanctissimis legibus refertas. Jura suæ Ecclesiæ Sacerdotali pectore propugnavit, pietatis, prudentiæ, justitiæ, aliarumque virtutum nominibus clarissimus Præsul. Clericorum seminarium excitavit. Palatium in oppido Divi Pauli suæ diœcesis pro Episcopis à fundamentis erexit, ubi die 26. Februarii 1701. humanis rebus ereptus fuit. In Civitatem vero S. Severi ejus cadaver ab suo Capitulo deductum fuit, ibique in cathedrali tumulatum.* XIII.

,, *CAROLUS Franciscus, Mario Grecoli, & Anna Fortunati nobilibus parentibus in Lucania natus die 4. Novembris 1664. ab avunculo Horatio Fortunati tunc temporis S. Severi, postmodum Neriti immortalis, sanctæque memoriæ Episcopo, summa sollicitudine educatus Philosophiæ, ac Theologiæ stadium cucurrit in Seminario Clericorum Neriti. Neapoli vero utriusque Juri operam dedit, lauream tamen in Romano Sapientiæ Archigymnasio assecutus, ad omnes Ecclesiasticos Ordines ab eodem suo avunculo promotus fuit. Antonio Perez de Lastra Gallipolitano Episcopo viginti sex annos natus, Vicariam operam laudabiliter præstitit, ut etiam postea suo avunculo, qui attentis in eo integerrimis moribus, & mira in rebus agendis dexteritate, in paucis semper dilexerat. Die 16. Julii 1703. electus fuit hujus Ecclesiæ S. Severi Episcopus, consecratus ab Em. Sperello de Sperellis die 22. ejusdem mensis, & suæ Ecclesiæ possessionem iniit die 24. Augusti ejusdem anni 1703. Duas habuit pro reformatione morum apprime salutares Synodos. Quatuor Sodalitates laicorum instituit, multa altaria, & quinque basilicas consecravit, nempe Capuccinorum, & S. Mariæ de Monte Carmelo in civitate S. Severi, alteram PP. Reformatorum S. Francisci in oppido S. Archangeli, aliam PP. Minimorum D. Francisci de Paula in civitate Neritonensi. aliam denique PP. Capuccinorum in oppido Galatonæ in Japygia. Palatium E-* XIV.

piscopale, Seminarium, Cathedralem Ecclesiam, quam multorum etiam Indigetum lipsante, & signanter ligno S. Crucis ditavit, summo, & quod caput est, proprio erogato Ceasu eefecit, exornavit. Reliquas verò ædes instaurandas, & sacra supellectile instruendas præ viribus curavit. Pro defensione jurium Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ libertatis plura substinuit, magnoque momenti litibus fuit implicitus, donec ad Capataquense Sacerdotium die prima Maii 1717. translatus fuit, de quo in illius Præsulum serie tom. 7.

XV *Fr. ADEODATUS Vincentii Summantici, & Sylviæ Caccioni filius, illustri utroque genere Foglæ natus, licet ab hac civitate S. Severi oriundus, adolescens Eremitarum ordini Divi Augustini nomen dederat, in quo scientiis omnibus imbutus Philosophiam, ac Theologiam octo suprà decem annos publico plausu docuit. Suum Ordinem Procurator generalis, ac demum dum Prior generalis sanctissimè regeret, ab Clemente XI. die 12. April. 1717. hanc Ecclesiam suscepit regendam, & die 25. ejusdem mensis ab Em. Nicolao Spinula in Divi Augustini sacratus fuit. Episcopalem domum in civitate S. Severi jam penè labantem refecit, ut & etiam alteram in oppido Divi Pauli, cui aliquot insuper cubicula adjecit. Pro Curia, & Vicario generali locum etiam à fundamentis aptavit. Super hierophylacio suæ ædis principis, quod omni sacra, & pretiosa supellectili instruxit, bina cubicula prò Æconomo, & Sacellario excitavit. Ad pauperum commodum opus valdè pium, Montem, ut vulgo, Frumentarium erexit. Seminarium confirmavit annuis illud redditibus ditando. Quosdam mensæ fundos jamdiu incultos sua reddidit industria frugiferos. Synodum habuit anno 1720. Totus est in eradicandis abusibus, paupertate levanda, & Ecclesiastica disciplina restituenda. Sua denique lenitate, ac mansuetudine jam sunt prava in directa, & aspera in vias planas. Vivat diu Præsul pietate, doctrina, prudentia, aliarumque virtutum corona redimitus.)*

TELESINI

EPISCOPI.

HAUD procul confinenteis Vulturni, Sabarique fluminum in Provincia Terræ Laboris sita est Telesia, quondam celebris, ac potens Samnitum civitas: cujus meminere Livius, Strabo, Ptolomæus, Romana Itineraria. Posterioribus temporibus Colonia fuit deducta, Frontino teste. *Telesia muro ducta Colonia à Triumviris deducta. Ager ejus limitibus augustels in nominibus est assignatus.* Hodie vero ob aeris intemperiem habitatoribus adeo vacua est, ut vix paucas domos in se contineat. Episcopatus hic antiquus est, & Beneventanæ Metropolis suffraganeus. Cathedralis ecclesia, tit. S. Crucis, veteris structuræ extra mœnia civitatis ad 500. passus sita est. Reliquias Sanctorum insignes nullas habet, cum ob metum incursionum, in nobili oppido Cerreti translatæ sint. Sacris in hac Basilica ministrant Canonici quatuordecim, è quibus quatuor dignitate eminent, Archidiaconus secundus ab Antistite, Primicerii duo, major, & minor, & Archipresbyter; qui tamen omnes ob loci insalubritatem, patrios & vicinos vicos incolunt, cumque nullas habeant proprias præbendas centum modios annuos frumenti, qui ex his inserviunt, inter se partiuntur. Mensæ vero Episcopalis census aureorum 700. taxatur in lib. fiscl Apostol. flor. 140.

Porrò Diœcesis Telesina 20. castris, seu oppidis constat, quorum præcipua sunt Cerretum cum Collegiata Ecclesia titulo S. Martini, cui Archipresbyter, & Canonici undecim inserviunt, duobus virorum Cœnobiis, uno Sanctimonialium, Xenodochio, & sex laicorum sodalitiis. Hoc in oppido Episcopi Telesini, cum nullam habeant in civitate domum, majore anni parte agere solent. Guardia Sanfromundi Ecclesiam Parochialem Archipresbyteralem habet; cui annexæ sunt aliæ tres Parochiales, & Cœnobium Dominicanorum. Cucanum tres Parochiales Ecclesias tenet Archipresbyteralem unam, & duas Rectorales. Oppidum S. Laurentii, ubi Collegiata est Ecclesia, cujus Collegio omnes Presbyteri oppidani adscribi solent. Gioja Parochiales Ecclesias habet, unam Archipresbyteralem, aliam Rectoralem. In hac tota Diœcesi 25. Parochiales Ecclesiæ, Abbatiæ duæ sæculares recensentur. Episcopi, qui aliquando in hac Ecclesia floruerunt, sequentes sunt tantùm à nobis observati, de quibus solitas litanias decantabimus monumentis ejusdem Ecclesiæ destituti.

1 (1) GI..ERTUS Telesinus Episcopus, veluti suffraganeus Beneventanæ Eccles. memoratur in supra relato monumento Milonis Archiepiscopi in favorem Abbatiæ S. Sophiæ scripto anno 1705. & hæc tantum de eo ad nos pervenit memoria. Nec Gibertus hic primus fuit hujus Ecclesiæ Episcopus; sed primus, cujus memoria extet. Post ipsum spatio centum annorum desiderantur successores. I.

2 THOMAS, an successor Giberti, vel prædecessor fuerit, ignoratur; cujus sepulchrum in Cathedrali marmoreum iis versibus leoninis exaratum, quos vetustate, ac tempore post annum millesimum, vel centesimum post millesimum constat esse conscriptos. II.

Regnat cum Christo, qui marmore clauditur isto
Pectore divinus Thomas Præsul Telesinus.
Qui legit hoc probet; pro quo peto sæpius oret
Capiat ut æternam requiem, lucemque supernam.

3 PETRUS interfuit Lateranensi Concilio sub Alexandro III. celebrato ann. 1179. Sequenti cum Rogero Metropolitano suo Casinensi Ecclesiæ indulgentiam largitus est. In vivis erat, ni fortè alius Petrus diversus sit ab isto, an. 1189 ex monumentis Regii Archivii Neapol. III.

4 R. Archidiaconus Telesinæ Ecclesiæ, defuncto pastore, in contentione à Capitulo electus, pro quo confirmando Gregorius IX scribit Salpensi Episcopo 5. Kal. Aprilis 1240. an. pontif. 14. epist. extat in reg. Vat. ep. 3. fol. 1. IV.

5 RAO Episcopus Telesinus circa annum 1286. fortassis idem erit cum superiori, cujus nomen tantum exprimitur per lit. R. in reg. Vat. sub Gregorio. V.

6 SALEMUS defuncto Raone ex Canonico Cathedralis eligitur à Capitulo confirmatur ab Honorio IV. an. 1286 17. Kal. Aug. pontif. ex reg. Vat ep. 93. fol. 153. Vacabat pastore Ecclesia Telesina fortassis ex Salemii obitu, ann. 1325 ad quam Canonicorum suffragiis eligebatur Franciscus Pelegrinus Primicerius ejusdem Ecclesiæ, ita notatur in regio regest. Roberti Regis ad hunc annum. An fuerit à Pontifice confirmatus, mihi incompertum, cum sequenti anno sequens reperiatur Telesinus Antistes. VI.

7 RISUS Telesinus Episcopus jam consecratus solvit subsidium sacro Collegio anno 1326. die 24. April. ex lib. solut. Prælat. Joannis XXII. (*Hunc Joannem Arisum vocat Aetfus in Cremona liter. tom. c. p. 159.*) VII.

8 THOMAS electus anno 1329. die 11. Febr. & ipse promisit sacro Collegio. Excessit Avenione anno 1340. ex reg. Vat. VIII.

9 THOMAS Thomæ successit ex Archidiacono Cathedralis à Benedicto XII. promotus 8. Idus IX.

No-

(1) Inter Patres Concilii Romani à Felice III. habiti an. 487 adfuit Agnellus, qui Telesinus, Volsinus, & Torcelinus à variantibus codicibus appellatur. Harduinus in Indice Episcoporum inter Torcellanos illum perperam locat: juxta lectionem Dionysii huic sedi attribuendus videtur.

Novembris 1340. ex reg. Vatic. ep. 147. an.6. pontif. obiit an. 1345. A

X. 10 Fr. MATTHÆUS de Aqua putrida, Ordinis Minorum electus per obitum Thomæ, Id. Julii 1345. mortem obiit 1348.

XI. 11 Fr. DOMINICUS ejusdem Ord. Minorum datus est Episcopus à Clemente VI. 6. Id Novemb. 1348. ex eodem Vatic. regest ep. 290. fol.142.

XII. 12 JACOBUS de Cerreto episcopus Vulturariensis ad hanc Ecclesiam translatus successit Dominico, memoratur in lib. solutionum Innocentii VI die 30. Octob. 1353 & in regio regest. 1356. Credunt hunc fuisse Telesinum Episcopum, de quo loquitur inscriptio ad parietes posita in cornu Evangelii ecclesiæ Cathedralis.

J. cobus Episcopus Joannis Bartholomæi filius claustrum artavit, Tabernacul. ædificavit, campanile cooperuit . . . letis in cæteris . . . . Hyu. . . fratet . . .

XIII. 13 JACOBUS Episcopus Telesinus sub Urbano VI. erat Sabinensia Ecclesiæ Vicarius an 1387. B translatus est ad ecclesiam Neocastrensem an. 1398. ex lib. Provis. Prælat.

XIV 14 MARCUTIUS Angeli de Neapoli Canonicus Surrentinæ Ecclesiæ ad infulam Telesinam evehitur 13. Kal Feb. 1413. longo temporis spatio hanc consultissimè rexit Ecclesiam.

XV. 15 FERNANDUS Gimel Gurre Aragonus electus die 31. Januarii 1454. successit Marcutio. Obiit anno 1458.



XVI. 16 MEULUS de Mascambrunis Canonicus Beneventanus successor designatus est Fernandi prid. Non Januarii 1459 pauloque post consecratus sedit plus minus annis 5. translatusque est ad ecclesiam Muranam à Paulo II Acta Consist.

XVII 17 MATTHÆUS de Judicibus de Fiano. Archipresbyter sancti Stephani de Fiano Nepesinæ Diœcesis per translationem Meuli evasit hujus ecclesiæ Episcopus sub Paulo II anno 1464.



XVIII 18 TROILUS Agnesius nobilis Neapolitanus Episcopus Telesinus translatus est ad ecclesiam Lavellinensem die 12. Feb. 1487. ex ea deinde traductus ad Guardiensem, ut diximus.

19 Fr PETRUS Palagarius de Trano Ordinis Minorum, Decretorum Doctor, & in sacra Theologia Magister, Episcopus Lavellensis ad hoc Telesinum sacerdotium translatus est die 12. Febr. 1487. Hic per aliquod tempus ecclesiæ Ferrariensis suffraganeus fuit Hippolyti Estensis Card. episcopi, ad quem scripsit librum de ingenuis adolescentium moribus sub Julio II. egregius Præsul excessit. XIX.





20 ANDREAS Ricelus Neapolitanus clara familia, electus ab Julio II. fato functus est sub Leone X. an. 1515. Commendatur tunc Ecclesia Card. XX.
ARAGONIO die 25. Maii, qui post paucos dies ad favorem subsequentis resignavit. XXI

21 BLASIUS Caropipe de Cerreto præficitur in Episcopum die prima Junii 1515. mortuus est anno 1524. sepelitur in monte apud S. Angelum in saxo C in spelunca, ubi vivens domunculam construxerat, cum hac inscriptione jacet. XXII.

Blasius Caropipe V. I. D. ac Episcopus Thelesinus spiritu Angelico illuminatus, pauperiemque ut amplecteretur vivo sibi præsentis speluncæ sepulchrum elegit. Vixit Ann. LXII. Obiit die X. Julii MDXXIV. Hic fuit Canonicus S. Marci, S. Andreæ & Salvatoris in Urbe, Primicerius S. Mariæ Rotundæ, & S. Mariæ Majoris Canonicus, Neapolitanus Archipresbyter Marc. Guar. Tor. Mona. Leo &c virtute non fato assequutus, Martianus Paulinus nepos. H. F. C.

22 GREGORIUS Peruscus Romanus Episcopus Massæ & Populonii in Tuscia, huc translatus die 8. Augusti 1524 Præfuit per annum unum, & mens. 7. ultroque se abdicavit. XXIII

23 MAURUS de Pretis Mantuanus Clementis Papæ VII Acolytus ab eodem delectus est Episcopus die 6. Octobris 1525 sedit ad annum usque 1533. D quo mortalitatem explevit. XXIV

24 SEBASTIANUS de Bonfiliis Anconitanus ad hanc sedem sublimatur die 14. Febr. 1533 Postquam præfuisset plus minusque annis septem episcopatu se abdicavit. XXV

25 ALBERICUS Jaqnintus. nobilis civis Casertanus, & Canonicus Capuanæ Ecclesiæ ad hanc Infulam Telesinam sublimatus est à Paulo III. die 16 Aprilis 1540. vir varia doctrina, & eloquentia clarus, aliquando episcopatus Caputaquensis Vicarius fuit, postquam eximiè Telesinæ Ecclesiæ præfuisset ann. 8. In Abbatia S. Petri Casertanæ Diœcesis, quam in commendam habebat, mortuus est anno 1548. cujus deinde cadaver Casertam delatum, in Cathedrali, ac familiæ suæ sacello conditum est, ubi hoc distichon legentibus prostat. XXVI

Haec Telesinus curavit Episcopus urnam
Ponere Jaquitis ut tegat ossa suis.

JOAN-

XXVII. 26 JOANNES Beroaldus Panormitanus ad hanc Ecclesiam promotus die 24. Martii 1548. qui ob claram in omnibus literariis studiis eruditionem, magnam sibi peperit apud omnes existimationem. Anno 1549. in pervigilio S. Andreæ Apostoli de eligendo summo Pontifice luculentam orationem habuit, quæ cum aliis sui ingenii monumentis extabat in Bibliotheca bo. me. Constantini Abbatis Cajetani. Translatus deinde est Beroaldus ad S. Agathæ Ecclesiam anno 1556. Ejus cum laude meminit Sfortia Card. Pallavicinus lib. 14. cap. 1. Hist. Concilii Tridentini.

XXVIII. 27 ANGELUS Massarellus, Septempedanus Picenus, patriam illustravit gloria doctrinæ, & eruditionis fere omnigenæ commendatione; ex Priore Collegiatæ ecclesiæ suæ patriæ adlectus est Episcopus Telesinus ab Paulo IV. cujus erat à secretis die 15. Decembris 1556. a Sub Pio IV. Concilii Tridentini secretarius fuit, cujus Acta stylo facundo ac nobili conscripsit. tandem famæ, ac laboribus onustus Romæ mortalitatem expievit anno 1566. honorificè tumulatus in Æde Aracœlana, hoc ad sepulchrum habet epitaphium.

a 1557.

D. O. M.

Angelo Massarello Sanseverinat. in Picentibus I.U. D. Episcopo Telesino Christiana pietate ac doctrina insigni, qui cum Julii II. Marcelli II. & Pauli IV. summorum Pontificum à secretis fuisset, eodem Secretarii munere in sacro Concil. Trident. functus est, in quo ita se gessit, ut nihil eorum, quæ in ipso Concilio acta sunt vel minimum desideretur. Michael Angelus Massarellus fratri, & Cynthius Pamphilus sororis filius, Fratri & Avunculo de se optimè merito mærentes PP. Vixit ann. LVI. obiit XVII. Aug. MDLXVI.

XXIX. 28 Fr. CHERUBINUS Lavorius de Cassia Nursinæ regionis, Ord. Eremitarum S. Augustini, doctus, probusque Cœnobita, in ordine variis functus muneribus, ac Sacrarii Pontificii Præfecti collega, in gratiam Card. Veronensis, cujus erat Theologus, cum quo sacro Concilio Tridentino interfuerat, à Pio IV. creatus est Episcopus Telesinus die 14. Augusti 1566. Præfuit an. 11. Cassiæ obiit octuagenario major ann. 1577. 23. Aprilis, apud suos fratres sepelitur.



XXX. 29 ANNIBAL Cataneus, Patritius Neapolitanus, ad hunc Episcopatum ascendit die 15. Oct. 1577. vita functus est optimus Præsul Cerreti an. 1584. sepultus jacet ibidem in ecclesia sanctissimæ Trinitatis, communique episcoporum ossuario.

XXXI. 30 Fr. JOANNES Stephanus de Orbita Hispanus Ord. Præd. ad Telesinam insulam evocatus est die 26 b. Decemb. 1584. sedit ann. 3. ultroque onere se abdicavit.

b Die 17.

XXXII. 31 CÆSAR Bellochius Faventis pronunciatus est Episcopus die c 2. Oct. 1587. Obiit die 15. Novemb. 1595.

XXXIII. 32 EUGENIUS Savinus, nobilis Firmanus, à Clemente VIII. eligitur episcopus Kalen. Aprilis c 1596. ad quem, eodem anno 5. Aprilis idem Clemens has literas dedit.

c Die 19. Martii.

CLEMENS PAPA VIII.

Venerabilis frater, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum nos nuper de persona tua nobis, & venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus ob tuorum exigentiam meritorum accepta Ecclesiæ Thelesinensis certo tunc expresso modo, Pastoris solatio destituta, de ipsorum fratrum consilio, Apostolica authoritate providerimus, præficiendo te illi in Episcopum & Pastorem, curam & administrationem ejusdem ecclesiæ Thel. tibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo, prout in litteris explicabitur Apostolicis, desuper. sub plumbo expediendis latius explicabitur. Nos, ne interim ecclesia aliqua sustineat detrimenta providen. simulque commoditati tuæ consulen. volentes tibi, ut vigore præsentium per te, vel procuratorem tuum possessionem seu quasi regiminis, & administrationis dictæ ecclesiæ, & illius mensæ episcopalis bonorum apprehendere, necnon fructus, redditus, ac proventus percipere, exigere, & levare, & in tuos usus & utilitatem convertere, necnon ea quæ jurisdictionis facere, ac exercere liberè, & licitè valeas in omnibus & per omnia perinde ac si litteræ prædictæ expeditæ fuissent, dicta authoritate tenore præsentium de speciali gratia indulgemus; Mandantes dilectis filiis Capitulo & Vassallis dictæ ecclesiæ, & Clero, ac Populo civitatis, & Diœcesis Thelesinensis, ut tibi tanquam Patri, & pastori animarum suarum intendentes tua salubria monita, & mandata humiliter suscipiant, & efficaciter adimplen. procurent ipsi Vassalli consueta servitia, & jura tibi ab eis debita integrè persolvere, & exhibere debeant, alioquin sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris in rebelles ratam habebimus, & faciemus authore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, non obstantibus felic. record. Bonifacii VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit. Injunctæ, ac quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon prædictæ Ecclesiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod infra quatuor menses à data præsentium computan. litteras prædictas expedire, & Jura Cameræ Apostolicæ, & alia propterea debita persolvere omnino teneatis, alioquin dictis quatuor mensibus elapsis, provisio, & præfectio prædictæ nullæ sint, & ecclesia prædicta vacare censeatur eo ipso.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 5. Aprilis MDXCVI. Pontificatus nostri anno quinto M. Vestrius Barbianus.

Excessit Neapoli mense Septembri 1604. ibidem sepultus jacet. Interfuerat Concilio Provinciali Beneventi celebrato à Maximiliano de Palumbara Archiepiscopo, cum doctrina, cum prudentia summè ab omnibus laudatus.

33 PLACIDUS Faba, Bononiensis, Ordinis Montis Oliveti Monachus ex Episcopo Castrensi Hydruntinæ provinciæ, ad hanc ecclesiam translatus die 17. Nov. 1604. Neapoli pene capularis senex diem explevit suum, 14. Sept. apud Olivetanos Monachos sepelitur. XXXIV.

34 EUGENIUS Cataneus d, Terdonensis, Clericus Regularis Congregationis S. Pauli, quam Barnabitarum vocant, ob eximiam ejus doctrinam, morumque probitatem Episcopalem sedem adeptus est die 13. Feb. 1606. Romæ consecratur à Mariano Card. Perbenedicto die S. Matthiæ sacro, possessionem adipiscitur die 18 Maii ejusdem anni, vita XXXV.

d De eo Piccinel. lus in Athen. p. 172 Mediol.

tun-

f nnctus est anno 1608. scripsit vir doctus de successoribus S. Barnabæ Apostoli in Ecclesia Mediolanensi. A

XXXVI. 35 JOANNES FRANCISCUS Leo a à Piperone Eporediensis Diœcesis eximius jurisconsultus, & Protonotarius Apostolicus Vercellensis tum & Bononiæ aliquando Proepiscopus fuit; creatur Episcopus à Paulo V. die 15 Decembris 1608. munus consecrationis accepit Romæ in ecclesia S. Spiritus in Saxia à Fabio Blondo Hierosolymitano Patriarcha, possessionem adeptus die 12. Januarii, Thesaurum fori ecclesiastici scripsit, diem suum clausit extremum 14. Aprilis 1613. ætatis suæ 71.

a De quo Rossottus in Syllabo Script. Pedem. Mondaf.



XXXVII. 36 SIGISMUNDUS Gambacurta Patritius Neapolitanus Canonicus Regularis Lateranensis S Petri ad Aram ex Abbate S. Modesti de Benevento ad Telesinam ecclesiam evectus est à Paulo V. Pont. Max an. 1612. b Præfuit ann. 23. Defunctus est Cerreti mense Octob. 1636 propè antecessores in Ecclesia sanctissimæ Trinitatis humatus est.

b Die 15. Julii.

XXXVIII 37 PETRUS-PAULUS de Rusticis nobili Florentina familia natus, Monachus Casinensis Cœnobii ab Urbano VIII. cujus erat consanguineus, Episcopatu Telesino donatus est die 16. Maii anno 1637. translatus inde est ad Aeserniensem Ecclesiam an 1643. c

c Die 14. Decemb.

XXXIX 38 PETRUS Marionus d nobilis Eugubinus I. V.D. in Urbe per quinque & quadraginta annos celebris Advocatus; ab Urbano VIII. delectus est Episcopus an. 1643. e die 18. Aprilis, possessionem adipiscitur 15. Junii 1644. Præfuit vir doctus & moribus clarus ad annum usque 1659. quo nuncium libere remisit. („ Obiit autem Romæ 15. Augusti „ 1662.)

d De quo Jacobillus in Bibl. Umbriæ p. 226. Mondaf. e 1644.

39 FABRITIUS f Maracchus de Pontremulo I. V. D. Parmæ Laureatus ac spectatæ virtutis vir, postquam Beneventi septem annorum spatio, ac miserrimo perniciosæ luis tempore Vicariatus munere absente Archiepiscopo, eximiè functus fuisset, ex Perusinæ Ecclesiæ tunc Proepiscopo, à Sanctiss. Domino Nostro Alexandro VII. die 16. Decembris 1661. Episcopus Telesinus renunciatus est, cui Deus Opt. Max Nestoreos concedat annos, ad sibi commissæ Ecclesiæ decorem, animarumque salutem.

f Hic fuit Termulanus Episcopus, de quo infra.

ADDITIO.

XL („ *PETRUS Franciscus Moja, Mediolanensis,* „ *Clericus Regularis de Somascha, egregius concionator, & S. Theologiæ Lector, obitis pluribus ordinis sui præfecturis, & muniis cedenti Petro* „ *Morlono subrogatus est die prima Septembris 1659.* „ *Obiit an. 1675.*

XLI „ *DOMINICUS Cito, Ordinis Prædicatorum,* „ *Lyciensis, deinde subiectus est Telesinas Episcopus 6. Maii 1675. Decessit 1684.*

XLII „ *JO. BAPTISTA de Bellis, Rhodi in Salernitana provincia natus, J.U.D. ac Neapoli causarum patronus, ac illius Archiepiscopatus procurator Fiscalis, ad hanc Ecclesiam vocatus est 24. Aprilis 1684. Mortem oppetiit mense Septembri* „ *1693.*

XLIII „ *BLASIUS Gambaras, Neapolitanus, ex Metropolitanæ Ecclesiæ parocho, Telesinas Antistes dicitur 22. Decembris 1693. Vivit.*

TERMULANI EPISCOPI.

TERMULANA Civitas, quasi terminus Apuliæ dicta, in regione Frentanorum, hodie in B Provincia Capitanata ad Mare posita est, ducatus titulo illustris Capuanæ clarissimæ gentis Nullus ejusdem scriptor retexuit originem; opinione tamen hominum antiqua est. Hodie ut cæteræ hujus regionis urbes tennis est, & sexcentas continet familias. Episcopalis in ea dignitas antiquior est, quam opinentur nonnulli. Archiepiscopi Beneventani suffraganea ab anno salutis millesimo. Cathedralem habet honorificæ structuræ sub Invocatione Beatissimæ Virginis Mariæ, & S. Basii, seu Bassoli, cujus corpus ibidem honorificè requiescit. Hæc superiori sæculo Turcicæ classis accessu incendio cum deflagrasset, Episcopi cura, & sumptibus magnificentius exstructa, & albario opere instaurata est, & picturis, iconibus, organo musico, vasis argenteis, vestibus olosericis, aliisque ornamentis ad sacrum usum ejusdem liberalitate instructa spectabilis est. Sunt in ea Canonici duodecim. è quibus dignitate eminent Archidiaconus secundus ab Antistite, Archipresbyter & Primicerius. In ci- C vitate preter Cathedralem, in qua animarum curam exercet Archipresbyter, parochialis est Ecclesia altera, virorum Cœnobia tria, Xenodochium, & aliquot laicorum sodalitia. Diœcesis undecim & oppida, & pagos continet, è quibus illustriora sunt, Mons niger, Mons Ililiæ, Mons Mitri, Ripulum, Pesacciatum, Mons Cilphonis, Guglionis, cum S. Jacobi & S. Felicis pagis. Mensæ episcopalis annuus census ducatorum Regni mille trecentorum, qui colliguntur partim ex vectigalibus Pagi sancti Jacobi, Episcopo Termulano in spiritualibus, & temporalibus pleno jure subjecti, Incolis à fisco, & regiis oneribus prorsus exemptis, partim ex media extractione curruum quadraginta frumenti, quæ à Regia Curia solvuntur. Taxatur verò Termulana Ecclesia in lib. Cameræ Apostolicæ Flor. 100. Ejus ecclesiæ Episcoporum series sequens est non semel interrupta, & jejuna, cum nullum adjumentum nobis attulerit Termulana ecclesia. Hanc nos ex diversis monumentis, utcunque potuimus, concin- D navimus.

1 (1) SCIO Episcopus Termularum subscripsit Privilegio Joannis XIII. Papæ concesso Landulpho I. Archiepiscopo Beneventano an. 969. I.

2 NICOLAUS Episcopus Termulanus interfuit consecrationi Ecclesiæ Casinensis anno 1071. apud Anonymum Casinensem, qui eam descripsit. Idem memoratur anno 1075. in documento Milonis Beneventani Præsulis pro monasterio S. Sophiæ supra relato. Ab hoc anno usque ad Alexandri III. tempora, qui huic ecclesiæ præfuerint Episcopi, prorsus sunt nobis ignoti. II.


3 GOFFRIDUS Lateranensi Concilio sub eodem Alexandro adfuit anno 1179. III.

4 ALFERIUS Episcopus Termulanus florebat anno 1196. ex Monumentis Monasterii Casænovæ Pennensis Diœcesis. IV

JOAN-

(1) Termulanam Ecclesiam jam diu ante an. 960. suum habuisse Episcopum comperimus ex Agapiti II. Epistolis datis an. 946. quibus instante Joanne Episcopo Beneventano Leoni Triventino & Benedicto Termulanæ Ecclesiæ occupatoribus præcipitur, ut has Ecclesias occupare desistant. Rem enarrat ex Mario Vipera in Trivent. luis post Ughellus. Oldoinus in Romano Athenæo Agapitum Papam hanc epistolam dedisse quoque meminit. *Lucentius.*

V. 5 JOANNES Episcopus hujus sedis interfuit consecrationi Ecclesiæ sanctæ Mariæ Vallis-Viridis propè Bovinum anno 1265.



VI. 6 BARTHOLOMÆUS Aldomariscus Neapolitanus, clarissima natus familia episcopus erat Termulanos anno 1308 & Consiliarius Caroli Regis, cuius sæpè mentio in Regio Neapolit. regest. Defunctus est anno 1319.

VII. 7 JOANNES Bartholomæo successit an 1319. quo, die 13. Januarii solvit solitum pensum sacro Senatui, ut in lib. solutionum Prælat. memoratur ex regio regest Roberti Regis anno 1321.

VIII. 8 BARTHOLOMÆUS Termolanus episcopus obiit circa annum Domini 1352. ex reg. Vatic. in litteris electionis Lucæ successoris.

IX. 9 LUCAS Episcopus Liciensis ad hanc Termulanam Ecclesiam translatus est ab Innocentio VI. anno 1353. 19. Kal. Feb. anno pontificatus sui primo. ex reg. Vatic. ep. 36 fol. 60. ejus mentio fit in lib. solut. Prælat. ad annum usque 1356. sub Urbano V. decessit.

X. 10 FRANCISCUS de Stella Canonicus Bojanensis, defuncto Luca anno 1364 5. Kal. Decemb. Episcopos delectus est Termulanus ex reg. Vatic. Urbani V. an. 3. lib. 2. Idem promisit solvere solitum subsidium Collegio Cardinalium die 19. Decembris 1364. ex lib. solut. Prælat. ejusdem Pontificis, excessit anno 1379.

XI. 11 JOANNES post obitum Francisci à Clemente VII. Pseudopontifice intrusus, promisit solvere subsidium solitum sacro Collegio die 12. Martii 1379. & recognovit pro Domino Francisco prædecessore suo.

XII. 12 Fr JACOBUS cognomento de sancto Andrea. Etruscus a, patria Collensis nobili Cina familia natus, patrem habuit Cinum, matrem Bicem, adolescens Prædic. Ordinis in Monasterio S. Dominici de Senis habitum induit, adeoque in eo profecit, litterasque cum pietate conjunxit, ut variis in ordine præfecturis cohonestatus, sacras litteras etiam publicè docuerit, ac tandem, ut ferunt, Termulanus creatus sit legitimus Antistes; ejus tamen electionem non vidimus in regest. Gregorii XI. sub quo evasisse episcopum affirmat noster Isidorus Ugurgerius tit. 7. delle Pompe Senesi. Crediderim ad hanc Ecclesiam vocatum fuisse Jacobum ab Urbano VI post excessum Francisci anno 1379. paucosque menses eam tenuisse. Scripsit vir doctissimus in Magistrum sententiarum non inutile commentarium, & alia quædam ab eodem Ugurgerio recensita. Vivit hodie ex hac Cina familia Julius, Alexandri VII Pontificis Maximi intimus cubicularius, & Lateranensis Basilicæ Canonicus, amænioribus litteris eruditus, comis, probusque vir.

a De quo Altamura in Bibl. Neapol. p. 117. Nard.



XIII. 13 Fr. DOMINICUS, Senensis, Giardini del Giarda filius, Ord. Servorum, doctor insignis, sacræ Theologiæ percelebris professor adlectus est Termulanus Episcopus ab Urbano VI. circa annum Domini 1381. mortem oppetiit post annum 1387. cujus mentio habetur in lib. solut. Prael. sub eodem Urbano, & successore Bonifacio IX. Hujus meminit etiam Archangelus Gianius Annal. Servorum, Idemque supra non semel nominatus Isidorus Ugurgerius.

XIV. 14 ANDREAS successit Dominico circa annum Domini 1387. qui obiit anno 1390. ex libro Provis. Prælat. Bonifacii IX.

XV. 15 CONSTANTINUS hujus ecclesiæ episcopus die 5. Martii ann. 1390 recognovit pro se & pro Dom. Andrea prædecessore suo, ac pro Dominico antepraedecessore suo, ita in lib. obligat. Prælat. sub eodem Bonifacio fol. 79. an. 1. pontif. obiit 1396.

XVI. 16 PETRUS electus Scalensis Episcopus transfertur ad hanc Termulanam ecclesiam anno 1396. Kalend Decembr. ex eodem libro.

XVII. 17 THOMAS Episcopus Montis-Corbini huc & ipse translatus est per Bonifacium IX. anno 1400. 6. Id. Decemb.

XVIII. 18 ANTONIUS Episcopus Montis-Corbini huc translatus 6. Id Decemb. 1402. obiit ann. 5405.

XIX. 19 Fr. STEPHANUS de Civitate-Castellana Ord. Minor. eligitur per obitum Antonii 6. Id. Aug. 1405. translatusque deinde est ad patriæ suæ Castellanam ecclesiam, Non. Julii 1406.

XX. 20 PAULUS Episcopus Termulanus excessit sub Martino V. an. 1422.

XXI. 21 Fr. ANTONIUS Ord. Eremitarum sancti Augustini doctus Theologus à Martino V. patriæ suæ Termuli renunciatus est Episcopus die 22. Novembris 1422. sedit ann. 34. diem suum obiit an. 1455.

XXII. 22 DUCIUS, sive TUCCIUS ex Caoooico Cathedralis fit Episcopus die 23. Januarii 1456.

XXIII. 23 LEONARDUS Abbas sancti Stephani Ord. S. Benedicti Marsicensis Diœcesis adlectus est Episcopus Termulanus à Paulo II ann. 1468.

XXIV. 24 JACOBUS ad hanc insulam vocatus est à Sixto IV. Id. Januarii 1474.

XXV. 25 JOANNES de Veteribus Episcopus hujus sedis mortuus est extra Romanam Curiam ann. 1509.

XXVI. 26 ANGELUS ANTONIUS de Guilianeo suffectus est Joanni die 13. Julii 1509. excessit 1517.

XXVII. 27 SANTIUS de Ayethe eligitur die 20. April. 1517. vix annum expleverat cum libens volens nuncium remisit.

XXVIII. 28 ANTONIUS Attilius promotus die 5. Maii 1518. Præfuit aliquot annos, obiit anoo 1536.

XXIX. 29 PETRUS Durantes Brixiensis, Bartholomæi filius Jurisprudentia clarus, Protonotarius Apostolicus Archidiaconus & Canonicus Brixiensis Ecclesiæ, ejusdemque Vicarius à Paulo III. utriusque Signaturæ Referendarius. mox Episcopus Termulanus delectus die 28. Octob. 1536. fuit, ac signandis libellis Præpositus Ecclesiam hanc absens administravit ad annum usque 1539. quo Roma

mor-

mortalitatem explevit, in Templo D. Mariæ super Minervam terræ mandatus est.

XXX 30 VINCENTIUS Durantes Petri superioris ex fratre Nicolao nepos, Referendarius Apostolicus ex Pauli III. benevolentia, ac virtutis claritudine patruo tum in ecclesia Termulana, cum in munere Datariatus, ut vocant, succesisit die 4. Julii 1539. ætatis suæ trigesimo. Laudabili prudentia sedit ann. plus minus 26. ac liberè nuncium remisit die 17. Augusti 1565. & in patriam secessit, ubi jam Episcopus agebat Durantes de Durantibus S. R. E. Cardinalis ejus consanguineus, ubi etiam eo defuncto Capitularis Vicarius fuerat anno 1558. Interfuit Tridentino Concilio. Tandem Brixiæ defunctus est anno 1570. & in Cathedrali apud majores sepultus.



XXXI 31 MARCELLUS Dentici nobilis Neapolitanus Subdiaconus electus est die 17 Augusti 1565. excessit an. 1569.

XXXII. 32 CÆSAR Ferrantius, Suessanus, promotus die 17. Augusti 1569. Præfuit plus minusve ann. 15. Hic argenteam capsam conflari fecit, ubi sancti Leonis Suessæ patroni lipsana servantur: in ea leguntur hæc verba.

Cæsar Ferrantius Termularum Episcopus
Beati Leonis patriæ Patroni sacrum pignus ne morte quidem violandum à religiosis prædonibus impia manu, argenteo ornata post tot sæcula nudatum præclariori, licet animo impari inclusit, anno MDXCI.

XXXIII. 33 ANNIBAL à Clemente VIII. electus die 7. Januar. 1594. sequenti anno apud suam ecclesiam defunctus est; jacet in Cathedrali.

XXXIV. 34 FRANCISCUS Scotus Annibali suffectus est 12. Decemb. an. 1595. sedit an. 4.

XXXV. 35 Fr. ALBERTUS Draguus de Florenzola Insuber, Ord. Prædicator. sacræ Theologiæ Magister, & S. Officii Romæ Commissarius, ad hanc ecclesiam vocatus est 29. Novembr. 1599. Obiit Neapoli anno 1601. die 3. Januarii; sepultus jacet in Ecclesia sanctæ Catharinæ de Formello apud Fratres suos Dominicanos.

XXXVI. 36 FEDERICUS Metius inter domesticos Julii Card. Santorii claritudine disciplinarum, & bonitate vitæ spectabilis ad hunc episcopatum assumptus est die 14. Januarii 1605. fato functus est anno 1612. („ *Plurimes commendatur à Baronio, cui adfuit „ consuetus interpres in donanda latinitate iis, „ quæ Græce occurrebant Baronio, ut hic fatetur „ præcipue ad an. 1116 n. 7. & an. 1178. n. 15 Memoratur à Vossio de Historicis Latinis.*)

XXXVII. 37 CAMILLUS Morus nobilis Ferrariensis à Paulo V eligitur Termulanus episcopus die 3. Decemb. 16 2 translatus sub Urbano VIII. ad Comaclen. ecclesiam anno 1626 de quo in 2. tomo.

XXXVIII 38 HECTOR à Monte electus die 16. Martii 1626. post septimum suæ consecrationis mensem morte sublatus est.

XXXIX. 39 Fr. HIERONYMUS Cappellus, Ord. sancti Francisci Conventualium, sancti Officii Romæ Consultor, Episcopus creatus die 26. Novemb. 1626. obiit 1643.



40 ALEXANDER Crescentius Romanus, Card Crescentii ex fratre nepos. Clericus Regularis Congregationis Somaschæ, factus est Episcopus Termulanus die 13. Julii 1643. translatus ad Ortonen. & Camplen. ecclesias anno 1644. è quibus deinde ad Bituntinam transitum fecit, de quo tom. 6. XL

41 Fr. CHERUBINUS Manzonius Ord. Minorum antea Episcopus Lavellin. huc translatus die 13. Julii 1644 excessit anno 1651. XLI

42 ANTONIUS Leoncellus, Spoletanus, electus die 3. Julii 1651. XLII

ADDITIO.

„ (*CAROLUS Mannellus, de Aversa, Antonio Leoncello successit die 3. Februarii 1653. Onus dimisit 1661 decessit autem mense Julio 1696. sepultus Romæ in templo S. Praxedis cum sequenti Epitaphio, quod ipsemet scripserat vivens.* XLIII

P. P. P.

Carolus Mannellius ab Aversa, Termulanorum Episcopus creatus anno Domini 1652. ab Innocentio Papa X. augustissimæ mundo recordationis, post varios casus, post multa pariter, & inaudita rerum discrimina, aliqua tandem quiete potitus, hoc unum sibi potissimum in ætate jam longæva constitutus (posthabitis aliis à se curis, scribendique voluminibus) perpensè proposuit rebus videlicet animæ accuratè consulere; ideoque hunc sibi lapidem apponi vivendo mandavit, tanquam sui finis memoriale præsens, perpetuumque, & posteritati vitæ tam agitatæ, & tamdiu verum à Deo vero singulariter defensæ utile monumentum ætatis suæ anno 64. divinæ reparationis 1684.

Sub effigie verò.

Et juvat, & placet mortis spectare triumphos.

Scripserat jugi studio doctus hic Episcopus multa sanè opera; & nonnullorum ejus opusculorum mentio habetur in Caroli Chartarii libro, cui titulo: Pallade Bambina p. 50.

„ *FABRITIUS Maracchus, Pontremolensis, de quo per errorem Ughellus supra in Telesinis, hujus gregis dictus est Pastor 16. Decembris 1661. Obiit mense Augusto 1676.* XLIV

„ *ANTONIUS Savus de Panicolis, Romanus, Parochus Ecclesiæ s. Joannis de urbe, hac infula decoratur 20. Decembris 1677. Fato functus est 1687.* XLV

„ *M. ANTONIUS Rabeus, Terræ Casoriæ Neapolitanæ diœcesis presbyter, J. U. D. ac Neapoli, & Romæ causarum patronus, Termulana in Cathedra sedere jussus est 14. Junii 1688. Romæque* XLVI

pau-

A
„ *paelopoſt occabuit, anteqaam ad Eccleſiæ ſuæ poſ-*
„ *ſeſſionem ſe cenſerret.*
XLVII. „ *MICHAEL Petirre, Cathacenſie, ex Archi-*
„ *presbytero Cathedralis Bellicaſtrenſis, Termala-*
„ *nus Antiſtes eligitur 6. Jaaii 1689. traaslatus de-*
„ *iade in Puteolanam thronum 14. Decemb. 1705.*
XLVIII. „ *DOMINICUS Catalanus, Tenneaſis, J. V. D.*
„ *Prothonotarius Apoſtelicas, & Ferrarienſis Epi-*
„ *ſcopi Vicarius generalis, ad hanc cathedram eve-*
„ *ctas eſt 22. Februarii 1706. Menſe autem Octobri*
„ *1709 valr dixit huic ſæculo.*
XLIX „ *THOMAS Maria Farina, Neapolitaaus, Or-*
„ *dinis Prædicatorum ſacræ Theologiæ Magiſter,*
„ *ebitis ordinis ſui aliquot maneribus, ad huac E-*
„ *piſcopatum promotus eſt 14. Martii 1718, que eo-*
„ *dem anne menſe Decembri ad Superos abiit.*
L. „ *SALVATOR de Aloyſio, Neapolitanus, J. V.*
„ *D. ac Lector, deputatus aliàs Vicarius Apoſtolicus*
„ *S. Severiat, ac Tuſcanenſis, Cathacenſis, & So-*
„ *rani Epiſcoporum ſucceſſive generalis Vicarius,*
„ *Termalano Præſulatu decoratur 15. Maii 1719.)* B

TRIVICANI
SEU
VICANI
EPISCOPI.



TRIVICUM, civitas, vulgo *Trevice*, ſeu *Vico della Baronia*, in ulteriori Principatu ab Ariano verſus Ortum hibernum, ab altero Apennini latere poſita eſt in monte præcelſo, & inacceſſo, frigido Cœlo, & ventorum flatibus ita obnoxio, ut non alii, quam indigenæ incolumes hic moram trahant, Loffredæ genti nobiliſsimæ Marchionatus ſubjecta. Quando fuerit conſtructa, aut quis ejus fuerit auctor, nullus retulit; tamen antiqua eſt Plinio, & ab Horatio memorata.

——Tendimus hinc recta Beneventum.
Incipit ex illo monteis Apulia notos
Oſtentare mihi, quos torret Atabulus, & quos
Nunquam erepſemus, niſi nos vicina Trivici
Villa recepiſſet.

A tribus vicis ſimul conjunctis nomen accepiſſe incolæ ferunt. Epiſcopatus Trivicanus antiquus eſt inter recentiores, ſuffraganeus Archiepiſcopi Beneventani. Cathedralis titulo Dei Genitricis Virginis Aſsumptæ competentis ſtructuræ. Quatuor habet dignitates, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, Primiceriatum, & Theſaurariatum, octo Canonicos, & aliquos Presbyteros capellanos titulares. In civitate præter ipſam Cathedralem Parochialis eccleſia nulla, ſed ſolum duæ exiguæ capellæ, ſeu ſimplicia beneficia. Archipresbyter totius civitatis animarum curam gerit, quæ ad mille trecentas cenſentur. Diœceſis perangusta eſt, ut facile unius diei itinere peragrari poſſit.

A constat enim quinq; duntaxat terris, nimirum Flumaro, ubi eſt Collegiata Eccleſia cum Archipresbytero, decem Canonicis, & Cœnobio Franciſcanorum Conventualium, Caſtello duobus millibus paſſuum à civitate diſsito, ubi Epiſcopus majori anni parte agere ſolet. Cariſſo, ſancto Soſſo, & ſancto Nicolao. In univerſum autem tota hac Diœceſi habetur Collegiata una, Parochiales quinque virorum Cœnobia quatuor, tria Monachorum Montis-Virginis, quartum Mendicantium. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 800. taxatur in lib. fiſci Apoſt. floren. 176. Epiſcopi, qui in ea floruerunt, ſequentes ſunt à nobis tantum ex diverſis monumentis obſervati.

1 AMATUS Trivicanus, ſeu Vicanus Epiſcopus anno 1136. ſubſcripſit donationi Ricchardi Vicani Toparchæ, quam fecit Monaſterio Montis-Virginis de eccleſia ſancti Joannis cum caſale loci Æquatæ, donationis documentum ex lib. 2. Chron. Montis-Virginis auctore Joan. Jacobo Jordani olim Abb. Montis-Virginis, nunc Laquedonenſi digniſ- B ſimo Epiſcopo, & hic libenter damus ad Amati Epiſcopi memoriam ſervandam, qui primus nobis occurrit ex iis, qui hanc eccleſiam rexerunt. I.

In nomine Domini Amen.
Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1136 Indictione decima tertia menſe Madii.

Dum ego Riccardus filius cujuſdam ben. mem. Riccardi cogitans de ſalute animæ meæ, & parentum meorum, & propenſius exiſtimans quomodo indulgentiam de peccatis meis habere potuiſſem, nihil aliud melius mihi paruit facere, unde remedium habere potuiſſem animæ meæ, quam mittere aliquam hereditatem in aliquo venerabili loco; quia recte ſentio quod humana fragilitas non poteſt ſalvari ante Tribunal Chriſti, niſi per divinam clementiam & interceſſionem Sanctorum. Ideoq; pro ſalute & remedio animæ meæ & parentum meorum ante idoneos homines, ſcilicet clericorum, & laicorum dedi monaſterio S. Mariæ Montis- C *Virginis, ubi Aqua-Palumbi dicitur, in quo Dominus Albertus religioſus Dei famulus præeſſe dignoſcitur, unam eccleſiam vocabulo ſancti Joannis, quæ ædificata eſt in territorio, & pertinentiis civitatis Vici in loco, qui dicitur Aquara cum omnibus ſuis pertinentiis, & regalibus quantummodo habet, vel habitura eſt, quod Deus per ſuos bonos fideles ſibi dederit, & cum toto caſali, qui vocatur cognomini de Aquara, qui eſt iuxta ipſam eccleſiam & omnes homines, qui in ipſo caſali nunc habitant, & etiam omnes homines, qui undecunque venerint de cætero ad habitandum in ipſo caſali, ſive de terris meis, quos liberos, quietos, & francos dono, concedo, & voveo in perpetuum ipſi monaſterio S. Mariæ Montis-Virginis, pro remedio & ſalute animæ meæ, & parentum meorum ab omni jure, & ſervitio reali, ſive perſonali, quod mihi ipſi homines tenentur facere, & ab omni qualicunque collecta, & exactione, quam mihi homines ipſi preſtare tenebantur, ſicut & alii homines mei; ut ipſum ſacrum* D *monaſterium S. Mariæ Montis-Virginis habeat de cætero dictam eccleſiam ſancti Joannis cum omnibus ſuis pertinentiis, quas nunc habet; & habitura eſt, dante Domino in futurum, & cum toto prædicto caſali, qui vocatur de Acquara; & omnes homines ejuſdem caſalis in perpetuum liberos, quietos, & francos ab omni penſione, iure, conditione, ſervitio & gravamine, & ab omni qualicunque colta, vel exactione, Et quod nullus officiales meus habeat de cætero jus nullam, neque poteſtatem pro parte mea, & heredum meorum in dicta eccleſia, & bonis ſuis omnibus, neque in dicto caſali, & hominibus ejuſdem ad percipiendum ibi, & eis ſervitium aliquod, & neque faciendum gravamen in aliquo, atque tollendum ipſis aliquid pro quavis cauſa, & quod neque Rectores ipſius eccleſiæ ſancti Joannis, qui pro parte dicti monaſterii ibidem ſteterint, neque homines dicti caſalis communicent de cætero cum aliis hominibus meis in collectis, exactionibus, officiis, & in aliis ſer-*

vitie,

vitio; sed volo, & concedo, ut Rectores dictæ ecclesiæ, & homines dicti casalis, qui nunc ibi sunt & erunt, de omnibus sint franchi & liberi inperpetuum, & habeant, & percipiant franchè, & liberè semper totum usum de lignis, aquis, herbis, pascuis, & omnibus aliis rebus terræ meæ, sicut alii homines mei tam pro se, quam pro animalibus eorum. Volo etiam, & concedo, ut si quis de hominibus meis angarius, servus, sive liber voluerit inter vivos, seu in infirmitate se offerre de persona, & bona sua mobilia, & immobilia burgensatica, seu feudalia, vel donare, aut iudicare prædicto monasterio Montis-Virginis liberè possit se offerre, & bona sua omnia, seu donare, vel iudicare, & ipsum monasterium franchè, & liberè absque omni impedimento, & servitio possit eum, & bona sua recipere, habere, & tenere inperpetuum, quod ab omni proinde servitio debito liberamus ad faciendum exinde omnia, quæ ipsi servi Dei, qui in ipso prædicto monasterio regimen tenent, facere voluerint sine contradictione mea, meorumque hæredum, & sine cuiuscunque requisitione, vel molestatione, excepto tamen, ut si qualiscunque homo en Parochia Episcopatus civitatis Vici mortuus fuerit, & iudicaverit ibi aliquid, detur Episcopo civitatis Vici ius de mobilibus rebus tantum, & ipse Episcopus perpetualiter det ibi Chrisma, & omnia quæ ad Christianitatem pertinere videntur. Et si qualiscunque homo tam de terra mea, & aliunde, quàm de dicto casali qualecunque foris factum fecerit, excepta traditione senioris, & terræ, & in eadem ecclesia, vel casali confugium fecerit, seu habitaverit, minime ibi per vim capiatur, neque extrahatur, sed ad iustitiam faciendam, & habendam à Rectoribus ipsius prædictę Ecclesiæ ibi teneatur; & nullus Bajulus, seu qualiscunque officialis meus, vel terræ meæ audeat, seu præsumat de cætero Curiam regere de bonis, & hominibus dictæ ecclesiæ, & casali pro qualicunque causa, nec eos ad aliquid constringere, seu gravare; sed omnem plenariam potestatem exinde concedimus Rectoribus ecclesiæ supradictæ. Super hoc itaque ego Sabbassa uxor prædicti Riccardi domini Vicanorum, & aliorum aspiciens hoc quod ipse Dominus Riccardus vir meus fecit, similiter cogitavi de remissione peccatorum meorum & dedi, atque concessi per licentiam prænominati Riccardi viri mei in ipsa prædicta Eccles. sanctæ Mariæ ipsum molinum, quod habet in prædicto loco Acquaræ, hoc namque modo ut post obitum meum remaneat omni tempore in ipsa ecclesia ad faciendum omnia, quæ ipsi servi Dei, qui ibi habitant, facere voluerint sine contradictione meorum hæredum, & sine cuiuscunque requisitione. Præterea ego prædictus Riccardus filius cuiusdam bonmem. Riccardi, dono, volo, & concedo, quod homines supradicti casalis de Acquara nullum sacramentum fidelitatis, & homagii a præsenti in perpetuum faciant mihi, nec meis hæredibus, nisi tantum Abbatibus, & conventui prædicti sacri monasterii Montis-Virginis; qua de causa, quæ prælegnatur, si aliquis inde tollere, vel minuere quæsierit sine voluntate illius, qui in ipsa prædicta ecclesia præesse dignoscitur, à me prænominato Episcopo Amato fiat excommunicatus à Patre & Filio, & Spiritu Sancto, & sic eveniat, quomodo evenit Dathan, & Abiron, quando aperta est terra, & vivos deglutivit illos, & portionem habeat cum Juda traditore, qui tradidit filium Dei, & non fiat de eo mentio in sæcula sæculorum Amen. Et hoc namque modo si post secundam, & tertiam admonitionem, illud non emendaverit, & omnia quæ prælegnntur in supradicta ratione stabilita permaneant, quam tibi Pagano Not. taliter scribere jussimus,

† Ego prædictus Amatus Episcopus.
† Ego prædictus Riccardus.
† Ego Petrus Tribis Presbyter.
† Ego Scullandus Francisc.
† Ego Rogerius Bosci.
† Ego Rogerius Brisile.
† Ego Tancridi.

II. 2 ROGERIUS hujus Ecclesiæ Episcopus interest Concillo Laterano sub Alexandro III. celebrato anno 1179. ubi cum aliis Beneventanæ Ecclesiæ suffraganeis se subscripsit.

3 AMATUS hujus nominis secundus post Rogerium hanc regebat Ecclesiam ann. 1183. de eo extat mentio in instrumento ab ipso eodem anno confecto pro institutione Rectoris Ecclesiæ S. Eupuli suæ Diœc. quem non ad Capitulum Vicanum, sed ad Guillelmum de Fulzone, ejusque Ecclesiæ dominum, velut ejus familiæ juspatronatus pertinuisset: instrumenti exemplar ex tabulario Montis-Virginis retulit Jo. Baptista Prignanus in hist. M. S. familiarum urbis Salernitanæ, quæ extat Romæ in Bibliotheca Angelica; ex ea hic publici Juris facimus ad comprobandum, Amatum post Rogerium Vicanum fuisse Episcopum. III.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Anno ejus ab Incarnatione 1183. Regnante gloriosissimo Dom. nostro Vuillelmo secundo excellentissimo Rege Siciliæ. Regni vero ejus an. 18. mens. April. Indict. 1.

Nos Amatus Dei gratia Vicanus Episc. præsenti scripto publico notum facimus, & testamur, quod vacante Eccl. S. Eupuli de casali Aquarii Vicanæ Diœc. per mortem Abbatis Petri olim Rectoris præd. Eccles. S. Eupuli, & esset controversia super jure eligendi, & præsentandi Rectorem ad ipsam Ecclesiam, cum vacaret: inter Vicanum Capitulum, seu Canonicos Vicanæ Eccl. ex una parte, & nobilem virum Dom. Guilelmum de Monte-Fullone ipsius casalis Aquariæ Dominum, & homines ejusdem ex altera super eo quod dictum Capitulum Vicanum, seu Canonici asserebant se habere jus eligendi, & esse in possessione, vel quasi præsentandi Rectorem ad Eccl. supradictam cum vacabat, prædictis Domino Gulielmo & hominibus dicti casalis in contrarium asserentibus, & dicentibus jus ipsum eligendi patronatus ad se spectare, & se esse in possessione, vel quasi præsentandi Rectorem ad Eccl. supradictam. Verum quia nobis plenè constitit per Clericos, & laicos fide dignos, videlicet Domnum Simonem Primicerium, Domnum Donatum, Domnum Goffridum, Domnum Riccardum Franciscum, Dom. Gulielmum, filium Parisii, Magistrum Godinum, Nicolaum Mulandum, & Aldimarium Capuani, prædictos Dom. Gulielmum, & homines ejusdem casalis ab eo tempore, cujus memoria non existit, habere jus eligendi, & esse in possessione, vel quasi juris præsentandi Rectorem ad Ecclesiam memoratam cum vacat, declaramus, prædictum jus eligendi patronatus, & præsentandi ad prædictos Dom. Gulielmum, & ejus hæredes, seu successores, & homines ejusdem casalis pleno jure spectare, & esse in possessione, vel quasi juris præsentandi Rectorem ad Eccles. S. Eupuli prædictam, cum eam vacare contigerit, & ejusdem Domino Gulielmo, ejusque hæredibus, & successoribus, ac hominibus casalis præd. ipsum jus sententialiter adjudicamus, præd. Capitulo, & Canonicis super præmissis imposterum perpetuum silentium imponentes. Unde ad futuram rei memoriam, ut tam prædictorum Dom. Gulielmi, hæredum, ac successorum suorum, & hominum ipsius casalis certitudinem & cautelam, & omnium quorum interest, & interesse poterit in futurum, de prædictis fieri fecimus præsens publicum Instrumentum subscriptione nostra roboratum, per manus Vuillelmi Anzani Judicis, & publici patrimonii Vici Notarii, suo signo consueto notatum, & signo & subscriptione Fineos totius patrimonii Vici Judicis munitam.

Ego autem prædictus Vuillelmus Anzani Judex, & Notarius patrimonii Vici hoc scripsi, quia interfui dictis in civitate Vicana.

† Ego Fineos Judex totius patrimonii Domin. Comitis interfui, & testis inde sum.

† Ego Amatus Vicanus Episcopus hoc concedo, &c.

4 RAYMUNDUS Zottonis civis, & Canonicus Benevent. auctoritate Innocentii IV. electus IV.

est Vicanus Episcopus anno 1252. ut literæ ad eondem Raymundum scriptæ commemorant in regest. Vat. oum. 211. fol. 711. ann. pontif. 10. Tenor illarum talis est.

Raymundo de Zottonis de Beneventoelecto Vicario.

Petitio tua nobis exhibita continebat, quod cum nos dudum dilecto filio electo Beneventano nostris dederimus literis in mandatis, ut tibi, de quo nobis laudabile testimonium perhibetur à multis, provideatur auctoritate nostra de Vicane Episcopatu Beneventanæ Provinciæ tunc de jure vacante, si ei de sua idoneitate constaret, idem electus; quia ad hoc te invenit idoneum, Episcopatum prædictum, eadem auctoritate tibi contulit, & te de ipso canonicè investivit, reservans sibi nihilominus potestatem faciendi alia, quæ circa consummationem hujusmodi negotii juxta mandatum Apostolicum fuerint opportuna. prout in publico Instrumento inde confecto, & ejusdem electi sigillo munito plenius continetur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem electo super iis provide factum est, ratum habentes, & ratum illud auctoritate Apostolica confirmamus, &c. usque communimus. Tenor ipsius Instrumenti de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, qui talis est. In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno Incarnationis ejusdem 1252. mense Sept. 25. die, Indictionis decimæ primæ, pontificatus Dom. Innocentii Papæ IV. anno 10. In præsentia mei Gaderisii Spycameta Judicis, Nicolai de Sergio Notarii de Benevento, & subscriptorum testium ad hoc specialiter rogatorum, videlicet Magistri Bartholomæi Archidiaconi, Magist. Petri scriptoris Dom. Papę, & Magistri Riccardi Canonici Beneventani, Dom. Campresterus miseratione divina venerab. Beneventanus electus ostendit literas Dom. Papæ non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua parte sui abolitas in hęc verba. Innocentius, &c. Dilecto Benevent. salutem, &c. licet dilecto filio Joanni Archipresbytero, & Raymundo Zottonis Canonico Benevent. de puritate vitæ, honestate morum, & literarum scientia laudabile testimonium perhibeatur à multis; quia tamen ipsorum notitiam, & maxime super iis habere poteris pleniorem, mandamus, quatenus eidem Archipresbytero Frequentinen. & dicto Raynaldo de Vican. Episcopatibus Beneventanę Provinciæ, quę nunc de jure vacare dicuntur, si dictos Archipresbyterum, & Raynaldum considerantes dilig. circum. univer. idoneos ad hoc esse cognoveris, providere auctoritate nostra procures, faciens cuilibet eorum à suis subditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi, sibique juxta sanctiones canonicas, munus consecrationis impendi, contrariis non obstan. quod Ecclesia Frequentina quadam laicali fultus potentia intrusus asseritur, & ad Mandatum Beneventani Capituli sede vacante consecratus postmodum, vel potius execratus. Datum Perusii 6. Id. Septembr. anno decimo. Quarum igitur litterarum auctoritate habita diligenti Inquisitione juxta formam rescripti Apostolici; quia constitit sibi de idoneitate dicti Raymundi, contulit, & assignavit eidem Raymundo Episcopatum Vican. vacantem, & jus ipsius cum plenitudine omnium jurium Episcopalium, & pertinentiarum suarum, & per clavem de iisdem canonicè investivit. Reservavit etiam sibi prædictus Dominus Electus potestatem faciendi omnia alia, quæ circa consummationem præd. negotii juxta mandatum Apostolicum fuerint opportuna, donec prædictus Raymundus Episcopatum, & ejus possessionem, & omnium ad ipsum Episcopatum pertinentium plenariè fuerit adeptus, & pacificè possederit, ac quietè. Idem quoque Dom. Electus ad majorem cautelam præsens Instrumentum sigilli sui appensione munivit. Quod scripsi ego prædictus Nicolaus Notarius, & meo signo signavi ad partem, & ad cautelam prædicti R. Vicani electi. Ego qui supra Gaderisius Spycameta Judex. Nulli ergo nostræ confirmationis, &c.

Datum Perusii 4. Non Octobris anno decimo.

Cætera Acta Raymundi incomperta sunt, & qui eidem successerunt spatio ferè centum annorum desiderantur.

5 JOANNES Episcopus hujus sedis interfuit consecrationi Ecclesiæ sanctæ Claræ Neapoli ann. 1340. sub Clemente VI. obiit circa annum D. 1344. V.

6 Fr. GERARDUS Ord. Prædicatorum successit Joanni à Clemente VI electus 15. Kalen. Maii 1344. consecratur in Curia per Joannem Episcopum Cardinalem Portuensem, sequenti anno translatus est ad Rapolanam ecclesiam. Electio extat in reg. Vat. ep. 43. fol. 67. ann. 2. VI.

7 Fr. PONTIUS de Locodavilla a Ord. Prædicatorum jam antea Episcopus Montis-Marani ad hanc Trivicanam ecclesiam translatus est Id. Maii 1345. memoratur in lib. solut an. 1347. 02. Feb. VII.

a De Eqcondevilla.

8 JOANNES, cujus meminit lib. obl. Prælat. VIII.

9 MARCUCCIUS successor Joannis in eodem lib. IX.

10 DONATUS Trivicanus Præsul die 15. Decemb. 1406. promisit, ac recognovit sacrum Collegium pro se, & pro Marcuccio, & Joanne prædecessoribus suis in eodem lib. oblig. X.

11. NICOLAUS ex Archidiacono creatur Episcopus die 4. Augusti 1422. mortalitatem explevit 1434. de quo Acta Consistorialia. XI.

12 ANTONIUS Morellus Archidiaconus Trivicanus fit ejusdem ecclesiæ Episcopus demortuo Nicolao die 20. Decembr. 1434. XII.

13 GREGORIUS Attaccus Archiepiscopus Arboriensis in Sardinia ad hanc Ecclesiam translatus est 12. Kal. Martii 1450. XIII.

14 MICHAEL electus 14. Kal. Junii 1475. resignavit ann. 1497. XIV.

15. JACOBUS Torella successit die 27. Octobr. 1497. XV.

16 HIERONYMUS obiit 1521. XVI.

17 SIXTUS (1) Ignatii Decanus Cassanensis, eligitur die 10. Maii anno 1522. excessit 1541. XVII.

18 SEBASTIANUS de Ancona electus Signien. ad hanc ecclesiam translatus die 10. Januarii 1541. post annum septimum ultro se abdicavit. XVIII.

19 FRANCISCUS de Leo sacræ Theologiæ Doctor, Rectorque terræ Altævillæ Beneventanæ Diœcesis successit Sebastiano die 13. Julii 1548. obiit 1562. XIX

20 AUGUSTINUS Malignatus (2) à Candello Provinciæ Bugellensis Vercellen. Diœcesis juris utriusq; Doct. clari nominis Senator in Taurinensi Senatu, & ad Patres Conc. Trident. pro Sabaudiæ Duce Orator, Trivicanus Episcopus electus die 23. Maii ann. 1562. translatus ad Bertinorensem ecclesiam anno 1565. XX

21 Fr HIERONYMUS Politius („ *Cremonensis*) Ord. Prædic. electus die 24. Octobr. 1564. fato obiit 1575. („ *De eo legendi sunt Arisius in Cremona Litter. tom. 2. p. 336. & Fontana in Theatro Dominicano.*) XXI

22 BERNARDINUS Oliva Aquilanus promotus die 24. Aug. 1575. post aliquot menses defunctus est Romæ, ac sepultus in ecclesia Aracælana, habet in marmore hoc epitaphium. XXII.

D. O. M.

Bernardino Olivæ Aquilanen. I. V. D.
viro integerrimo, qui patriæ, ac totius
Diœcesis civium concordiam singulariter
curavit, à Gregorio XIII. Pont. Opt. Max.
Episcopo Trivicanen. creato, vixit ann.
lxxv. obiit Id. Febr. M D L X X V I.
Joannes Vincentius Oliva ejus nepos mærens posuit, ac tumulum hunc sibi, suisque
posteris extruxit.

Fr.

(1) Corrige: Sixtus Ignatius de Angelillis Decanus Cassanensis &c. ut patet ex Bullis institutionis ad Parochialem Ecclesiam S. Nicolai de Ripa Abbatis nuncupatam expeditis die 31. Martii 1536. favore Caterini Palatlacqua ad præsentationem D. Ferdinandi de Cardona Regni Neapolitani Magni Admirali, Patroni dictæ Ecclesiæ uti Domini, & Baronis dictæ Terræ S. Nicolai de Ripa Trivicanæ Diœcesis.

(2) Corrige: *Augustinus Malignatus*, ut patet ex catalogo Episcoporum, qui interfuerunt s. Concilio Tridentino relato in appendice post dictum Concilium.

XXIII 23 Fr. ANTONIUS Balduccius („ *Forolivienfis, Ordinis Prædicatorum*) succefsit die 6. Febr. 1576. Migrat ad alteram vitam ann. 1580. („ *De eo Bonolus in hist. Forolivi. p.* 318. & *Fontana in Theatro Dominicano p.* 312. Mandosius.)

XXIV 24 ALPHONSUS Pardus electus die 22. Junii 1580.

XXV 25 Fr. GREGORIUS Semontius *a*, de S. Severino Picenus, ex Ord. Prædicatorum, Petri Card. Aldobrandini Theologus, cujus favore anno 1601. assumptus est in Episcopum, post paucos annos liberè se abdicavit anno 1604. Scripsit de immunitate Ecclesiastica. Rebus humanis excefsit Camerini anno 1608. sepultus apud Fratres suos Dominicanos. („ *De eo fusius Fontana in Theat. Dominic. p.* 312. Mandosius.)

a Serrantius.

XXVI 26 HIERONYMUS Mezzanius *b* Imolensis, sacræ Theologiæ Doctor ad hanc Infulam assumptus est ab Clemente VIII. die 27. Decembr. 1604. Excefsit ab humanis, anno 1636. („ *Laudatur ab Augustino Garavino de viris illustribus Castri Bonon. p.* 20. Mandosius.)

b Mezzamicus à Castro Bononiensi.

XXVII 27 HORATIUS Muscetola Neapolitanus vir doctus delectus est Episcopus die 7. Aprilis 1636. diem postremum obiit sub anno 1638.

XXVIII 28 FABIUS Magnesius in Episcopatu succefsit Horatio die 19. April. 1638. translatus inde ad Ostunensem Cathedram anno 1640.

XXIX 29 SYLVESTER de Afflictu *c*, Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, evasit Episcopus Trivicanus die 11. Febr. 1640. translatus deinde ad Lucerinam Ecclesiam anno 1643.

c De eo Silos in hist. Cleric. Regul. par. 3. p. 316. & 319. Mandos.

XXX 30 ALEXANDER Salzilla deligitur in locum Sylvestri die 23. Febr. 1643. post annos tres ad S. Angeli de Lombardis transitum fecit 1646.

XXXI 31 DONATUS Paschasius dictus est Episcopus ultima Junii 1646.

ADDITIO.

(„ *Donatus Paschasius Ordinis Cœlestinorum fato cefsit in Oppido Castelli Trivicanæ Diœcesis 13. Februarii 1664.*

XXXII „ *MARCUS Vaccius, Terræ Afragolæ Neapolitanæ Diœcesis, promotus fuit ad Trivicanam Cathedram 8. Julii ejusdem anni 1664. diemque clausit extremum in sua Patria 26. Augusti 1671.*

XXXIII „ *LUCAS Tisbia, Clericus Regularis Minor Melphien., donatus est Infula Trivicana 20. Januar. 1672. mortalitatemque exuit in d. Oppido Castelli 25. Aprilis 1693. Consule de eo Pisellum in notitiis hist. Cler. Regul. Minor. p. 378.*

XXXIV „ *FRANCISCUS Prothonobilissimus ex Marchionibus Speciæ Patritius Neapolitanus ex equestri Ordine Sedilis Capuanæ ad Trivicanam Ecclesiam evectus fuit 14. Septemb. 1693. Viamq; universæ carnis ingressus est 17. Augusti 1701. etiam in dicta Terra Castelli. Plures Synodos celebravit, quarum prima in Cathedrali Ecclesia de more die 8. Sept. 1694. vix conclusa magno Populorum accursu, & concursu occasione incidentis festivitatis B. M. Virginis nuncupatæ de Libera, cujus antiquissima sculpta Imago ibidem summa veneratione colitur, & festum celebratur, etiam accedentibus publicis Nundinis, evenit Terræmotus, cujus magno impetu quamplura ædificia ruerunt, & ipsa Cathedralis Ecclesia in pluribus confracta, Sacrarium verò, & Campanile elegantis marmorum structuræ, & magnæ altitudinis in plures ordines distinctam pro majori parte in terram dejecta fuerunt, Campanilisq; lapides una cum Campanis ruerunt secus Plateam Cathedralis, subque eis plures homines perierunt. Illa autem postquam cum ipsa Ecclesia restaurata fuerunt, iterum damnum, licèt minus, tamen non leve passa fuat ab altero Terræmotu, qui evenit de mane die 14. Martii 1702. tempore quo sede Episcopali vacante ob mortem Episcopi Prothonobilissimi Ecclesiæ regimini præerat Franciscus Colmeta Archidiaconus, & Vicarius Capitularis vir ex nobili ejusdem civitatis genere progenitus, in binis aliis vacationibus, nempè antecedenter in anno 1693. per obitum Episcopi Tisbiæ, & in ultima sequuta anno 1720. per translationem Episcopi Veglini, de quo inferiùs, omnium votis Vicarius Capitularis renunciatus ob expertas animi virtutes, morum candorem, integritatem, ac singularem humanitatem non minus exteris, quàm civibus acceptus, eo in munere febre correptus septuagenario major piè occubuit prima Julii 1720.*

„ *SIMEON Veglinus, Presbyter Neapolitanus, non inferioris notæ Theologus, & Concionator, in sacris Missionibus diu versatus, in sacrorum rituum eruditione nemini secundus, pro decore domus Dei studiosissimus, ornatus fuit Mitra Trivicana 31. Decembris 1702.* XXXV

„ *Ad suam statim profectus Ecclesiam à Clero, ac populo, ab ipsis suæ diœcesees Dynastis faustis acclamationibus, & insolita, ut nunquam ante lætitia exceptus fuit. Universam sibi creditam diœcesim non semel perlustravit. Morum disciplinam labefactatam, continuis ad populum concionibus, & sanctissimis constitutionibus, & quod potius est, suæ inculpatæ vitæ perpetuo tenore, feliciſsimè restituit. Cum suo semper gregi diù noctuque invigilaret, omnemque semper pro ipsius sanctificatione moveret lapidem forma Præsulum factus, suis nihilominus minimè sudoribus contentus, statis quidem temporibus nunc Sacerdotes venerabilis sodalitii Presbyterorum in Collegio Maximo Neapolitano Societatis Jesu vulgo* del P. Pavone, *nunc illos D. Georgii Majoris, nunc illos deniquè, quibus titulum, ac decus dat S. Maria Regina Apostolorum in æde principe Neapolitana, ad se accersibat, iisque liberam facultatem dabat concionandi, & reservatis casibus absolvendi. Sed, quod caput est, sui regiminis, suæ etiam vitæ scrutatores voluit, atque censores, promptus & animadversiones recipere, tenoremque, vel regendi, vel vivendi, non modò emendare, sed etiam immutare. Ecclesiasticam libertatem, quo debebat zelo, semper tutatus fuit, pro qua ipsam post habuit vitam, reddi semper præ viribus curans quæ Dei Deo. Novam itaque faciem induit Trivicanus ager, quia in Clericorum vita instituenda, communi pietate fingenda, divino augendo, restituendoque cultu, sublevandis pauperum necessitatibus, ipsis Ecclesiis, aut reparandis, aut terræ concussione solo jam æquatis de integro restituendis cum ipso etiam Episcopali palatio, pro quibus non modò suæ sponsæ dotem, sed sui quoque patrimonii non spernendas absumpsit vires, egregiè desudavit. Ædem sancti Euplii Levitæ, & Martyris primarii Trivici patroni in pertinentiis oppidi Aquarii terræmotu omnino jacentem, ab Duce Flumaris Josepho de Ponte Neapolitan. Patritio genere, ac pietate clarissimo loci Domino, in territorio terræ Ca-*

stelli, ubi dicitur, le Taverne, *ad majorem sancti indigetis gloriam, basilicè reædificatam parœciam voluit maximo oppidanorum commodo, & emolumento, in eamque transtulit Sacerdotia S. Nazarii Martyris, & S. Dominici de Soriano. Ipsi insuper Duci dono dedit partem Ossis ejusdem S. Eupli cum facultate publicæ fidelium adorationi eam exponendi in prælaudata Ecclesia parœciali, ità tamen, quod omni tempore ibidem retineatur sub Custodia duplicis serræ, quarum una apud Episcopum, altera apud ipsum Ducem, & successores suos cum facultate designandi alios in casu absentiæ. Hyacintus della Calce Ariani Episcopus Trivicanum Episcopum Simonem adeò semper coluit, ut ipsum in sua diœcesi non semel conciones habere, Apostolicas Missiones exercere, novum, quod à fundamentis erexerat, princeps templum sacrare, sed ipso etiam adstante, & in ultimo agone spiritualibus armis se muniente Spiritum Deo reddere voluerit. Dominus autem, qui servum suum fidelem tamquam aurum in fornace probare volebat, indulsit humani generis hosti, ut inter ipsum, & laicam potestatem dissensiones seminaret, quæ diù perennarunt, & æreum quodcumque pectus defatigassent, sed non illud Simonis, qui suo muneri faciens semper, ut debebat, cumulatissimè satis, internam pacem suæ conscientiæ testem, numquam à se vel momento exulare permisit. Neapolim petere tamen coactus fuit pro suæ Sponsæ jurium tutamine, sed uno eodemque tempore suis muniis vacavit omnibus, quibus ante Episcopatum insudaverat, adeò ut pro suo sodalitio S. Mariæ Regiæ Apostolorum Apostolicam Missionem in regio templo Neapolitano, cui à Spiritu Sancto nomen, exercuit: ipsumque declamantem, omnis ordo, omnis ætas audire voluit tamquam verè ultimò audituri. Ipse etiam Eminentiss. Archiepiscopus Pignatellus, qui eum semper tenerrimè dilexerat, non semel adfuit, ac summis eumusque laudibus prosecutus fuit. Innumeræ ubi inferat loquelis animæ resolutæ fuerunt, suis in ipsis tenebris involuto, & suis artibus verè deluso tartari principe, graviora à Trivicano Antistite Neapoli, quam Trivici, propter vineæ amplitudinem, passo. Laudato Emin. Pignatello intereà loci vicariam etiam rogatus operam præstitit pleno curiæ plausu, quæ difficillimas magnique momenti causas suis involucris implicitas, & suis veluti Mæandris semper in se revertentes brevissimè, ac ferè stantem, partis etiam succumbentis emolumento definientem, decidentem obstupuit, donec anno Domini 1720. ab eodem Clemente XI. qui ejus meritum benè callueraT, ad Tricaricensem Ecclesiam translatus fuit. Plures celebravit synodos, inter quas prima, quæ coacta fuit die 29. Septembris 1703. & Romæ typis impressa, referta legitur salutaribus decretis, & instructionibus ad optimè instituendos populi mores, restituendamque Ecclesiasticam disciplinam adaptatis.*

In secunda Synodo per dictum Episcopum celebrata die 29. Septembris 1704. præcedente solemni supplicatione Cleri Civitatis, & diœcesis ad Synodum in Cathedrali Ecclesia juxta solitum Conventi, collocatum fuit sub ara maxima cathedralis in loco decenter extructo, & ornato corpus gloriosi S. Eupli post factam biduo ante Ossium, & aliarum reliquiar. Sacri corporis accuratam recognitionem, & descriptionem, in cujus sancti martyris honorem Episcopus Veglianus elegantem composuit Sequentiam cum Antiphona, & Oratione impressis una cum ejus martyrio post appendicem primæ Synodi, quæ hic adjungere placuit.

SEQUENTIA

Prædicabat os Levitæ
Christi fidem, verba vitæ
Erudiendo Gentes.
Charitatis æstu flagrans
Pleno corde Christum amans
Diligebat proximum.
Infideles multos lavit,
Deo traxit, & mundavit
Lavacro Baptismatis.
Ad Tribunal dùm citatur,
Ibi vinctus asportatur,
Fortis constans properat,
Christi voce confortatus;
Esto fortis, ut sis gratus:
Pœnas cupit Euplius.
Diis dare thus hortatur:
Durè minis objurgatur;
Spernit tamen fortiter.
Siti, fame probant eum,
Sed extinguit (orans Deum)
Cœlestis unda sitim.
Ligno fixus pendet duro,
Tamen ipse corde puro
Crucem magis prædicat.
Ferro corpus verberatur,
Uncis pectus laniatur;
Amanti verò levia.
Dulcis me suscipe vita,
Exclamabat martyr ità,
Dùm ad mortem trahitur.
Te suscepi, veni chare,
Tuum erit [illegible]
Inter Christi brachia.
Jam Securi ferit [illegible]
Tortor Sanctum, [illegible] non perit
Dùm ad Cœlum evolat.
Jesu cordis paradisus,
Fac, ut tuus mihi visus
Morienti luceat.
Da per preces Sancti tui
Vultu tuo semper frui
In Cœlesti patria. Amen.

Antiphona.

Fortissimus martyr, & Castissimus levita Euplius, dum ligno affixus Uncis ferreis, & duris malleis immanè torqueretur, ad impiissimum Tyrannum dixit; Insane, & scelesté, cur mihi tormenta ista jubes inferri, quæ Domini mei auxilio tamquam arnnearum tela contemno.

℣. Vox de Cœlo intonuit: Esto forti animo Eupli.

℟. Candida enim tibi paratur Vestis.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui ad preces B. Euplii Levitæ, & martyris tui dulcissima aquarum fluenta de lapide produxisti; quæsumus, ut ejusdem meritis, & intercessione de cordis nostri duritie contritionis lachrymas exhaurire digneris, quatenus peccata nostra deplorare, & misericordiam tuam invenire mereamur. Per Dominum &c.

XXXVI. *DOMINICUS Philamarinus, Clericus Regularis Theatinus, Neapoli Illustri genere natus, post emensos ingenuæ educationis gradus, Italis, quibus Philosophiam, Theologiam, Jusque Canonicum est interpretatus, ac Hispanis, apud quos pro legatione Apostolica Theologi Examinatoris munus obivit, celebris; peracto in Urbe utriusque Theatinæ domus moderamine die 19. Aprilis 1720. à Clemente XI. ad insulam Trivicanam*

plau-

„ plaudente aula est evocatus. Pastor custodiens vigilias gregis sui, & more majorum acerrimus rei, & libertatis Ecclesiæ propugnator, vivit, ac diutissime vivat.)

TURTIBULENSES

EPISCOPI.

ANTIQUUS Episcopatus Turtibulensis suffraganeus fuit Metropolis Beneventanæ, ut ex Provinciali Romano, & in valuis æneis dictæ Metropolis licet cognoscere. Sed cum civitas Turtibulensis, quæ in Provincia Capitanata erat, destructa fuisset. Ecclesia hæc ad Archipresbyteratum ruralem redacta est, & unita Eccl. Lucerinæ. Episcopi hujus sedis pauci à nobis observati, hi recensentur, ne saltem memoria eorumdem deperiret.

I. 1 N. nomen obscurum, hujus Ecclesiæ Episcopus per Capitulum Florentinen. in Præsulem postulatus, ut ad eandem Ecclesiam transferretur Gregorius IX. scribit Benevent. Archiepiscopo anno pontificatus 10. salutis 1236. Kalen. Novembr. ex Regest. Vat. epist. 250. fol. 198.



II. 2 STEPHANUS de Ferentino Monachus Fossæ novæ Ord. Cisterciensis ab Archiepiscopo Beneventano electus Turtibulensis Episcopus ab Innocentio IV. confirmatur anno 1254. Kal. Decembr. ex litteris reg. Vat. sub Dat. Neapoli num 381. fol. 192.

III. *(„ ÆGIDIUS Turtibulensis Episcopus an. 1286. „ confirmat cum aliis Episcopis indulgentias concessas parochiali Ecclesiæ S. Vincentii Tiburtinæ Civitatis ex inscriptione marmorea in eadem Ecclesia apposita.)*

IV. 3 BARTHOLOMÆUS Episcopus Turtibulensis, cujus mentio extat in monumentis Casænovæ Pennen. Diœc. Ord. Cisterciensis, vixit circa ann. Domini 1300.

V. 4 Fr. JORDANUS Episcopus hujus sedis electus an. 1366 liberatus à communi subsidio ob paupertatem die 18. April in lib. solut. Prælat.

VI. *(„ Fr. BARTHOLOMÆUS de Benevento, Ordinis Prædicatorum, Episcopus Turtibulensis an. „ 1367. ex Actis Consistorialibus Urbani V. Hunc „ cum sequente Bartholomæo confundit Fontana in „ Theatro Domin. p. 316.)*

a Omittitur ut intrusus. 5 JOANNES, a electus hujus Ecclesiæ Episcopus anno 1383. à Pseudo Pontifice Clemente VII. solvit solitum pensum 20. Junii 18.

VII. * 6 BARTHOLOMÆUS, Episcopus Lesinensis, translatus ad Turtibulensem à Gregorio XII. anno salutis 1409 pontif. 4. ut in bulla ejusdem superius relata in Lesinensium Episcoporum serie.

VULTURARIENSES

EPISCOPI.

VULTURARIA Montana Civitas in principatu ulteriore ab Adriatico mari, & Mediterraneo utrinque æqualiter distans. Parva est, ac pene desolata. sexcentas vix fidelium animas continet. Marchionatus titulo gentis Caracciolæ insignita est. Episcopatus iste antiquus est & à tempore erectionis Beneventanæ Metropolis dicitur institutus, cujus suffraganeus est, cui pridem annexus est & unitus Episcopatus Montis-Corbini in Apulia, nunc solo æquata ea civitas, existentibus tamen hoc tempore quibusdam ecclesiæ Episcopalis, & mœnium vestigiis. Cathedralis Basilica titulo Dei Genitricis Assumptæ commodè ædificata in ea ministrant Canonici in dignitate constituti tres, Archipresbyter nempè, Archidiaconus, & Primicerius, duoque Capellani. In civitate præter Cathedralem, Parochialis nulla, Xenodochium tamen, & duæ laicorum fraternitates sunt. Diœcesis Vulturaria confines habet Diœceses Beneventanam, Arianam, Lucerinam, & Larinensem: ejus finibus continentur oppida octo, nempè sancti Bartholomæi Episcopalis residentiæ, ubi est Ecclesia cum triginta sacris ministris, cum Archipresbytero, Primicerio, Thesaurario, ac Sacrista, quorum electio spectabat ad Abbatem S. Mariæ in Mazzocca. Est hospitale, Cœnobium Augustinianorum. & laicorum sodalitia quinque. Alterum oppidum est sancti Marci de Casula cum sua parochiali, cui Archipresbyter, atque alii clerici duodecim ministrant: ibi est Monasterium Capuccinorum, & 600. habitatur incolis. Tertium oppidum est Celentiæ satis munitum cum sua parochiali Archipresbyterali cum 18. ministris, duobus Cœnobiis Franciscanorum, & Dominicanorum, habitatum Incolis 3000 Quartum est Castrum novum cum sua Parochiali, ac uno Virorum Cœnobio, animabus fidelium 300. Quintum est oppidum Petræ cum Parochiali ecclesia & 20. ministris, Cœnobio Franciscanorum: habet incolas 1200. Sextum oppidum Mottæ cum Parochiali habens quinque ministros, & incolas 400. Septimum Vulturariæ cum sua Parochiali habente ministros 8. unum Regularium Cœnobium cum Xenodochio, habitatum incolis supra mille. Octavum & postremum ab Epirotis Græcis habitatum, quibus Græcus Sacerdos sacra Græco ritu administrat, integra tamen fide Catholica, ut in aliis hujus Regni Græcorum coloniis. Fidelium familię totam hanc Diœcesim incolentium 4500. Mensæ Episcopalis annuus census ducatorum Regni 1200. Taxatur in lib. Fisci Apostolici Flor. 50. a Porrò Episcopi qui in hac ecclesia floruerunt, a Olim 50 nunc 83. sunt tantum sequentes à nobis ex variis monumentis expiscati. Cæteri, actaque eorum ex summa vecordia eorum, ad quos spectabat, in tenebris latitare coguntur.

1 JOANNES Episcopus Vulturariæ vivebat anno 1037. quo S. Albertus Montis-Corbini Episcopus ad Cęlum evolavit, ut in vita ejusdē scribitur. I.

2 ARDERADUS Ecclesiæ Vulturariæ Pręsul, electus anno Domini 1054. ut ex subjecto documento erui potest, nisi me mea fallit supputatio extat hujuscemodi documenti exemplar in sæpè citat. Chronic. Monasterii S. Sophiæ, ex quo eruitur etiam ea tempestate quod Ecclesia Cathedralis Vulturariæ, Divo Michaeli Archangelo consecrata erat II.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi Domini Æterni.

Anno trigesimo secundo Principatus Domini Pandolphi gloriosissimi Principis & vicesimo septimo anno Principatus Domini Landolphi magni Principis filii, & secundo anno Principatus Domini Pandolphi eximii Principis, filii supradicti. Domini

Landolphi, necnon & tertio anno Episcopatus Domini Arderadi venerabilis Episcopi, qui Domino favente in Ecclesia S. Michaelis Archangeli sanctæ sedis Vulturariensis Antistes consecratus mense Decembris, Indict. 2.

Nos prænominatus Arderadus in præfata Ecclesia sancti Michaelis Archangeli sedis Pontifex prælatus quod clarè facimus, tu Presbyter Petrus, & Petrus filius Joannis in Castello magno habitantes à novo fundamine construxisti Ecclesiam in honore sancti Stephani foris prædicto Castello magno juxta Ecclesiam sanctæ Crucis. Verumtamen quoniam secundum Canonicam constitutionem omnes ecclesiæ, omniaque Monasteria, quæ constructa sunt, aut quæ construuntur in ejusdem Episcopi potestate consistunt, in cujus Diœcesi, vel territorio constituta sunt: Quamobrem petiistis à nobis tu qui supradictus Presbyter, & Petrus filius Joannis, quatenus prædictam Ecclesiam vobis liberam constitueremus ab omni conditione præfatæ nostræ sedis. Verum quoniam concedenda sunt ea quæ rationabilia sunt justis desideriis, inclinati precibus vestris una cum consensu Sacerdotum, ac Levitarum, cæterorumque ordine Clericorum, per hoc nostrum præceptum libertatis à nobis qui supra Ardorado venerabili Episcopo prænominatæ ecclesiæ sancti Michaelis Archangeli tibi prædicto Petro Presbytero, & Petro filio Joannis, vel vestris hæredibus, aut cui per vos paruerit, dictam libertatem concessimus, vobisque prędictam Ecclesiam vocabulo S. Stephani Protomartyris ab omni conditione præfatæ sedis tradimus, ea scilicet ratione, ut amodo, & deinceps, in perpetuisque temporibus eam securiter, ac firmiter habeatis ad vestram potestatem, dominationem, & licentiam, atque potestatem habeatis vos; & vestri hæredes, & cui vobis paruerit dare in prænominata ecclesia S. Stephani Martyris omni tempore quandocunque vobis necessum fuerit, Sacerdotem ordinare ad ipsam Ecclesiam regendam juxta ritum Sacerdotii, & omnem ornatum, oblationem, atq; ceram, vel sepulturas, votationes, necnon & eleemosynas, & quodcunque in ipsa ecclesia per suos famulos dederit Dominus, totum damus vestræ potestati, sine contradictione mea, vel successorum nostrorum, vel à parte Episcopi contradictione, & neque à nobis qui supra Aldecado venerabili Episcopo, vel successoribus nostris, neque Archipresbyteris, neque aliquibus nostri episcopii ditio habeatur aliqua in prædicta Ecclesia sancti Stephani: Verumtamen libera, atque absoluta permaneat in vestra potestate, atque libertate, & de vestris hæredibus perpetuis temporibus ab omni jure conditionis, vel donationis cujuscunque, & sine aliqua læsione plebium nostrarum Ecclesiarum, quam & concessionem, & immunitatem à nullo ex nostris removers successoribus per Dominum Omnipotentem & Trinum & unum ejusque omnes sanctos, ac Cælites adjuramus. Et ut ab eis inconcussanter credatur, signum sanctæ Crucis annulo sancti Michaelis signatum Notario assignavimus roboratum. Quod videlicet præceptum libertatis à te Engelberto Notario scribere rogavimus, necnon & propriis manibus sacerdotes, reliquosq; cleros nostros se subscribere jussimus, & pro confirmatione omnium prædictorum secundum consuetudinem manu nostra subscripsimus.

Actum in Castello magno feliciter decima Indict.
Ego Arderadus Episcopus.
Ego Eudolphus Diaconus.
Ego Theodoricus Subdiaconus.
Ego Martinus Episcopus.
Ego Henricus Cardinalis.
Ego Leonardus Cardinalis.
Ego Publicus Cardinalis.

Scriptum videtur documentum hocce anno 1057. nostræ salutis, mense Decemb. Ind. 2. qui fuit annus tertius ab ordinatione Arderadi, quem pauló post excessisse è vivis demonstrat successoris ejus nomen.

III. 3 PELAGIUS Vulturariæ Episcopus an. 1059.
interfuit Lateranensi Concilio ab Nicolao II. celebrato, ex codice Vaticano.

4 RAUS vixit temporibus Rogerii primi Regis IV.
circa annum Domini 1135. hujus mentio in vita S. Alberti Episcopi Montis-Marani.

5 HUGO anno 1129. in monumentis Cœnobli V.
S. Mariæ de Gualdo Beneventanæ Diœcesis.

6 BENEDICTUS interfuit solemni ędificatio- VI.
ni Ecclesiæ S. Mariæ Vallis viridis Bovinæ Diœcesis anno 1265.

7 PETRUS ann. 1321, ex regest. Regio Nea- VII.
pol. solvit regio subsidio pro medietate Terræ Vulturariæ.

8 NICOLAUS obiit anno 1348. VIII.

9 JACOBUS de Cerreto Thelesinus Canonicus IX.
successit Nicolao II. Id. Januarii 1349 ex reg. Vat. ann. 7. pontif. Clementis VI. ep. 113. fol. 75. translatus deinde ad Thelesinam Ecclesiam ab Innocentio VI. anno 1353.

10 Fr. JOANNES Etruscus de Monte-politia- X.
no Ord. Eremitarum S. Augustini sacræ Theologiæ insignis Doctor ab Innocentio VI. Vulturariensis eligitur Episcopus 5. Kal. Apr. 1353. ex reg. Vat. in vivis agebat an. 1359. ex lib. solut. Prælat.

11 STEPHANUS, cujus memoria extat in lib. XI.
solut. Prælat. obiit 1391.

12 NICOLAUS Stephani successor adlectus est XII.
die 4. Novembr. 1391. decessit 1402.

13 THOMAS ad hanc dignitatem ascendit die XIII.
20. Aprilis 1401. ex lib. solut. Prælat. Hic fuit Joannis XXIII. Thesaurarius, anno 1412. diu Ecclesiam istam eximiè administravit.

14 ANTONIUS Episcopus Montis Corbini, XIV.
cum anno 1433. unitæ fuissent ad invicem Ecclesiæ Vulturariæ, ac Montis-Corbini, evasit Episcopus die 9. April. 1434. ut in lib. obligat. habetur.

15 JACOBUS electus fuit Vulturariensis, & XV.
Montis-Corbini Episcopus à Sixto IV. anno 1472. 4. non. Augusti. Interfuit coronationi Alphonsi II. Regis die 2. Maii 1494. pauloq; post defunctus est.



16 ALEXANDER Gerardinus a Amerinus, XVI.
vir genere, ac doctrina, atque laboribus pro Romana Ecclesia functis longè clarissimus, post Jacobum ab Alexandro VI. creatus est Episcopus Vulturariensis, & Montis-Corbini circa annum Domini 1496. cujus vita & elogium editum fuit Romæ ab Onuphrio Gerardino una cum illius itinerario ad regiones sub æquinoctiali plaga constitutas, quod hic verbatim exhibemus; plura enim continet ex ipsismet monumentis excerpta.

a De eo Jacobillus in Bibl. Umbriæ, & de ejus familia Gamurrinus de Familiis vol. 1. p. 169. Mondil.

Alexander igitur Geraldinus Amerinus, Majorum vestigia secutus adolescens in Patria sub Geiphone Philosopho educatus omni litterarum genere abundè refertus, in Hispaniam cum Antonio fratre proficiscitur, suaq; consuetudine politioribus litteris, & poesi maximè imbutus, ac pauló post quam in ea substitit, primum armis contra Lusitanos Hispaniam ulteriorem invadentes se se dedit, à Castris dehinc ad regiam aulam à poculis Elisabethæ Reginæ fuit, mox fratre Regio Legato, & Oratore destinato à Ferdinando & Elisabetha, ad Franciscum Brittonum Ducem eundem comitatus, munere & ipse regio fungens, si utroq; obito ad suos Reges simul reversi, in ipse rebus sacris

ad-

adductus, Protonotarii munus suscepit, & succedente tempore Episc. Vulturariensis à Pontifice renunciatus, & à Rege Hispaniarum major Capellanus eligitur, à quo ad Pontificem Max. & Principes varios missus est; fœdera plura cum Alexandro Pont. Max. cum Maximiliano Cæsare, cum Republica Venet. cum Duce Mediolani composuit, per quæ suo Regi pulcherrimæ, maximæque victoriæ obvenere. Ad consilia sanctiora à Regibus Ferdinando, & Elisabetha adhibitus, dum Christophori Columbi expeditio proponeretur, omnibus ferè reluctantibus, & eam, uti temerariam reticentibus, variis argumentis compressis, pacatisque animis dissentientium Mathematicis rationibus, atque demonstrationibus Columbi consilio juvit, & ita effecit, ut tantum opus à Regibus susciperetur, & expeditio iniretur, amicoq; Columbo omni ope auxiliatus est. Cæterum dum suæ virtutis, & pietatis non obscurũ argumentum præbet, erudiendæ Regiæ proli Ferdinandi præfectus est, quo munere viginti totos annos maxima sui laude functus Reginas quatuor sanctissimis moribus, & regiis ornamentis instruxit, videlicet Elisabetham omnium natu maximam Joanni Regi Lusitaniæ filio nuptam, Mariam Emanuelis Regis Lusitaniæ uxorem, Catherinam Henrico VIII. Angliæ Regi traditam, ac Margaritam Austriacam Maximiliani Imperatoris filiam Joannis Principis Hispaniarum uxorem; quarum omnium nubili jam ætate connubia sancivit, earumque jura, & capita digessit, variisque propterea itineribus ad Reges susceptis, exinde in Angliam à Regina Elisabetha missus, ut ibi Reginæ Catherinæ fidam operam navaret, ubi Protosacerdotis Regum honore decoratur, & Nuncius Apost. à Rege expetitus, ob inanes simultates postea, & jurgia inter Regem & Reginam exorta, cum parum gratus ea in aula sibi videretur esse, discessit, & in inferiorem Germaniam ad Margaritam Austriacam olim alumnã contendit, à qua honorificentissimè exceptus in oppido Bruxellis, ab ea Romam inter nuncius ad Leonem X. Pontif. Max. est missus, cumq; eo in itinere summis in Alpibus Maximiliano Cæsari Italiam petenti obviam processisset, benignissimè habitus ab eo, ad Leonem X. ad Rempublicam Florentinam, & ad Urbem Neapolim Orator allegatur, atq; Pontifici proponitur à Carolo Rege ad Episcopatum S. Dominici: Legationibusque Cæsaris Romæ, Neapoli, Florentiæ peractis, à Leone X. Pont. Max. ad eundem Cæsarem, & omnes Reges, & Principes Christianos iterum Legatus mittitur pro fœdere inter Christiani Orbis capita conciliando adversus Selimum Turcarum Tyrannum. Ab urbe digressus, ad Franciscum primum Gallorum Regem pro obeunda Apostolica legatione primum contendit, ab eoque non minus hilari vultu, quàm decenter exceptus. Inde ad Maximilianum Cæsarem Rhenum ultra in oppido Sicambro moram trahentem se contulit, reque Pontificis ritè peracta, eodem consilio in Britaniam ad Henricum VIII profectus est, postea ad Scotiæ, & Daciæ Reges, tum ad Regem Ungariæ, & ad Regem Russiæ pervenit, postremò in Hispaniam reversus ad Carolum Hispaniarum Regem accessit, & apud hos Reges Pontificis mandatis sedulò expositis, exactionibus coram ipsis, & proceribus habitis, illos ad obsequendum Pontifici, ad sublevandam rem Christianam ferè collabentem, ad hostes Turcas obterendos omni conatu hortatus est. His peractis, cum nil in Europa pro Republica Christiana magnum aliud factum patrandum ad ejus pietatis vota superesset, laborum majorum pro Christi nomine propagando cupidus an. 1520. Hispali solvens, annuente Pontifice, ad Indos in fide erudiendos ad Urbem S. Dominici sui Episcopatus sedem in Insulam Hispaniolam properavit. Primus ibi Antistitum Christianorum, initiaere gentium mores, quas adivit, scrutatus est, ac diligentissimè scripsit, Regiones, & populos: illorumq; antiqua monumenta exquisivit, jura collegit, atque in volumen sui Itinerarii redegit. Ubi tandem ad Indos appulit, à prædicatione nunquã cessavit, sacris, piisq; moribus & institutis plebem sibi commissam erudiit, templa more Christiano construxit, sacerdotia instituit, jura disposuit, sacrorum cultum adauxit, officia ordinavit. Christi gloriam propagavit, laboris nunquam expers in Civitate S. Dominici magna sanctitatis fama septuagenarius obiit anno 1525. Relictis multis lucubrationum clarissimarum monumentis, in quibus non minus pius, quàm doctus extitisse probatur, ea videlicet sunt.

Itinerarium ad regiones sub æquinoctiali plaga constitutas.

Epitome Conciliorum ab Orbe Christiano.

Summorum Pontificum Acta.

Sacrorum Carminum libri XXIV.

Epistolarum libri duo.

Officia Varia sanctorum.

Volumen orationum ad Principes Christianos pro Bello contra Turcas movendo.

De iis qui funguntur à secretis Principum.

De educatione nobilium puerorum lib. 1.

De educatione nobilium puellarum lib. 1.

De Officio Principis.

Elogia virorum illustrium Romanorum ab Ænea usque ad Pompeium Magnum.

Vita sancti Benedicti Sapphico carmine.

De quantitate syllabaria, & carminum compositione.

Invectivæ Lyricæ in malam fœminam.

De Latii & Romæ laudibus, & Antiquitatum præstantia elegiaco carmine.

Monumenta antiquitatum Romanorum, è veteribus inscriptionibus recollecta suis itineribus & studio.

Vita S. Catherinæ Virginis, & Martyris carminibus latinis.

Hucusque elogium. At præter hæc addenda sunt ejusdem Præsulis monumenta, quæ nos ipsi vidimus, legimusque apud eundem Onuphrium Gerardinum ejusdem Præsulis manuscripta, nemp: Vitam S. Alberti Montis-Corbini Episcopi, in qua fatetur se scripsisse Acta antecessorum suorum, in Vulturariensi ecclesia Antistitum; vita quoque Catherinæ Angliæ Reginæ Henrici VIII. uxoris versibus heroicis conscripta, Plures epistolæ. Inter quas una prolixa eruditissimo stylo scripta ad eundem Henricum Regem data 3. non. Julii 1509. propè Groveendem pro sua injusta carceratione, ex qua liberatus Hispaniam petiit, ubi aliquandò in ulteriori eo Regno gravissima ægritudine detentus. hoc epitaphium sibi fecit ad ejus sepulchrum ponendum, quod excerpsimus ex ejus innumeris monumentis, cujus titulus.

Hoc Epitaphium sibi fecit Alexander Gherardinus Episcopus Vulturariæ.

Cum cuperem nimium Latias remear per oras,
Perque tuum revehi, Roma beata, solum.
Mors ferè me tristem terra tumulavit Hibera;
Sed tamen æthereum lætus adibo polum.
Spes magnæ periere simul, periere labores,
Humani cum sint omnia vana sont.
Discite mortales sævi contemnere mundi
Munera, & in superas lumina tollere plagas.

Eadem detentus infirmitate, ex qua indè convaluit, Ecclesiam suam suspirans, votum vovit sacellum exædificare in Ecclesia sanctæ Luciæ suæ Diœcesis, Sapphico versu.

De Templo sanctissimæ Luciæ in Diœcesi mea in finibus Apuliæ, & propè Vulturarium oppidum.

Luciæ templum subiens opacum
Arborum magnas positus per umbras
Cor meum grandi pietate certe
Undique motum.
Hic aquas clivo refluat ab alto
Concava vidi resonare valle,
Hic & ornato nimium decore
Herbida cuncta.
Et per acclives, humilesque colles
Arborum stabant loca plena quoque
Parte pendebat spatium sub ima
Undique pulchrum.
Ad latus cujus residet sinistrum

Lu-

A

Luciæ sedes memoranda semper
Qoò diu pura teneraque multa
Meate levatus.
Est mihi visum locu parva circum
Principem Cœli retinere magnum
Numen, & vere residere in illa
Aede beatom.
Hic bonu multum recreatus auru
Ore per Cœlum penitus retento
Subsistit, sedes superum subire
Quoque videbar.
Hic egototus caperem per annos
Debitum vitæ reparare cursum,
Fata sed postquam renuunt maligna
Hoc dare munus.
Hac ego sacrum voveo sacellum
Arte cum miru renovare Virgo,
Mon ut antiquis remeabo lberis
Itala ad urva.

B Post annum 1515. Alexander Vulturariansem, ac Corbinensem Ecclesiam dimisit, &, ut scribunt, Episcopus factus est S. Dominici in Occidentali India, in qua dignitate diem suum clausit extremum an. 1525.

XVII 17 ANDREAS della Caccallara electus hujus sedis Antistes die 12. Decembris 1516. mortuus est anno 1519.

XVIII 18 VINCENTIUS de Sabbatinis provisus die 9. Sept. 1519. excessit an. 1526.



XIX. 19 INNOCENTIUS Card. Cybo a factus administrator die 10. Octob. 1526. post mensem resignavit cum regressu.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 346.

XX. 20 JULIUS Mastrojudex Surrentinus promotus est in episcopum die 21. Novembris 1526. excessit anno 1537. Hujus meminit Julius-Cæsar Capaccius in Hist. Neapol. lib. 2.

XXI 21 JOANNES BAPTISTA de Judicibus Archidiaconus Spirensis de consensu Card. Cybo, ad quem per regressum hæc Ecclesia spectabat, adlectus est Episcopus die 27. Julii 1537. sedit ann. 5. mortuus est anno 1542.

D

XXII. 22 HIERONYMUS de Vecchiano nobilis Civis, & Canonicus Pisanus ex eodem consensu Card. Cybo electus est Episcopus die 18. Augusti 1543. erat tunc temporis Abbas Commendatarius SS. Sabæ, & Andreæ de Urbe, olim sub Clemente VII. Ecclesiastici exercitus Commissarius, & Spoletanæ Urbis Præfectus, atque Campaniæ Prolegatus, ejusdem Cardinalis charus, ac intimus à Conciliis, pro quo functus legatione apud Cosmam Mediceum Florentiæ Ducem, ejusdem gratiam promeruit. Sedit, præfuitque absens in hac ecclesiâ ann omnino octo, ac liberé nuncium remisit ad favorem sequentis.



XXIII 23 FEDERICUS Card. Cæsius b has habuit commendatas Ecclesias die 14. Julii 1550. post autem mens. septem eas dimisit ad favorem sequentis.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 795.

XXIV 24 LEONARDUS Bonzanus c vir nobilis, & Ecclesiæ S. Mariæ oppidi Cremensis Præpositus, evasit harum Ecclesiarum episcopus die 18. Martii 1551. Vix annum in hac dignitate compleverat, cum Romæ vocaretur ad tumulum, ac terræ mandatus in ecclesia S. Simeonis hoc epitaphio:

c Bonzonius.

Leonardo Bonzono d Cremensi Episcopo Vulturarien. Cremæ Præpos. utriusque signat. Referend. Pauli, & Julii III. & Protonot. de numero participantium, Comes Fortunatus Iuris consultus frater posuit. Vixit ann. LIIII. mens. III. Dies XXV. Obiit anno MDLII. VII. Kal. Aprilis.

d Bonzonio.

XXV. 25 JULIUS Gentilis, Patritius Terdonensis, utriusque signat. Referend. à Julio III sublectus est Episcopus anno 1551. Interfuit Concilio Tridentino, & cum sedisset ann. 20. Romæ é vivis exemptus est, die 9. Januarii 1572. annum agens 78. tumulatus jacet in Ecclesia sanctissimæ Trinitatis in monte Pincio hac adjecta inscriptione.

C

Iesu Christo salutis actori. Iulio Gentili Patritio Terdonensi Episcopo Vulturariensi, utriusq; Signaturæ Referendario, Franciscus Gentilis nepos & hæres ex testamento patruo de se beaè merito posuit. Idem annuum redditum huius Monasterii fratribus certis conditionibus publicis documentis in actis Jacobi Gerardi Auditoris Cameræ Not. sub die x. Iulii MDLXXVI. expressis assignavit, quo commodius per eos bis in hebdomada, secunda, & quarta feria, & quotannis die nona Ianuarii anniversarium usitato Ecclesiæ more pro ipsius Episcopi anima perpetuò celebraretur. Obiit annum agens septuagesimum octavum, nona Ianuarii MDLXXII.

XXVI 26 SIMON Majolus, e Astensis, vir vasti ingenii, ac portentosæ memoriæ, omniumque scientiarum genere sui ævi longè clarissimus die 16. Junii 1572. creatus est Episcopus Vulturariæ, ac Montis-Corbini, in qua dignitate eximia fama virtutum vixit ann. 25. ac senio, laboribusque fessus, onus liberè dimisit an. 1597. Scripsit, edititque plura, interque celebris est liber, qui Dies Caniculares inscribitur, Tractatus de irregularitate, Vitas summorum Pontificum scripsit, sed non publici Juris fecit: Extant M. S. apud Serenissimum Sabaudiæ Ducem: alterum edidit librum in defensionem sacrarum Imaginum.

e De eo Rossottus in Syllabo Script. Pedem. & Possevinus in Bibl. selecta tom. 2. p. 59. Mandos.

XXVII. 27 LEONARDUS Rovellus Neapolitanus electus die 10. Novembris 1597.

XXVIII. 28 FABRITIUS obiit anno 1607.

XXIX. 29 JULIUS Tertius Lana, nobilis Brixiensis, ex Archipresbytero & Vicario Ecclesiæ Brixiensis successit die 18. Decembris 1607. excessit an. 1609. in sua Cathedrali humatus, de quo Octavius Rubeus in elogiis virorum illustrium Brixiensium.

XXX 30 PETRUS de Federicis electus die 3. Aug. 1609.

PAU-

XXXI (,, *PAULUS Picus, de Burgo S. Sepulchri, Ordinis Prædicatorum, ex Congreg. Indicis secretario creatus Vulturariensis ac M. Corbini Episcopus 15. Julii 1613. Decessit piissimus Episcopus apud sibi commissum gregem an. 1620. in sua Cathedrali conditus.* Fontana in Theatro Domin p. 328.)

XXXII. 31 BERNARDUS Burattus, Romanus, ab his Ecclesiis translatus ad Sipontinam die 9. Januarii 1623.

XXXIII. 32 Fr. FRANCISCUS Maria Burratus Romanus, Ordinis Prædicatorum successit die 10. Maii 1623. sedit menses quinque, defunctus Octobri mense. (,, *De eo Chartarius in Syllabo Advoc. Consist. p. 275.* Mandosius.)



XXXIV. 33 THOMAS Carrafa Neapolitanus sublectus fuit episcopus die 10. Novembris 1623. translatus deinde ad Caputaquensem Ecclesiam anno 1637.

XXXV. (,, *MAXIMILIANUS Ragucius, è Cervinariæ Oppido Beneventanæ diœceseos oriundus, prius inter illius Metropolitanæ Ecclesiæ Mansionarios relatus, deinde oppidi Peschi Archipresbyter, tum Primicerius primus præfatæ Metropolitanæ, ac Vicarius generalis Francisci Cardinalis Barberini Urbani VIII. nepotis in insigni Abbatia sanctæ Sophiæ Beneventi, demum Vulturariensi hac infula decoratur an. 1637. die 17. Augusti. Vitam autem laudatissime explevit an. 1638. 27. Novembris. Hunc Episcopum Ughellus non recensuit, quem tamen in Chronologicis Beneventanorum Antistitum memoriis de Vulturaria differens pagina 255. non omisit Sarnellius.*)

XXXVI. 34 BARTHOLOMÆUS Gypsius Beneventanus ex Episcopo Bellicastrensi ad has ecclesias translatus 8. Augusti an. 1637. Obiit 1642. (,, *Bartholomæus Gypsius ex Archipresbytero oppidi Petræ Elcinæ itidem Beneventanæ diœceseos cum esset Bellicastrensis Episcopus ad hanc Vulturariensem Ecclesiam translatus fuit die 2. Maii anno 1639. ut optimo civi alter in Præsulatu subrogaretur concivis verè dignissimus. Animam edidit anno 1642. sepultusque fuit in Abbatiali Ecclesia oppidi S. Bartholomæi in Galdo suæ diœceseos, quod pro commodiore sui residentia Vulturarienses Episcopi ab anno usque 1556. elegerant. An. 1621. egregium de Casibus reservatis opus, in quo præcipue reservata in diœcesi Beneventana explicantur, formis mandavit. Aliud præterea tantus Præsul opus elucubravit, nempè Commentaria in Constitutionem Urbani VIII. super prohibitione investiturarum terrarum jurisdictionalium ad Eccl. inferiores spectantium quàm plura de feudis, Emphyteusi, Locationibus, aliisq; perutilibus complectentia. Opus hoc ineditum est, ejusque authographum nempè proprio Authoris charactere exaratum præclari advocati, Beneventanique Patritii Ferdinandi Annibbæ Musæum ditat, exornatque. Egregia itidem fulget approbatione die 15. Decembris anni 1627. data à celeberrimo viro postmodum clariss. Æserniensi Antistite Augustino Barbosa, cui revisio à sacri Palatii Apostolici Magistro Nicolao Rodulphio fuerat demandata. Accedit etiam imprimendi facultas A. Episcopi . . . . Vicesgerentis. Opus magnæ molis codicem efficit, & quod caput est, vere aureum. Utinam publicam ederetur in lucem: plane magnam in legentium utilitatem, majorem in tanti Authoris laudem cederet editio.*

35 Fr. BONAVENTURA Davolus, Ordinis Eremitarum S. Augustini, germanus frater Thomæ Episcopi Lucerini, electus die 13. Februarii 1643. translatus deinceps ad episcopatum Nuceriæ Paganorum die 13. Aprilis 1654. XXXVII.

A D D I T I O.

(,, *Quotannis, ad normam S. Concil. Tridentini, diœcesim invisit. Opera omnia misericordiæ, quà spiritualia, quà corporalia ergà sibi commissam plebem semper exercuit, non minus nobilissimo stemmate Piscariæ Marchionum, & Vasti Ducum Hispaniæ primæ classis Magnatum, quam heroicis suum verè regalem animum exornantibus virtutibus Præsul latè præfigens.*

M. ANTONIUS Pisanellus, Neapolitanus item Patritius è Boniti, aliorumque feudorum Dynastis, V. J. D. ab Innocentio X. anno 1655. 22. Junii huic Cathedræ præficitur, Antistes integerrimis moribus, & proprii muneris zelo exornatissimus. Illi Oppidi Alberonis, quod est beneficium, sive ut communiter, Commenda Ill. Militiæ D. Joannis Hierosolymitani, pro viribus nisi fuerant ab jurisdictione Vulturariensis Episcopi vano quæsito colore se eximere. Ut ab ausu temerario recederent, pluries novus Episcopus hortatus fuit; cum nihil tandem proficeret, anathematis illos fulmine percussit, totamque habeat Episcopi operationem Apostolica sedes pronunciavit ipsum oppidum in spiritualibus Vulturariensi baculo omnino obnoxium. Cœli Reginam tenerrima devotione semper coluit, & ad eam filiali semper fiducia ferebatur, omnia ejus festa peculiaribus colebat obsequiis, novendiali spatio ante festum Nativitatis Domini nostri Jesu Christi semper ipse ad populum quotidie verè igneum sermonem habere, ut amore erga numen infans omnes inflammaret, ut illa nox verè sanctè pieque revereretur, obtineret. Sodalitio, cui immaculata Conceptio B. Mariæ Virginis in æde maxima oppidi S. Bartholomæi ordinariæ, ut diximus, Episcoporum residentiæ nomen dedit, ejusque exercitiis omnibus una cum illis Sodalibus, qui sunt ex omni ordine, & gradu illius oppidi, vacavit semper. Erga pauperes misericordissimus semper fuit, & præcipuè verecundos, infirmos omnes semper invisit, ac revisit, in ipsis etiam tuguriolis, & mapalibus, quos omnes ad tolerandas christiana patientia infirmitates mellifluis alloquiis hortabatur, & si pauperes pecuniario, & largo subsidio exhilarabat. Vestibulum Ædis maximæ in suo oppido S. Bartholomæi prolatavit, ut etiam Episcopale palatium, non minus novem additis cubiculis. Anno post: à 1675. die 30. Septembris ad Soranam translatus fuit ecclesiam, ut in P. t. jam diximus in Soranis Episcopis fol. 1249.

XXXIX. *DOMINICUS Surrentinus, V. J. D. & à consiliis Caroli II. Hispaniarum Regis, nepos Sebastiani Surrentini Trojani Episcopi, à mitra Rubeasi ad hanc transiit anno 1676. verè fausto, feliciqueomine, quia in sua cathedrali, quæ ab immemorabili tempore sex tantummodo Canonicatus obtinebat, quorum tres dignitate eminent, nempè Archidiaconi, Archipresbyteri, & Primicerii, ita ut divinum pensum fere numquam in illa antea concinebatur, & sacræ functiones nullo prorsus Ecclesiastico nitore exercebantur, Deo cultum, Ecclesiæ decus additurus, sex insuper Canonicatus instituit, redditibus quarumdam ædium suppressarum, & sacerdotiorum in sua licet paupere diœ-*

cesi vacantium in dotem assignatis. Census etiam constituit, ut à pietate, & litteris instructissimo Sacerdote liberales disciplinæ gratis edocerentur, quia seminarium pro alenda ad altaris servitium juventute ob enormem redditum exilitatem maximo sui animi angore initio sui præsulatus, suppressioni fuit obnoxium. Et reapse cum tenuissima evaserit temporum vitio suæ sponsæ dos, ut nec proprium præsulem commode alere possit, ipse nihilominus charitate ergu sibi commissam plebem in dies semper maxima exardescens, sibi etiam necessaria sæpe sæpius negavit, lubenter paupertem perpessus, ut egenis obviam iret. Synodum habuit die 30. junii 1694 qua Provincialis Beneventanæ dignissimi protomistæ Vincentii Ursini rigorosam observantiam, & ut Ss. Constitutiones Præsulis Thomæ Carrafæ etiam, atque etiam, obtinerent, ac si recens lata, expresse cavit. Apoplectico morbo demum correptus, sed non extinctus in civitatem Cavæ concessit, in qua cunas sortitus fuerat, ut patrii aeris beneficio reconvalesceret; sed novo demum insultu, semper tamen sui compos, invicta patientia, morbi vim, & contra morbum gravissimos à medicis inflictos tolerans cruciatus suam divinæ conformans voluntatem die 23. Aprilis anno 1710 inter publicas lacrymas creatori spiritum reddidit.

XL *IMPERIALIS Dominici Pedicini, & Antoniæ de Colle nobilium Beneventanorum filius, Jacobi Pedicini Guardiæ Alferiæ Episcopi nepos ab adolescentia in Beneventano Societ. Jesu Collegio humanis, Divinisque litteris imbutus, publice etiam Philosophicas, ac Theologicas theses substinuit Eminentiss. suo Archiepiscopo Ursino dicatas; postmodum Neapoli utriusque juris gymnade insudavit, ac ibi lauream adeptus fuit. Mox in sua patria Metropolitana Ecclesia Mansionarius, tum Canonicus, exinde Thesaurarius, ac tandem Primicerius secundus evasit, Provicarii generalis, Convisitatoris, aliaque ardua munera sub prælaudato Cardinali Ursino commendabilem semper in modum obivit; itaut semper in fundationibus, erectionibus, vel reparationibus ædium, domorum religiosarum, cæterorumque locorum piorum ab eodem Eminentiss. peractis primas ipse semper impleverit. Quibus octo præfuit annis Vulturariensi Ecclesiæ ut Visitator Apostolicus suus semper cum laude nominandus Archiepiscopus, quæ ille sanciebat, ipse semper in illa unione exequebatur, exornans veluti thalamum suæ sponsæ futuræ, cujus tandem evasit vir die 19. Martii 1718. Possessionem vix nactus, & solemni pompa, ac maximo totius diœceseos gaudio ingressu habito sanctam visitationem incœpit, ac rite absolvit. Visitatione absoluta diœcesim à societatis Jesu Missionariis expiandam curavit. Ut Christianæ fidei rudimentis, omnibusque sacris mysteriis ætas tenera imbuantur, ut emendatissimam vitam, & Ecclesiasticæ dignitati consonam Clerus ducat, ut divinus cultus quotidie novis effervescat incrementis, & ut in omnibus locis suæ diœcesis saltem semel in quacumque hebdomada de re morali, ac rituali vere proficuæ, & semper necessariæ collationes habeantur, pastorali sollicitudine continuo invigilat. Ædis principis Hierophylacium sacris supellectilibus etiam pretiosis, omnique instrumento pro functionibus Episcopalibus sacro decore conficiendis jam instruxit. Domum pro seminario jam dirutam refecit, itaut quamprimum Convictores possit excipere. Jacentes Ecclesias, quas ideo profanatas reperierat, ex integro erigit, non modò in loco suæ residentiæ, ut illam D. Luciæ, & D. Mariæ Castelmundi, sed in omni sua diœcesi, & præcipuè in oppido Alberonæ Matrem Ecclesiam sub Assumptionis, & in illo Petræ, sub Annunciationis B. M. Virginis titulo. Reliquas autem adhuc stantes reficit, & ad recentem ædificandi methodum perbellè exornat, cum prius potius specus, quam domus Domini dici potuerant.*

Ædem Annunciationis B. M. V. dictam in oppido S. Bartholomæi solemniter sacravit, ut & etiam octo aras sitas in variis suæ diœceseos locis, quæ inter primum sibi locum vindicat illa in honorem Divi Dominici in Cathedrali Vulturariensi, in qua hæc Epigraphe:

Hanc aram patriarchæ Dominico erexit
sacravitque prid. Non. Augusti: A. D. MDCCXX
Imperialis Pedicinus
Patritius Benevent. ac Vulturariens. Episcopus.
At ne ornatu, vel cultu viduaretur
dote locupletavit, & XL indulgentiæ dies
Fidelibus impertivit,
Qui eumdem Divum natalitiis ejus
hic adorarent.
Ac singulari deinde amore
Cathedrali suæ dono dedit,
ut beneficii memor Pastori suo
perpetuam precetur felicitatem.

Episcopalem insuper in oppido S. Bartholomæi domum lautitate necessaria jam perfecit. Et in hisce omnibus, vel novis molitionibus, vel restaurationibus, vel ornamentis suum omne, quod non quidem mediocre, absumit patrimonium, cum suæ sponsæ fructus nec ipsis suppetant alendis pauperibus. In præsens concreditum sibi Vulturariensem gregem oculatissima custodire satagit cura, Argo non impar, si semper evigilasset Argus. Vigilat perpetuo dignissimus Præsul, vigilem sibi facturus posteritatem, omniumque exhausturus admirationem, ac laudes.



IN-

INDEX CHRONICUS EPISCOPORUM

In hac Octavi tomi prima parte contentorum.

ABELLINENSIUM.

ALLIFANORUM.

An-

ARIANORUM.

ASCULANORUM.

BOVIANENSIUM.

BOVINENSIUM SIVE BIVINENSIUM.

CIVITATENSIUM.

DRACONARIENSIUM.

FARENTINORUM SIVE FLORENTINORUM.

FREQUENTINORUM.

GUARDIENSIUM.

LARINENSIUM.

LESINENSIUM.

LUCERIÆ-SARACENORUM.

MONTIS-CORBINI.

MONTIS-MARANI.

SANCTÆ AGATHAE.

SANCTI SEVERI.

TELESINORUM.

TERMULANORUM.

TRIVICANORUM SIVE VICANORUM.

TURTIBULENSIUM.

VULTURARIENSIUM.

INDEX NOMINUM OMNIUM EPISCOPORUM,

Qui in hac octavi tomi parte prima continentur, ordine Alphabetico dispositus.

Prior num. columnam, posterior numerum marginalem denotat.

A

Au-

B

C

D

E

F

re-

G

H

I

L

M

Meu-

INDEX COGNOMINUM OMNIUM EPISCOPORUM,

Qui in hac octavi tomi prima parte continentur, ordine Alphabetico dispositus.

Primus num. columnam, secundus numerum marginalem notat.

Carra-

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

V

Y

Z

INDEX

Epiſcoporum Sanctorum in hoc tomo contentorum.

INDEX MATERIARUM,

Et rerum notabilium, de quibus in hoc octavo tomo fit mentio.

A

B

C

Car-

D

E

F

G

H

I

FINIS.

∴ REGESTUM ∴

* A B G D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes sunt Terniones præter * & S Duer. niones.

